Sala R
Gab.
Est. 38
Tab.
N.° 10

R
38
10

¶ Excellentissimi viri artium ac sacre theologie professoris eximij magistri Nicolai de orbellis de francia ordinis minox ſm doctrinā doctoris subtilis Scoti: logice breuis: sed admodum utilis super textu magistri Petri hispani expositio incipit.

Quoniam teste sapiente prouerbiorum 22°. Adolescens iuxta viam suam etiam cux senuerit non recedet ab ea.

q Utile est uolentibus studere doctrinam doctoris subtilis scoti: que inter ceteras mari me extat roboris ⁊ ueritatis in eius principijs a iuuentute introduci. Ipsa enim habita alie faciliter haberi possunt: sed non econtra. Igitur iuxta ipsius mentem aliqua logicalia pro iuuenibus super summulas Petri hispani christo duce breuiter enodabo. ⁊ quia multe materie que tractantur in logica peramplius reperiunt in philosophia: remitto aliquādo ad quoddā cōpendium: qđ super philosophiā eiusdē doctoris dictis cōpilaui: sepeqz noto ea que hic dicunt: in quibus locis ab eodem doctore habent: ut ea ibidē diffusius ualeas intueri. ¶ Intitulat autē iste liber: liber summularum Petri hispani: quia in hoc libro sub breui compēdio determinat ea que in logica habētur diffuse. ¶ Subiectū vo seu materia circa quā vsat hec consideratio est syllogismus. ¶ Et sciendū q subiectū alicuius scientie potest dici obiectū seu genus scibile. Genus nempe sepe pro materia sumit. Unde in diffinitione quiditatiua genus ponit ut materia differētia ut forma. Obiectū est illud circa qđ fert potētia: ut potētia visiua tēdit in lucē uel colorem. Unde dicit obiectū ab ob qđ est cōtra ⁊ iactū quasi cōtra iactū. Subiectū igit de quo in aliqua scientia principaliter tractat dicit obiectū uel genus scibile: quia est materia circa quā tēdit cōsideratio ipsius scientie. Dicit etiā subiectū ratione proprietatū que sibi insunt per se. vñ subiectū dicit quasi subt? iactū. ¶ Itē sciendū q primū subiectū alicuius scientie ſm Scotū in prologo primi sententiarū dicit illud qđ cōtinet primo virtualiter oēs ueritates illius scientie cuius est subiectū. Dicit autē aliquid primo inesse alicui qđ inest ei inquantum tale: siue per propriā rationē ⁊ nō per aliud: sed alijs per ipsum. ut proprietates hominis: scilicet risibilitas seu flebilitas ⁊ huiusmodi insunt homini inquātū homo. quia enim homo est animal rationale: ideo est risibilis: ⁊ sic risibilitas primo inest homini: inferioribus autē ab homine: ix per se insit risibilitas nō tamē primo. Sor. enim inquantū sor. nō est risibilis: sed inquantū homo. ¶ Itē cōtinere virtualiter potest capi dupliciter. scilicet virtualiter actualiter: ⁊ virtualiter potētialiter. virtualiter actualiter cōtinet subiectū proprias passiones que ab ipso oriunt. virtualiter potētialiter superius cōtinet passiones inferiox que ipsis insunt: nō per rationē ipsius superioris: sed per proprias rationes ipsox. ¶ Primū igit subiectū alicuius scientie ?tinet vtualiter actualiter: uel virtualiter potentialiter oēs proprietates que principaliter tractant in illa scientia cui est adequatū. Ueritates vo ibi minus principaliter considerate ad ipsum reducunt: ⁊ habēt attributionem: sicut philosophus reducit 4° Metaphysice. ad subiectū eius qđ est ens inquantū ens: generationem que est via ad esse: ⁊ corruptionē que est via ad non esse: ⁊ negationes ⁊ priuationes quia priuāt ipsum eē. ⁊ sic de alijs: siue sint partes subiectiue: siue partes integrales: uel quouis alio modo. Ex quo patet q syllogismus in cōmuni sumptus est primū subiectū: siue adequatū totius logice. probat quia continet virtualiter actualiter passiones proprias que sibi primo insunt: ut uerū a falso discernere. a magis noto ad minus notū euidēter cōcludendo procedere ⁊ huiusmodi. Cōtinet etiā virtualiter actualiter proprietates que insunt suis partibus subiectiuis: scilicet syllogismo dyalectico sophystico ⁊ demonstratiuo per rationē syllogismi. Virtualiter vo potētialiter cōtinet passiones que ipsis insunt per proprias coxrationes. ¶ Idē probat sic. illud est subiectū in aliqua scientia cuius partes ⁊ proprietates cōsiderant in ipsa. Unde primo posteriox dicitur. Una scientia est vnius generis quecūqz ex primis cōponit: ⁊ partes aut passiones harū sunt per se. sz syllogism? est huiusmodi in scientia logice. ergo est ei? subiectū. probat minor. de ipso enim syllogismo in cōmuni tractat in libro priox. De eius autē partibus subiectiuis tractat in alijs libris noue logice. scilicet de syllogismo dyalectico in libris topicox. de syllogismo demōstratiuo in libro posteriox. de elenco in libro elencox. De eius vo partibus integralibus syllogismi que etiā pñt dici eius principia intrinseca. s. propositionibus ⁊ terminis tractat in ueteri logica in libro peryermenias vlīuz ⁊ pdicamētox. ¶ Dicūtur aūt isti libri logica uetus: nō qr primo fuerit inuēta: sed qr ea que ibi tractant sunt materia remota logice. Nō enim ita principaliter intēdunt a logico sicut syllogismus de quo tractat in logica noua. Ad syllogismū etiaz pñt reduci alie spēs argumētationis: ut inductio. enthimema. ⁊ erē plū. sicut imperfectū reducit ad perfectū. 1° priox. Nō enim ita principaliter intēdunt a logico: sicut ipse syllogismus. ¶ Contra predicta arguit dupliciter. primo sic. Syllogism? nullas habet passiones. ergo nō est subiectū logice. cōsequētia est nota: ⁊ antecedēs probat: quia si syllogismus haberet passiones cū sit ens rationis: tūc ille passiones erūt nihil: qđ videt falsum probatio cōsequētie. qr omne ens minus ente rationis est omnino nō ens: sed passio fundata in ente rationis est minus ente rationis: cū passio sit minoris entitatis qz subiectum. ergo talis passio erit nihil. ¶ Itē secūda intētio in cōmuni sumpta est subiectū logice. ergo syllogismus nō erit ibi subiectū. cōsequētia est nota. probat antecedēs qr logica est de secūdis intētionibus adiunctis primis ſm Auic. ¶ Pro rñsione ad ista argumēta notandū q intētio uel conceptus pōt capi tripliciter. vno modo pro specie obiecti que est ratio cōcipiendi: ⁊ dicit intētio qr per ipsam sensus uel intellect? tēdit in obiectū ſm Sco. xiij. di. 2. sent. Secundo modo intētio sumit pro actu cōcipiendi uel intelligēdi. Allio modo pro obiecto cōcepto uel ?ceptibili. res enim cōcepta uel intellecta dicit intētio inquantū in ipsam tēdit intellectus ipsam cōsiderando. ¶ Item notandū q duplex est actus intellect?. quia quidā est actus rectus: quidā est actus collatiuus. Actus rectus dicit quo intellectus fert super aliquā rem: ut quādo intellectus intelligit rosam. Actus vo collatiuus appellat quo intellectus rem intellectā cōparat ad seipsam uel ad aliam. ¶ Itē

notandū q̄ dupler est intētio. scilicet prima ⁊ secunda. ¶Prima est prima rei cōsideratio: accipiēdo consideratione pro obiecto concepto. Unde prima intētio est ipsa res primo intellecta ⁊ cōsiderata: cuius cōsideratio imediate causat a re uel a specie rei partialiter. ℜes enim dicit intētio: ut cognita uel ut cognoscibilis. Unde termini prime intentionis dicunt qui significāt huiusmodi res cōceptas ul' cōceptibiles. ut homo equus visio intellectio nigredo albedo. Secūda intētio est quedā relatio seu cōparatio intellectus qua una prima intētio cōparatur ad aliā: uel unū primo intellectū ad aliud p̄mo intellectū per actū intellectus. exemplū: Intellect⁹ intelligēs hominē ⁊ animal cōparat unū ad aliud ſm rationē predicabilis ⁊ subicibilis: que cōparatio ex parte animalis dicit genus: ⁊ ex parte hominis species. Et sic ſm diuersas cōparationes format intellectus diuersas secūdas intētiones: puta generis speciei ac individui ⁊ huiusmodi: ita q̄ omis secūda intētio est formaliter relatio rationis: sicut propositio ⁊ enūciatio cōpositio ⁊ diuisio: in quibus uerū ⁊ falsum sunt in mēte ⁊ nō in rebus ſm Arist. 6° metaphysice. Sunt enim secūde intētiones que cōsistunt in quadā cōparatione duox conceptox: siue illa duo sunt idē ſm rem: siue diuersa. Utit enīz quādoq̄z intellectus unit ut duobus compositionē formans: sicut cū dicit homo est homo. Ex quo patet q̄ talis cōpositio est solū in intellectu ⁊ non in rebus. Syllogismus est etiā secūda intētio. Est enim habitudo seu cōpositio premissarū ad conclusionez

¶His premissis rūdeo ad rationes. ¶Ad primā cū dicit q̄ si syllogismus haberet passiōes tūc eēnt nihil: quia essent minus ens q̄z ens rationis. ℜūdeo q̄ sicut est dare gradū in entibus realib⁹ sic est dare in entibus rationis: ⁊ ideo nō oportet q̄ quicquid est minus ente rationis sit nō ens ⁊ nihil: q⁹ lz illa res rationis que subicitur alteri rei rationis sit magis res aliquo modo. tamē non sequit ex hoc q̄ res fundata sit nihil. ℜō repugnat igit syllogismū lz sit ens rationis habere passiones. sicut Arist. 5° metaphysice distinguit unitates reales ſm fundamēta realia: ⁊ unitates intētionales ſm fundamenta intētionalia: ut ibi declarat Scot⁹. ¶Ad secundam quādo arguebat q̄ logica est de secūdis intentionibus: dico q̄ sicut theologia est de rebus ⁊ de signis. de rebus ut de deo ⁊ creaturis. de signis vō ut de sacramētis que sunt signa gratie: siue de his que cōmuniter tractant in theologia nō tanq̄z de primo subiecto. ℙrimū enim subiectū eius est aliqua res scilicet deus: ad quē alie res ⁊ signa reducunt: sic logica est de secūdis intētionibus nō tanq̄z de primo subiecto: sed tanq̄z de his que cōmuniter tractātur ibidē. Quedā vō secūda intētio scilicet syllogismus est ibi subiectū primū: ad quē alie intētiones p̄t reduci: ut patet ex predictis. ¶Dicit aūt logica esse de secūdis intētionibus adiunctis primis: quia logica applicat secūdas intētiones ad primas quas cōsiderat nō ſm se: sed inquantū sunt fundamenta secundarū intentionū. ¶Notificant etiā relatiōes rationis per ipsarū fundamēta propter earū modicam entitatē. sicut etiā 5° metaphysice distinguunt modi relationū realiū ſm uarietatē fundamentox: ut videbit.c. de ad aliqd. ¶Fundamentū etiā relationis rōnis dicit ſm Sco. viij. q. quolibetox: nō q̄ ex natura rei inde oriat: quia tunc esset realis: sed quia est proxima ratio qua intellectus cōparat unū ad aliud: ſm etiam eundem in. vj. q. Cum intellectus possit unā relationē rationis ad aliā cōparare una potest esse fundamentū alterius sicut intentio speciei fundat in intētione generis: dicendo genus est species. Cū enim uniuersale sit cōmune ad illa quinque predicabilia illa se habēt ut species respectu uniuersalis. Sic itaq̄z patet q̄ syllogismus est subiectū logice. ¶De alijs requisitis ad rationem subiecti vide primo physicox. ⁊ primo metaphysice. Quomodo etiā scientie habēt unitatem speciei generis primi uel remoti: vide 6° Metaphysice.

¶Dividit autē liber iste in septē partes. ¶In prima determinat de enūciatione ⁊ de eius partibus ⁊ proprietatibus: ⁊ correspōdet duobus libris peryermenias Ari. ⁊ dicit peryermenias a pery quod est de ⁊ armenis q̄d est interpretatio quasi de interpretatione. Sunt autē idē ex parte rei interpretatio enunciatio ⁊ propositio: lz ratione differant. Interpretatio enim dicit oratio prout in ea aliquid exprimit esse uerū uel falsum. Enūciatio vō dicit oratio enūcians aliquid de aliquo. propositio autē stricte sumit prout ponitur in premissis ad inferendū conclusionē. Unde dicit quasi in inferēdo pro alio positio. Lz autē termini sint priores propositionib⁹ ⁊ sic libri predicabiliū ⁊ predicamentox precedant librū peryermenias. Auctor tamē primo determinat de propositionibus: q̄a in his sunt minores difficultates q̄z in predicabilib⁹ ⁊ predicamētis. ¶In secūda parte tractat de predicabilib⁹ que correspōdet predicabilib⁹ ℙorphirij. ¶In tertia de. x. predicamētis que correspōdet libro predicamentorūz Ari. ¶In quarta de syllogismo simplici seu cōmuni que correspondet libris priox Ari. ¶In quinta de syllogismo dialectico qui procedit ex probabilibus que correspōdet libris topicox Ari. ⁊ Boetij. ¶In serta de syllogismo sophystico seu apparenti que correspōdet libris elencox Ari. ¶In septima de suppōnibus que sunt tractate a uarijs libris logice. ¶De syllogismo autē demōstrativo de quo tractat Ari. in libro posteriox nō fecit auc. particulare tractatū in suis summulis. de ipso tamen multa inferunt in uarijs locis huius libri.

Dialectica est ars artium scientia scientiarum ad omnū methodorum principia viā habens. Sola enim dyalectica probabiliter disputat de p̄ncipijs omnium aliarum scientiarum. Et ideo in acquisitione omnium aliarum scientiarum dyalectica dicitur esse prior. ¶Dicitur enim dyalectica a dya q̄d est duo ⁊ logos q̄d est sermo: uel lexis q̄d est ratio. quasi duox sermo uel ratio scilicet opponentis ⁊ respondentis in disputando. Sed quia disputatio non potest haberi nisi mediāte sermone: nec sermo nisi mediante uoce: nec uox nisi mediāte sono. Ideo a sono tanq̄a communiori inchoandum est

Sonus est quicquid ab auditu proprie ⁊ per se percipitur. Dico autem proprie ⁊ per se: q⁹ lz homo uel campana audiātur: hoc nō est ꝓprie nec per se sed per sonū suū. Sonox

alius

alius uox:alius nō uox. Sonus uox est idē q ipsa uox. Unde uox est sonus ab ore animalis prolatus:naturalibus instrumētis formatus. Naturalia instrumēta qbus uox format̄ sunt nouē.scilicet guttur lingua palatuz quatuor dentes ꝛ duo labia simul. vnde uersus: Instrumenta nouem sunt:guttur lingua palatum. Quatuor ꝛ dētes ꝛ duo labia simul. Sonus non uox est qui generatur ex collisione duorum corporum inanimatorū ut fragor arborum strepitus pedum. Uocū alia significatiua: Alia nō significatiua. Uox significatiua est illa que auditui nostro aliqd representat: vt homo hominem. Uox nō significatiua est illa que auditui nostro nihil representat:ut buf baf. Uocum significatiuarū alia significat naturaliter: alia ad placitum: Uox significatiua naturaliter est illa que apō omnes idem representat:ut gemitus infirmorum:dolorē:latratus canum:irā uel gaudiū. Uox significatiua ad placitum est illa que ad uoluntatem primi instituentis aliquid significat:ut hō hominem:equus equum. Uocū significatiuarum ad placitum:alia incomplexa:alia complexa. Complexa ut oratio. Incomplexa ut nomen uel uerbum.

Ic auc.premittit diffinitionem dialectice:in qua reddit auditores benivolos ꝛ attētos:ostendēdo huius sciētie
b dignitatē ꝛ utilitatē di.q dialectica est ars artiū ꝛ scientia sciarū ad oium methodorū principia viam habens.

¶ Ad cuius euidentiā sciendū q dialectica potest sumi dupliciter. vno modo pro parte logice que procedit ex probabilibus ꝛ sic non sumitur hic.alio modo prout idē est q logica:ꝛ sic sumitur in proposito. ¶ Ulterius est sciendū q ars ꝛ scientia dupliciter possunt capi. vno modo stricte. ꝛ sic nō sumit̄ in proposito. Sunt enim habitus ex opposito distincti:ut patet 6° ethicoꝝ:ubi ponūtur habitus intellectuales.s.sapiētia scientia intellectus prudētia ꝛ ars:qui sic distinguūtur. Intellect⁹ enim sapiētia ꝛ sciētia sunt habitus speculatiui qui scilicet ordinātur ad scire ꝛ non ad operari. Differūt tamē in hoc q intellectus est habitus prīoꝝ principioꝝ demōstrationis. Sciētia vō est habit⁹ cōclusionis ex causis inferioribus. Sapiētia autez cōsiderat causas primas.s.deū ꝛ intelligētias. Uñ ibidē dicit esse caput scientiarū. Prudentia vō et ars sunt habitus practici qui.s.ordinant ad opari: ꝛ differūt. Nam prudētia dirigit in actionib⁹ que non transeūt in exteriorē materiā:sed sunt pfectiones agētis. Unde dicit ibi q prudētia est recta ratio rerū a nobis agibiliū. Ars vō dirigit in actionibus que in materiā exteriorē transeūt:sicut edificare secare. Unde dicit ars est recta ratio rerū a nobis factibiliū. ¶ Alio modo sumit̄ ars large: ꝛ etiam sciētia videlicet pro habitu cōclusionis demōstrate:siue ille habitus sit practicus:siue speculatiuus.ꝛ sic vnū sumit̄ pro reliquo. ¶ Sed videt̄ q vnū illoꝝ superfluat:ꝛ q sit ibi nugatio seu inutilis repetitio eiusdē. ¶ Respondeo q non est ibi nugatio. Logica enim nō tm̄ dicit̄ scientia scientiarum sed etiā ars artiū ad maiorē expressionē. Per hoc enim innuitur q non tantūmodo logica est de numero scientiarū speculatiuarū:sed etiā de numero artiū liberaliū. Quod nō cōuenit omni sciētie speculatiue:sicut patet de physica ꝛ metaphysica. ¶ Itē cū dicit̄ ars artiū designatur q logica non tm̄ excedit sciētias speculatiuas:sed etiā practicas:inquātū dat modū arguēdi utrisqz. ¶ Et nota q ꝝ genitiuus pluralis reflexus super suū nominatiuū singularem designet excellentiā iuxta illud. Additur excellens flos floꝝ virgo maria. Logica tamē nō simpliciter excellit alias sciētias. Scientie enim reales ut physica ꝛ metaphysica sunt digniores logica que est de entibus rationis:sed ipsas excellit ꝝ qd inquantū oēs utūtur logica in forma arguēdi: ideo sequit̄.ad omniū methodorū principia viā habēs. Ipsa enim dirigit ad principia omniū aliarū scientiarū docēdo modū quo ex ipsis principijs conclusiones inferunt̄:ꝝ enim principia scientiarū p̄supponunt̄ in qualibet sciētia:nec per eandē scientiaz ualeant probari:si tamē ab aliquo negarentur posset per logicā cōtra ipsa negātes ex datis ꝛ cōcessis ab eis disputari:sicut arguit Ari.4° metaphysice. ¶ Est autē method⁹ via breuis ꝛ utilis per quam obliquitates deuitant̄:ꝛ ad terminū faciliter deuenitur:sic per sciētias tanqz per breues semitas obliquitates errorū deuitamus:ꝛ ad notitiaz ueritatis deuenimus:quā tamē ueritatis notitiā ex inuentis a nobis cōsequi nō ualemus. ¶ Cōtra p̄dicta posset argui q logica nō habet viā ad principia omniū scientiarū:quia tūc haberet viā ad seipsam:qd̄ est falsum. ¶ Ad hoc respondetur vno modo:q hec est distributio accōmoda.i.alijs a se accōmodata: ꝛ sic logica habet viā ad principia omniū scientiarū aliarū a se. ¶ Aliter respōdetur q nō est inconueniēs idē seipsum dirigere:sicut homo dirigit uoluntatē snā per intellectū:cum tamen intellectus ꝛ uolūtas sint realiter idē ꝝ formaliter distinguūtur: sic aliquis super his que in logica considerant̄ disputans dirigit̄ per syllogismoꝝ regulas que in ipa logica cōtinent̄. ¶ Ad euidentiā predictoꝝ notandū q duplices sunt artes. Quedā sunt artes mecanice:quedaz sunt liberales. Principaliores artes mecanice ad quas alie possunt reduci sunt septem ꝛ cōtinētur in his uersibus. Lana nemus miles nauigatio rus medicina. Uis ars fabrilis architheoronica sit. Et dicitur architheoronica ab archos qd̄ est princeps ꝛ theorin qd̄ est cernere uel speculari:quia cōsideratio artis fabrilis habet quandā excellentiā super alias:inquantū alie indigēt ipsa ad suas operationes exercēdas. ꝝ autem ars fabrilis quo ad hoc dicat̄ alijs fm quid principari.simpliciter tamē magis famulat̄ ꝛ subdit̄ eo modo quo loquit̄ Ari.p̄mo metaphysice.ꝛ p̄mo ethicoꝝ.de scientijs famulantibus que dicunt̄ ille quarū fines ordinant̄ in fines scientiarū superioꝝ seu architheronicarū:sicut finis frenefactiue que est facere frena ordinatur in equestrē:ꝛ equestris in militarem. ¶ Dicunt̄ autē mecanice a mecor caris quod est adulteror. Ipse enim dirigunt operationes que circa corpus sunt. Corpus autē facit animā mecari:in qntū facit eā auerti a creatore ꝛ uerti ad creaturā. ¶ Artes etiā liberales sunt septē.ꝛ continentur in istis uersibus. Gra.loquitur: dia uera docet:retb

uerba colorat. Qui canit: ar numerat: ge ponderat. ast tollit astra. ¶ Grāmatica enim docet congrue loq. Dyalectica docet uerū a falso. Rhetorica docet uerba colorare ꝛ ornare. Musica docet canere Arismetrica numerare. Geometria docet terram metiri. ꝛ Astrologia docet de cursu astroꝝ. ¶ Dicuntur autē tres prime triuiales quia sunt tres uie in vnū terminū tendētes. s. in sermonē. Ordinant enim ad sermonis cōgruitatē ueritatem ꝛ ornatū. ¶ Alie dicunt quadriuiales: quia sunt quatuor uie in vnū terminū tendētes. Sunt enim scientie mathematice que tractāt de quātitate. Arismetrica ꝛ musica considerāt quātitatē discretā. Geometria ꝛ astrologia quantitatē continuā. Et dicunt liberales: quia filij liberoꝝ ꝛ nobilium in istis antiquitus introducebantur.

¶ Si querat cum Aristo. 6° Metaphysice distinguat scientiā speculatiuā realē in mathematicam: physicā: ꝛ metaphysicam: ꝛ scientie mathematice enumerant inter artes liberales cur etiam inter ipsas non ponūtur physica ꝛ metaphysica: ¶ Dico ꝙ enumeratio artiū liberaliū est quo ad illas artes quibus liberi ꝛ nobiles viri antiquitus utebantur Insistebāt tunc magis mathematice ꝙ̄ physice et metaphysice: quia plus mathematica confert ad complacentiā ꝛ curiositatē vite presentis cui intebantur antiqui: De futura vita nil certū habentes ꝙ̄ physica ꝛ metaphysica. Per physicā etiā ꝛ metaphysicā impugnat multitudo deoꝝ quos colebāt cum in ipsis probet statū esse in vno omniū principe: qui est primū mouēs immobile. Et ideo a paucis tunc physica ꝛ metaphysica: scilicet a philosophis qui erant plus ceteris a mundo absoluti videbantur. nunc vō est econtra. quia enim physica ꝛ metaphysica plus conferūt ad theologiā ꝙ̄ mathematica: ideo circa ipsas maxime insistūt xp̄iani.

¶ Circa predicta posset dubitari: utrum logica sit scientia speculatiua uel practica. ¶ Ad cuius euidentiā sciendū ꝙ sicut Aristo. 2° metaphysice dicit ꝙ scientia speculatiua est illa cuius finis ordinatur ad scire. Practica vō ordinatur ad operationem quam dirigit. Unde practica dicitur a praxis grece qđ est operatio latine. ¶ Que autem sit illa operatio cuius scientia practica est directiua declarat Sco. in prologo primi sent̄. dicens ꝙ praxis a qua scientia dicitur practica est actus alterius potentie ꝙ̄ intellectus naturaliter posterior intellectione natus cōformiter elici rationi recte ad hoc ꝙ sit rectus: qđ sic potest declarari. Opatio enim a qua scientia dicitur practica est actus elicitus seu productus a uoluntate que est altera potētia ab intellectu: uel actus imperatus ab eadē sicut uoluntas imperat manibus ut operentur uel pedibus ut gradiantur ꝛ cetera huiusmodi. ꝛ talis operatio naturaliter est posterior intellectione. Actum enim uoluntatis precedit intellectus: quia ſm Augustinum nihil uolitū nisi precognitum. Talis autem actus est natus conformiter elici intellectioni recte ad hoc ut sit rectus. Ad hoc enim ꝙ operatio sit recta oportet ꝙ conformetur dictamini recte rationis. Ērēplum recta ratio dictat ꝙ elemosyna est danda de proprio pauperi propter deum. Si quis det elemosynam de alieno: aut propter inanem gloriaz talis operatio non erit recta: quia non conformabitur recte rationi. Unde 6° ethicoꝝ dicitur ꝙ electio recta necessario presupponit rationem rectam. Praxis ergo a qua scientia dicitur practica est operatio producta uel imperata a uoluntate: Iz autez intellectui imperet uoluntas ut intelligat: tamen ille actus intelligendi non est praxis: cum non sit alterius potētie ab intellectu: ꝛ sic sibi deest prima conditio praxis. Ut enim dicit Aristo. 3° de anima. Intellectus sola extensione fit practicus: inquantum videlicet extra se tendit dirigendo actum alterius potentie a se. Cum igitur stando precise in actibus intellectus non sit extensus intellectus in illis nō est praxis. ¶ Nec ualet dicere ꝙ sufficiat ad praxim ꝙ vnus actus intellectus extendatur dirigendo aliū quia tunc principium in speculatiuis esset practicum cum extendatur ad habitum conclusionū. Iz quid absurdius: ¶ Ex his patet ꝙ logica nō est scientia practica cum non sit directiua praxis. Est igitur speculatiua quia ordinatur ad scire. ¶ Sed cōtra hoc arguit Auic̄. Habitus cuius finis proprius non est actus proprius est habitus practicus. logica est huiusmodi: ergo minor patet: quia ordinatur ad alias scientias. ¶ Preterea habitus qui diuiditur in utentem ꝛ docentem est practicus: logica est huiusmodi: ergo est practica. ¶ Item arguitur sic. logica docet nos arguere: ergo est practica, antecedens est notum. probatur consequentia: quia argumentatio uocalis est actus a uoluntate imperatus. ¶ Ad primum respondeo ꝙ maior est uera: si habeat pro fine perfecto actum alterius generis a speculatione: ita ꝙ sit directiua uere praxis: ꝛ sic minor est falsa. ¶ Ad secundum reducitur contra ipsum: quia assumpta maiore addo minorē sic: sed metaphysica diuiditur in utentem ꝛ docentez: ergo metaphysica est practica. conclusio est euidenter falsa ergo maior: quia minor cōceditur ab ipso. Et probatur quia omnes alie scientie utuntur metaphysica specialiter quantum ad principia communia que dicuntur dignitates: quas omnes alie scientie accipiunt a metaphysica ſm philosophuz 4° metaphysice. ¶ Notandum autem ꝙ logica dicitur docens inquantum considerat de secundis intentionibus instituens modum quomodo per eas procedi possit ad cōclusiones in singulis scientijs ostendendas. vtens vō dicitur inquantum modo adinuento utitur ad concludendum aliquid in singulis scientijs. ¶ Ad tertium dico ꝙ argumentatio uocalis non est uere praxis: quia ordinatur ad scire: quia ut dicit philosophus: illa que ordinātur ad vnum tanq̄ ad vnum non reputantur nisi vnū Unde logica non docet arguere uocaliter ut ibi sistamus: sed ut sciamus. Argumentatio etiam uocalis ordinatur ad mentalem ꝙ est opus intellect⁹ ¶ Et ideo in acquisitione ꝛc̄. Hic auctor infert ex predictis ꝙ in acquisitione omnium aliarum scientiaruz dyalectica prius debet acquiri cum omnes alie utantur ipsa quantum ad modum arguēdi. Et si arguatur ꝙ grammatica prius acquiritur ꝙ̄ logica. Respondeo ꝙ dupler est grammatica. Quedā enim est usualis ꝛ positiua. ut illa que est de ipositionibus ꝛ significationibus terminoruz ꝛ huiusmodi ꝛ hec est prior in ordine doctrine ipsa logica. Alia est grammatica regulatiua ꝛ disputatiua: que per ueras rationes docet discernere congruum ab incongruo: ꝛ hec est scientia ꝛ sequitur logicam: Iz igitur grammatica imperfecte acquiratur ante logicam: non tamē pōt haberi perfecte sine ea. ¶ Deinde dicit ꝙ dyalectica dicit: id est derivatur a dya

qđ est

quod est duo ꝛ logos quod est sermo: uel lexis quod est ratio quasi duorum sermo uel ratio scilicet opponentis ꝛ respondentis in disputatione: uel vnius tenentis locum duorum. Idem enim potest per se disputare arguendo ꝛ respõdendo sibiipsi. ¶ Et notandum ꝙ dya potest scribi per y grecum: ꝛ tunc significat idem quod duo: uel per i latinum: ꝛ tunc significat idem qđ de. vnde uersus. Scribe per y grecum dya duo significabit. Scribe per i nostruz de tibi significabit.

¶ Sed quia disputatio ꝛc̃. Hic auctor ponit ordinem dictorum dicens. Cum disputatio non possit haberi nisi mediante sermone: nec sermo nisi mediãte uoce: ꝛ omnis uox est sonus: ideo a sono tanq̃z a cõmuniori est inchoandum. Hoc autem intelligitur de disputatione uocali que non potest exprimi nisi per uocem. dicitur autem disputatio quasi duorum putatio. ¶ Pro quo notandum ꝙ sicut dicit Ari. primo physicoruz. Innata est nobis via a magis communibus ad minus communia procedere Cum igitur hic sit agendum de enunciatione uel propositione que constituitur ex nomie ꝛ uerbo: in quorum diffinitione ponitur uox: ꝛ omnis uox est son⁹: ideo a sono tanq̃z a communiori inchoandum est. Agitur autem in logica de argumentis propositionibus ꝛ terminis uocalibus: quia ipsis intellectis de facili poterit cognosci quid de mentalib⁹ ꝛ scriptis proporcionabiliter debeat dici.

Diffinit autem auctor sonum dicẽs ꝙ sonus d est quicquid ab auditu proprie ꝛ per se percipitur. Et dicitur proprie quia lz homo et campana audiantur: tamen hoc non est proprie et per se: sed per sonum suum. ¶ Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ duplex est sensibile ꝑm Arist. 2° de anima. scilicet per accidens ꝛ per se. ¶ Est autem sensibile per accidens qđ accidit ei qđ est sensibile per se: sicut accidit albo esse hominem: ideo homo est sensibile per accidens. Tale autem sensibile apprehenditur per aliquã potentiam cognitiuam: ut per estimatiuam uel intellectiuam. ¶ Sẽsibile autem per se est illud qđ per se mouet sensum ad actũ sentiendi causando in eo speciem suam. Et hoc est dupler: quia quoddam est proprium: ꝛ quoddã est commune. ¶ Est autem sensibile proprium quod non potest alio sensu sentiri. ut sonus respectu auditus: color uel lux respectu visus: sapor respectu gustus. ꝛ sic de alijs. ¶ Sensibile autem cõmune est illud quod apprehenditur a pluribus sensibus. et sunt quinque: scilicet numerus motus magnitudo figura ꝛ quies. ¶ Dicitur autem sensibile propriũ primum sensibile ꝑm Sco. iij. ꝛ. ix. di. secundi sen. quia virtute propria ꝛ per propriam rationem mouet sensum. Sensibile autem commune lz per se fit sensibile: non tamen primum: quia non nisi cũ alio mouet sensum. ¶ Et si arguas ꝙ commune sensibile sit sensibile per accidens cum accidat sensibili proprio. ¶ Respondeo ꝙ lz sensibile commune accidat sensibili proprio: est tamen sensibile per se cũ causet speciem suam in sensu particulari: ꝛ ab ipso apprehendatur. Non sic sensibile per accidẽs. Unde homo ꝛ campana dicuntur audiri. non ꝙ apprehendatur ab auditu: sed a virtute estimatiua uel intellectiua: cum auditus sonum eorum apprehendat. ¶ Notandum insuper ꝙ obiectum ꝛ potentia sunt due cause partiales actus sentiendi ꝑm Augustinum 2° de trinitate dicens. ꝙ ex visibili ꝛ vidente gignitur visio. Species autem obiecti ꝛ ipsa visio sunt effectus ordinati obiecti visibilis: ita ꝙ prius nata est species generari in medio ꝛ organo q̃z actus videndi ꝑm Sco. ix. di. secundi sen. ¶ His premissis sciendum ꝙ in diffinitione soni proprie ꝛ per se non ponuntur superflue: quia proprie ponitur ad differentiam sensibilis communis. Sonus enim non est tale sensibile: ꝛ per se ponitur ad differentiam sensibilis per accidens. ¶ Notandum insuper ꝙ illud uerbum percipitur positum in diffinitione soni dicit aptitudinem ꝛ non actum: sicut dicunt communiter uerba in diffinitionibus posita. ¶ Sciendum insuper ꝙ sicut sonus cognoscit per auditum: ita cognoscitur silentium quod est priuatio soni. Priuatio etiam cognoscitur per habitum sicut visus est cognitiuus lucis ꝛ tenebre: ꝛ olfatus odorabilis: ꝛ non odorabilis 2° de anima.

¶ Sonorum vo ꝛc̃. Hic auctor diuidit sonum dicens ꝙ sonorum alius est uox: alius non uox: ꝛ est diuisio generis in species. ¶ Ad bonam diuisionem tria requiruntur. Primum ꝙ membra diuisionis non debent coincidere ad inuicem. Secunduz est ꝙ membra diuidentia non debent excedere diuisum: nec excedi ab ipso. Tertium est ꝙ debent esse positiua. Unde lz due differentie diuisiue alicuius generis sic se habeant ꝙ una includat negationem alterius: utraq̃z tamen est aliquid positiuum: cum ex ipsa ꝛ genere constituatur species. ¶ Et si arguas ꝙ sonus non uox non dicit aliquid positiuũ ¶ Respondeo ꝙ per sonum non uocem circumloquimur aliquam speciem soni positiuam: cui nõ est nomen impositum propter penuriam nominum.

¶ Deinde determinat auc. qd est son⁹ uox dicens ꝙ sonus uox idem est ꝙ ipsa uox. ꝛ est ibi appositio: ut animal homo. Est autem uox sonus ab ore animalis prolatus naturalibus instrumentis format⁹ ꝛ hec diffinitio est quiditatiua: quia indicat rei eẽntiam per genus ꝛ differentiam. Unde sonus ibi ponitur tanq̃z genus: prolatus ab ore animalis ꝛc̃. ponitur tanq̃z differentia. quia per hoc differt a sono non uoce. ¶ Sed contra hanc diffinitionez̃ arguitur quia vnius rei est tñ vnum esse ergo ꝛ vna diffinitio: cum diffinitio indicet esse rei: ꝛ tamen ponitur alia diffinitio uocis 2° de anima, ubi dicitur ꝙ uox est repercussio aeris respirati ad arteriaz uocalem cum imagine significandi. ¶ Respondeo ꝙ lz vnius rei sit tñ vna diffinitio quiditatiua que indicat essentiam rei: possunt tamen plures esse descriptiones seu diffinitiones dicentes quid nominis: per quas significetur quid importetur per nomen seu causales que dãtur per uarias causas. Et talis est diffinitio Ari. 2° de anima. Uox enim formaliter non est percussio: sed causaliter: quia scilicet est sonus causatus ex percussione aeris respirati: ut enim ibi dicit Ari. Natura utitur respiratiõe ꝛ ad formationem uocis ꝛ ad mitigationem caloris. Uocalis nanq̃z arteria que est organum respirationis est ordinata ad pulmonem: ut ei deseruiat per attractionem aeris. Aer autez̃ necesse est ut recipiatur in pulmone: quia in hac parte animalia gressiua plus habent de calore q̃z in alijs partibus ¶ Pulmo enim coniungitur cordi: in quo est principium caloris naturalis. Oportet ergo ꝙ aer ingrediatur ad pulmonem propter refrigerium caloris

naturalis. Unde pulmo dicitur flabellum cordis. Animalia autem que multum habent sanguinem multum habent de calore naturali: ideo indigent respiratione: non autem illa que habent modicum sanguinis: ut pisces: uel que omnino carent sanguine: ut cãcri ostree apes ⁊ formice ⁊c. Talia ergo cuz non respirent non habent uocem. ¶ Ad formationem itaqz uocis requiritur aeris attractio: ⁊ ipsius attracti ad uocalem arteriaz percussio seu reuerberatio. Fit autem cum imaginatione significandi: qz anima aerem reuerberans intendit aliquid exprimere seu significare. Ad hoc etiam requiritur lingua aerem impellens ⁊ percutiens contra palatũ: dicitur autem palatum quasi palatiuz lingue. Requiruntur autem alia instrumenta: que habentur per hos uersus. Instrumenta nouez sunt guttur lingua palatum. Et quatuor dẽtes ⁊ duo labia simul. In his uersibus non ponitur pulmo nec uocalis arteria: quia satis possunt intelligi per guttur. Ipsa enim uocalis arteria est quedam uena a sumitate gutturis usqz ad pulmonem extensa. ¶ Et notandum qꝫ lingua guttur ⁊ palatum requirũtur ad formationem uocis de necessitate: ⁊ quantum ad esse ipsius uocis. Labia uero ⁊ dentes requruntur quãtum ad bene esse: quia multum faciunt ad debite formandum uocem. Et ideo aues ⁊ homines labiis ⁊ dentibus carentes incõplete ⁊ imperfecte formant uoces.

¶ Ulterius auctor diffinit sonum non uocem dicens. Sonus non uox est ille qui generatur ex percussione duorum corporum inanimatorum: ut fragor arborum ⁊ strepitus pedum: ⁊ similia. ¶ Debet autem hec diffinitio intelligi non solum de corporibus inanimatis: sed etiam de animatis admodum inanimatorum se habentibus: ut sonus causatus ex percussione pedis contra pedez: uel manus contra manum: est sonus non uox: quia non causatur ab ipsis inquantum sunt animata seu naturalia instrumenta que requiruntur ad uocem: sed inquãtum sunt corpora firma ⁊ solida.

Ocum autem alia significatiua ⁊c. Hic auu ctor diuidit uocem dicens. qꝫ uocum alia significatiua: alia non significatiua. Uox significatiua est illa que auditui nostro aliqd representat: idest que nata est aliquid representare quantum est de se intellectui auditu mediãte. Uox enim seipsam representat auditui: cum uox sit sonus qui est obiectum auditus. Intellectui uero representat rem ad quam significandam est imposita. ¶ Sunt autem imposite uoces ad significandũ res secundum ipsarum proprietates. Pro quo sciendum secundum Scotum di. iij. primi sen. ⁊. xv. q. quolibetorum. qꝫ obiectum cuiuslibet sensus imprimit spẽm ⁊ similitudinem suam in sensu: deinde causatur species in fantasia que est in anteriore parte cerebri. Ipsa autem species in fantasia non representat vniuersale actu sed quiditatem uel naturam singularium: ut sunt esse in hoc tempore uel in hoc loco. Intellectus igit agens cũ specie que est in fantasia sunt due partiales cause ad causandum speciem intelligibilem in intellectu possibili: que representat vniuersale in actu seu naturam ipsam communem ab huiusmodi conditionibus abstractam. Unde intellectus agẽs 3° de anima dicitur quo est omnia facere: quia videlicet est productiuꝫ omnium specierum huiusmodi. Et intellectus possibilis est quo est omnia fieri: qz videlicet est ipsarũ receptiuus. Habita itaqz specie intelligibili in intellectu possibili: intellectus cum tali specie sunt due cause partiales ad causandum noticiaz actualem illius rei cuius est talis species. ⁊ tunc per intellectum possunt imponi uoces ad significandum res conceptas.

¶ Uox non significatiua est illa que auditui nostro nihil representat: ut buf baf. Huiusmodi enim uoces licet seipsas representent auditui cum sonus illarum ab auditu percipiatur: tamen de se nihil nate sunt representare intellectui mediante auditu: licet enim huiusmodi uoces seu quelibet alie possint designare derisionem ex modo proferendi: utpote si proferentur cum nutu oculorum uel capitis ac huiusmodi: hoc tamen nõ esset ex parte sui sed ex parte proferentis. ¶ Deinde dimissa uoce non significatiua de qua non est ad propositum. Auctor diuidit uocem significatiuam in significatiuam naturaliter: ⁊ significatiuam ad placitum. Est autem uox significatiua naturaliter que apud omnes iddem representat. ut gemitus infirmorum: dolorem: latratus canum: iram uel gaudium: cuius causa est: quia natura est eadem apud omnes que inclinat ad proferendum huiusmodi uoces pro expressione suarum affectionum ⁊ passionum. ¶ Et si arguatur qꝫ illa dictio gemitus est imposita ad significandum ad placitum. ergo non significat naturaliter. ¶ Respondeo qꝫ illa dictio bene significat ad placitum: sed in proposito gemitus infirmorum non sumitur pro huiusmodi dictionibus: sed pro planctu quem faciunt infirmi in portato per huiusmodi dictiones uel uoces ⁊c.

¶ Uox significatiua ad placitum est illa que ad uoluntatem primi instituentis aliquid representat ut homo hominem. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum qꝫ est ordo inter rem conceptum ⁊ scripturam. Nam primo est res: deinde cõceptus rei qui est similitudo eius. Non solum enim species est similitudo obiecti: sed etiam actus concipiendi. Tertio est uox significans rem conceptam: ⁊ ultimo scriptura. Illud autem quod proprie significatur per uocem est res secundum Scotuz distinctione vigesimaseptima primi sententiarum. Sunt tamen signa ordinata eiusdem significati: littera uox ⁊ conceptus: sicut etiam sunt multi effectus ordinati eiusdem cause: quorum nullus est causa alterius: sicut patet de sole illuminante plures partes medij: et vbi est talis ordo causatorum absqz hoc qꝫ vnum sit causa alterius: ibi est immediatio cuiuslibet effectus respectu eiusdem cause excludendo aliud in ratione cause: non tamen excludendo aliud in ratione effectus immediatioris: ⁊ tũc posset concedi aliquo modo effectum propinquiorem esse causaz effectus remotioris non ꝓpꝛie sed propter propinquitatem talis effectus ad talem causam: ita potest concedi de multis signis eiusdez significati ordinatis qꝫ vnum aliquo modo est signũ alterius: quia dat intelligere iꝑm: quia etiam mediatius signum non significaret: nisi prius aliquo

modo

modo significaret immediatius. Et tamen ꝓpter hoc vnum nō est ꝓprie signum alterius: sicut patet ex alia parte de causis ⁊ causatis. ¶ Quod autem uox sit ꝓprie signum rei ⁊ non intellectionis: probatur: quia alioquin quelibet affirmatiua esset falsa in qua predicatur idem de seipso: quia intellectio uel intentio subiecti non est intentio predicati: licet res sit res. ¶ Sed contra hoc arguitur: quia Arist. in primo huius libri dicit: ꝙ ea que sunt in uocē sunt earum que sunt in anima passionuꝫ note idest signa: ⁊ ea que scribuntur eorum que sunt in uoce. ¶ Respōdeo ꝙ uoces possunt dici signa passionum seu intentionum uel intellectionum anime eo modo quo dictum est. quia videlicet uoces non significarent res prius significarentur per passiones. Quia enim intellectus intelligit rem per speciem eius: ut dictum est: ideo imponit uocem ad significandum ipsam rem. ¶ Dicuntur autem actꝰ intelligendi ⁊ species obiectoꝝ passiones anime inquantum recipiūtur in ipsa: recipere enim est pati. ¶ Deinde diuidit auctor uocem significatiuaꝫ ad placitum in compleram ⁊ in incomplexā. Complexa enim est illa que cōplectitur plures dictiōes: ⁊ significat intellectum compositum: ut oratio. Incōplexa est illa que non complectitur plures dictiones: ⁊ significat intellectum simplicem: ut nomen ⁊ uerbum.

De nomine.

n Omen est uox significatiua ad placitum sine tpe cuius nulla pars separata aliqd significat finita ⁊ recta. Uox in ista diffinitiōe ponit loco generis. Significatiua ponitur ad differētiam uocis non significatiue. Ad placitum ponitur ad differentiam uocis significantis naturaliter. Sine tempore ponitur ad differentiam uerbi quod significat cum tempore Cuius nulla pars separata significat aliquid ponitur ad differētiam orationis: cuius partes separate aliquid significant. Finita ponitur ad differentiam nominis infiniti: quod non est nomē secundum logicum sed nomē infinitum: ut non homo non equus. Recta ponitur ad differentiam nominuꝫ obliquorum: ut catonis catoni que non sunt nomina secundum logicum sed nomina obliqua uel casus nominum. vnde solus rectus secundū logicum dicitur esse nomen.

p Ostꝙ auctor inuestigauit in precedentibus particulas ponendas in diffinitionibus partium enunciationis. hic cōsequēter determinat de partibꝰ ipsius integralibꝰ. s. de nomie ⁊ uerbo. Et primo determinat de nomine: quia nomen se habet ut materia: uerbum uero ut forma. materia uero precedit formā: ideo ⁊c. Diffinit autem nomen dicens ꝙ nomen est uox significatiua ad placitum sine tempore: cuius nulla pars separata aliquid significat finita ⁊ recta.

¶ Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ dictio terminus ⁊ nomen idem sunt secundum rem: sed differunt secūdum rationem. Dicitur enim nomen uel uerbum ex ratione significandi uel modi significandi. Unde tam nomē qꝫ uerbum componitur ex uoce ⁊ significatione ⁊ modo significādi. Nomen enim significat per modum habitus ⁊ quietis: vnde significat sine tempore. verbum uero significat per modum fluxus uel fieri: ⁊ ideo significat cum tempore. dictio vo ex eo ꝙ est pars enunciationis. terminus uero ex eo ꝙ est pars propositionis. Unde diffinitur ab Arist. in principio priorū dicēs. Terminus est in quem resoluitur propositio. aliquando tamē terminus dictio ⁊ nomen sumuntur pro omni incōplexo. Determinatur autem hic de nomine ⁊ uerbo sub propria ratione ⁊ sub ratione qua est dictio seu pars enunciationis. ¶ De alijs autem partibus orationis hic non determinatur: tum quia ex nomine ⁊ uerbo constituitur enunciatio: tum quia alie partes orationis per attributionem se habent ad has duas. Unde ad nomen reducitur pronomē ad uerbum aduerbium: ⁊ prepositio ad utrunqꝫ: eo ꝙ preponitur utriqꝫ: ⁊ coniunctio similiter ⁊ participium ex eo ꝙ partem recipit ab utroqꝫ. Item notandum ꝙ differentia est inter significare tempus: ⁊ significare cum tempore. Significare enim tempus est de proprio significato importare tempus: ⁊ sic nomina aliqua bene significant tempus: ut annꝰ mensis dies ⁊c. Significare uero cum tempore est in principali significato importare tempus: ut curro. Curro in principali significato importat tempꝰ presens: ⁊ sic non significat sine tempore. ¶ Ulterius est notandum ꝙ triplex est negatio: scilicet negatio negans: negatio priuans: ⁊ negatio infinitās. Negatio priuās est illa que negat actū ⁊ ponit aptitudinē in subiecto: ut cecus est ille qui nō videt: est tamen aptus natꝰ videre. Negatio infinitās est illa que cadit solum supra terminum quem infinitat: ut non homo. vnde ex tali negatione ⁊ dictione super quam cadit fit vna dictio tantum que potest sumi pro omni re alia ab homine. potest etiam dici de non ente: ut chimera est non homo. ¶ Est enim chimera ens compositum ex impossibilibus componi. ¶ Negatio negans est illa que qcquid inuenit destruit: ⁊ eiꝰ oppositū ducit: ⁊ talis cadit supra copulā: ut nō hō currit. si ly nō sumat infinitaliʒ sensus est ꝙ aliqua res que nō est homo currit: ⁊ est propositio affirmatiua cum copula principalis non negetur. Si uero sumatur negatiue sensus est ꝙ nullus homo currit. ⁊ sic propositio est negatiua.

¶ Notandum insuper ꝙ nomen potest capi dupliciter. vno modo pro ipsa secunda intentiōe seu relatione signi quam per se significat. alio modo pro re concepta sub secunda intentione primo modo. Utrūqꝫ autez pōt hic diffiniri lʒ diuersimode. Si enim diffiniat ipsa secūda intentio ꝓmo mō tūc nō est predicatio formalis dicēdo nomē est nox: ſʒ est

predicatio fundamētalis seu materialis. Ipsa eniz secunda intentio non est uox formaliter: sed est habitudo uocis significatiue sine tempore ad rem significatam. ¶ Licet enim intētiones logicales nō possint diffiniri diffinitione dicente quid rei: cum non sint realia entia: possunt tamen diffiniri diffinitione exprimente vnum conceptum per se in intellectu: siue ille conceptus sit extra conceptus rei: siue rationis fm Scotum. j. di. quarti sen. Illa ergo intentio que dicitur nomen notificatur in proposito per suum fundamētum: sicut fit communiter in relationibus cum dicitur nomen est uox. diffinitur autem huiusmodi intentio in concreto propter suam modicam entitatem. Nomen igitur est uox: id est nomen est quedam secunda intentio radicata in eo quod est uox significativa ad placitum. Si vō in proposito diffiniatur res concepta sub secunda intentione: tunc est predicatio formalis dicendo nomen est uox. Est enim uox de conceptu formali nominum uocalium: sicut superiora sunt de conceptu inferiorum. vnde dicit Scotus di. iij. quarti sent. q relatio rationis in concreto dicit dere extra quē admodum hec est uera. hec uox homo est nomen ⁊ signum creature humane. ita econuerso in diffiniti one talis concreti potest poni res extra ut additum tanq̄ fundamentum relationis: ut dicendo nomē est uox. ¶ Quod autem hic dicitur de diffinitione nominis potest dici de ceteris diffinitionibus intētionum logicalium: de quo magis videbitur. c. de proprio ⁊ genere. ¶ His premissis patet diffinitio nominis in qua ponitur uox tanq̄ genus ad nomina uocalia ⁊ ceteras uoces. Cetera vō ponuntur ut differentie. Et sic diffinitio est bene assignata cum detur per genus ⁊ differentiam. Unde significativa ponitur ad differentiam uocis non significantis ad placitum ad differentiam uocis significātis naturaliter: sine tempore ad differentiam uerbi: qō significat cum tempore: cuius nulla pars separata aliquid significat ad differentiam orationis: cuius partes separate aliquid significant. ¶ Et si arguatur q partes nominis compositi aliquid significent separate: ut partes huius nomis equiferus. ¶ Respondeo q partes huius nominis seperatim considerate inquantum sunt partes illius dictionis nihil significant. Et causa est quia nulla pars in nomine composito imponitur ad significandum: sed totum nomen compositum vnico cōceptu significat suam significationem. Unde dicit Aristo. q in hoc nomine equiferus: ferus per se nihil significat: inquantum scilicet est pars illius nominis: inquantum autē est pars huius orationis equus ferus tūc aliquid significat. Finita ponitur ad differentiā nominis infiniti: quod non est nomen apud dyalecticum. Logicus enim intendit determinate discernere uerum a falso. Nomen enim infinitum non significat aliquam rem determinatam: ut nō homo: sed posset sumi pro infinitis rebus si essent que non essent homines. Recta ponitur ad differentiā nominum obliquorum: ut catonis catoni catonem: que non sunt nomina apud dyalecticum: sed casus nominum. Descendit enim a nominatiuo. Unde sōlus nominatiuus siue rectus dicitur nomen esse apud logicum. Oratio autem ex obliquis constituta non est perfecta nisi inquantum reducitur ad orationem constitutam ex nominatiuo ⁊ uerbo personali.

De uerbo.

u Erbū est uox significativa ad placitū cū tēpore cuius nulla pars separata aliquid significat finita ⁊ recta. Cum tēpore ponitur ad differentiam nominis quod significat sine tempore. Finita ponit̄ ad differentiam uerbi infiniti: ut non currit non laborat: que non sunt uerba secundum dyalecticum sed uerba infinita. Recta ponitur ad differentiam uerborum obliquorū: ut curre bam cucurri cucurrit cucurrebat: que nō sunt uerba secundum dyalecticum: ſz uerba obliqua. vnde solum uerbū presentis temporis indicatiui modi secundum dyalecticum dicitur eē uerbum. Reliqua vō uerba eiusdē modi ⁊ aliorum modorum dicuntur uerba obliqua. Alie vō particule ponuntur hic eadem ratione qua ponebātur in diffinitione nominis. Et sciendum est q dyalecticus ponit tantum duas partes orationis scilicet nomen ⁊ uerbū. Alias añt appellat sincathegoreumaticas: idest cum alijs significativas.

d Eclarato quid sit nomen: ostendit auctor quid sit uerbum dicens q uerbuz est uox significativa ad placitum cum tempore: cuius nulla pars separata aliquid significat finita ⁊ recta. ¶ Pro quo sciendum q uerbum quadruplici ter sumi potest: iuxta illos uersus: Hoc nomen uerbum designat quatuor: ista. Est eniz deceptio pars filius atq̄ loquela. ¶ Uno modo idez est qō deceptio: ut ibi. Verba dat omnis amās. Secūdo modo est pars orationis que significat per modum fluxus ⁊ ficti. Tertio modo sumitur pro filio dei: ut In principio erat uerbum. Quarto modo idem est q loquela. Et hoc modo sumitur dupliciter. vno modo pro uerbo prolato. alio modo pro uerbo interiori. Est autem uerbū interius actualis cognitio perfecta seu diffinitiua alicuius rei: ut cognitio diffinitiua intemperantie est eius uerbum fm Augu. Et hac acceptione uerbi sepe utūtur theologi. ¶ Uerbum etiam ut est pars orationis potest sumi dupliciter. vno modo ut est pars orationis congrue: ⁊ sic consideratur a grammatico. alio modo ut est pars enunciationis determinate uere: ⁊ sic sumit̄ in proposito. ¶ Notandum insuper q ea que dicūtur de uerbo possunt intelligi per ea que dicta sunt de nomine. nec est necesse illa resumere. ¶ His premissis satis patet diffinitio uerbi. Est enim uerbū uox incompleta significativa ad placitum primi instituentis cum tempore: idest ultra principale sigmficatum consignificans tempus: ⁊ ponitur ad differentiam nominis. ¶ Et si arguas q participium non est uerbum ⁊ tamen consignificat tempus ut amās ultra amorem quem significat consignificat tempus presens. Respondeo dupliciter. primo q uerbum significat cum tempore determinato: non autez participiū. Iz eniz amās cōsignificet tps pñs: nō tū ita determinate quin possit trahi ad preteritum uel futurum dicendo. Ego fui amās uel ero amās.

¶ Aliter etiam est respondendum q̄ in diffinitione uerbi ponitur ab Arī. quedam clausula que non cōuenit participio: videlicet q̄ est semper eox que de altero predicantur nota. uerbum enim est signū vnionis predicati cum subiecto. hoc autem maxime conuenit uerbis substantiuis: scilicet sum fio et existo: ⁊ maxime huic uerbo sum. verbis autē adiectiuis conuenit inquantum includunt uerba substātiua ut curro. i. suz currēs. Se tenēt aūt v̄ba a parte predicati magis q̄z subiecti: cū res importata per v̄buz ponatur in predicato: ut cursus importat⁹ per hoc uerbum curro in illa oratione: ego sum currēs. ¶ Participia igitur lz cum uerbis in aliquibus cōueniant: multum tamen ab ipsis differunt: ⁊ ideo nō sunt uerba apud logicum: sed magis possunt ad nomina reduci. ¶ Ne aliquis autē crederet per hoc qđ dictum est q̄ uerbum est nota eorum que de altero dicuntur q̄ uerbum per se sumptuz faceret cōpositionē. Ad hoc remouendum dicit Arist. q̄ uerba per se sumpta sunt nomina: idest nominibus similia: quia sicut nomen per se sumptum est quid incomplexum: sic ⁊ uerbum: ⁊ ideo dicit q̄ uerbū per se sumptum constituit intellectum simplicem. Vnde hoc uerbum est per se sumptū non significat per se esse uel non esse seu compositionem affirmatiuā aut negatiuam. Compositio quippe non potest eē nec intelligi sine extremis: ideo subdit q̄ esse significat quādam compositionem quam sine extremis non est intelligere. ¶ Finita ponitur ad differentiam uerbi infiniti: ut non currit: qđ non est uerbum apud dyalecticum: sed uerbum infinitum cum nō importet rem finitam ⁊ determinatam: ut diceba tur de nomine infinito. ¶ Recta ponitur ad differentiam uerborum obliquorum: ut currebat curret que non appellat dyalecticus uerbā: sed uerba obliqua. Solum enim uerbuz presentis temporis indicatiui modi dicitur esse uerbum. Reliqua autez eiusdem modi ⁊ aliorum modorum dicuntur esse uerba obliqua. qđ ex hoc patet: qa oratio ex eis cōposita non est determinate uera nisi reducendo ad uerbum presentis temporis indicatiui modi. Ut illa ego amabo non est determinate uera: nisi sit aliquando uerum dicere: ego amo. Et sciendū q̄ dyalecticus tm̄ ponit duas partes orationis: scilicet nomen ⁊ uerbum. alias autem appellat sincathegorizcas: idest cum aliis significatiuas: ⁊ dicitur a sin qđ est con ⁊ cathegorizo zas: quod idem est q̄ predico eas uel significo cas.

De oratione.

Oratio est uox significatiua ad placitum cuius partes separate aliquid significāt. Cuius partes separate aliquid significant. hoc totum ponitur ad differentiam nominis ⁊ uerbi quorū partes separate nihil significāt. Alie v̄o particule ponūtur hic eadē rōne qua in diffinitione nominis ⁊ uerbi ponebanē. Orationum alia perfecta alia impfecta. Perfecta est illa que perfectū sensum generat in aīo auditoris: ut hō currit Impfecta est illa que impfectū sensum generat in aīo auditoris: ut homo albus. Orationum perfectarum: alia indicatiua: ut homo currit. alia imperatiua: ut petre fac ignē. alia optatiua. ut utinā essem bonus clericus. alia iunctiua. ut si ueneris ad me dabo tibi equū alia deprecatiua. ut miserere mei deus. Harum autem orationum sola indicatiua dicitur esse propositio.

¶ A precedentibus determinauit auctor de noie ⁊ v̄bo que sunt partes integrales enūciationis: hic cōsequēter determinat de oratione que se habet: ut genus ad ipsaz. Diffinit aūt ipsam sic. Dīo est uox significatiua ad placitū cui⁹ partes separate aliquid significant. Quod ponit ad differentiam nominis ⁊ uerbi: quorum partes separate nihil significant. ¶ Contra hanc diffinitionem ⁊ arguitur tripliciter. primo sic. Solius incompleti est diffinitio fm Boetium. oratio est quid complexum. ergo non debet diffiniri. ¶ Itē oratio est plures uoces ergo non vna uox. Item partes orationis sunt littere ⁊ syllabe. ⁊ littere ⁊ syllabe nihil significant separate. ergo partes orationis nihil significant. ¶ Pro responsione notandum q̄ oratio potest capi tripliciter. vno modo prout ordinatur ad sermonis congruitatem. ⁊ sic consideratur a grammatico. alio modo inquantum ordinatur ad fmonis ornatum: ⁊ sic considerat a rhetorico. tertio modo ad discernendum uerum a falso. ⁊ sic considera tur a logico. ¶ Item notandum fm Sco. ij. di. primi sen. q̄ multi sunt gradus vnitatis. In primo est minima vnitas que est vnitas aggregationis: ut in aceruo lapidum. In secundo gradu est vnitas ordinis que addit aliqd ultra aggregationē: sicut exercitus ordinatur ad bonum communitatis uel principis. In tertio est vnitas per accidens: vbi ultra ordinem est informatio lz accidētalis vnius ab altero eorum que sic sunt vnum. In quarto est persone vnitas compositi ex principijs essentialibus p̄sone actu ⁊ persone potentia. In quinto est vnitas simplex que est uera identitas: ut in diuinis. Quelibet enim entitas formaliter infinita est pfecteidez cuilibet sibi compossibili ut dicetur primo cap° predicamentorum. In sexto est identitas formalis. ¶ Eloco autem identitatem formalem: ubi illud quod dicitur sic idem includit illud cui est idem in sua ratione formali persone ⁊ primo modo. ⁊ est primus modus dicendi per se: quando diffinitio uel pars diffinitionis predicat de diffinito: ut homo est animal rationale. ¶ Item notandum q̄ duplices sunt partes orationis. quedam sunt propinque ut nomen ⁊ uerbum. ⁊ quedam remote ut littere et syllabe. His premissis respondeo ad argumenta. Ad primum quando dicitur q̄ solius incompleti est diffinitio. dico q̄ licet completuz non possit diffiniri diffinitione proprie sumpta: potest tamen diffiniri diffinitione large sumpta: seu quid nominis per quam notificatur ⁊ exprimit distincte illud qđ per ipsum importatur cōfuse. ¶ Ulterius dico q̄ oratio sumpta pro secunda intentione quam importat est quid incomplexum. Talis enim intentio est relatio signi ad significatum dicens conceptuz persone vnum. ¶ Et si arguatur q̄ relatio non est persone vna nisi habeat vnum fundamentum: sed illa relatio habet multas uoces pro fundamento. ergo non est vna. ¶ Ad hoc respondet Sco. j. di. 4. sen. q̄ quicquid sit de relationibus realib⁹. tm̄ in relationibus rationis ꝓpositio maior est manifeste falsa: cum multa possint concurrere in fundamento

vniꝰ relationis que concipiũtur in intellectu quasi vnũ in ordine ad aliqđ significatũ. Multe enim orationes cõtexte uel vna oratio ex multis syllabis que nihil vnũ per se faciũt sunt fundamẽtũ huiꝰ relationis significare deo in esse aliq̃ que sibi intrinsece insunt: cũ tamẽ illud significatũ sit vnum ⁊ idem simpliciſſimũ. sicut illius relꝰonis que est significare bonum vinum est fundamentum: circulus pendẽs ante tabernã coopertus folijs edere: uel paleis in modũ crucis. Ad secundum quãdo dicebatur oratio est plures uoces: dico ꝙ est plures uoces incomplere que habẽt vnitatẽ ordinis: ⁊ sunt vna uox cõplera. Ad tertiũ quando dicebaꝫ ꝙ littere ⁊ syllabe sunt partes orationis: dico ꝙ sunt partes orationis remote. Diffinitio autẽ orationis intelligiꝫ de partibus propinquis.

¶ Consequẽter auctor diuidit orationẽ dicens: ꝙ orationũ alia perfecta: alia impfecta. Oratio perfecta est illa que perfectũ sensum generat in animo auditoris: ut homo currit. ¶ Est autẽ perfectꝰ sensus perfecta sentẽtia: ita ꝙ intellectus audiẽtis cõtentaꝫ ⁊ quiescit. Imperfecta autẽ est illa que impfectum sensum generat in animo auditoris: ut homo albus. Ibi est imperfecta sentẽtia nec intellectus audiẽtis quiescit. Deinde diuidit auctor orationẽ perfectã in indicatiuã: ut homo currit. Imperatiuã: ut petre facignẽ. Optatiuã: ut utinam essem bonus clericus. Cõiunctiuã ut si ueneris ad me dabo tibi equũ. ¶ Cuiꝰ diuisionis sufficiẽtia sic habetur. Nam omnis oratio perfecta habet suppositu ⁊ appositũ. i. nomẽ ⁊ uerbũ. uel igitur uerbũ ordinatur ad significandũ mẽtis cõceptũ uel mentis affectũ. Si primũ sic est indicatiua. Si secundum hoc est tripliciter: quia uel denotat affectũ sub habitudine iperandi. ⁊ sic est imperatiua: sub qua cõtinet depcatiua: ut miserere mei deus. uel denotat affectũ sub hitudine optãdi: ⁊ sic est optatiua. uel sub hitudine subiũgẽdi uel ꝓiũgẽdi: ⁊ sic est cõiunctiua: ut si ueneris ad iesum saluabit te. Inter has aũt sola indicatiua dicit propositio esse: quia sola indicatiua de se est assertiua determinate ueritatis uel falsitatis. Infinitiua autẽ non enumeraꝫ inter orationes perfectas: quia nõ importat rem certã ⁊ determinatã. Unde ponit sine numeris ⁊ personis.

De propositione.

p Propositio est oratio uerum uel falsum significans indicãdo ut homo currit. Propositionum autem alia cathegorica alia ypothetica. Cathegorica est illa que habet subiectum ⁊ predicatum ⁊ copulaꝫ tanq̃ principales partes sui ut homo currit. In hac enim propositione homo est subiectum: currit vo predicatũ. ⁊ quod coniungit vnum cum altero est copula: ut patet resoluendo homo currit: idest homo est currens. homo est subiectum; currens predicatum: ⁊ illud uerbum est copulat vnum cum altero. Et dicitur cathegorica a cathegoriꝛo zas quod idem est sicut predico cas: vnde cathegorica idest predicatiua. Subiectũ est illud de quo aliud dicit. s. predicatũ. Predicatũ est qđ dr de alio. s. de subiecto.

b Ic auctor diffinit propositionẽ seu enuncia-

tionem dicens: ꝙ propositio est oratio uerum uel falsum significans indicando. ¶ Ad cuius euidentiam notandum ꝙ aliter hic diffinit: ⁊ aliter in libro priox. Ibi enim diffinitur ſm propriam rationẽ propositionis inquantũ. s. ponit in premissis ad inferendũ cõclusionẽ. Hic autẽ capit pro enunciatione. s. prout aliquid in ipsa uere uel falsε dicit de alio. ¶ Item notandũ ꝙ propositio potest capi dupliciter. uno modo pro illa secũda intentione que consistit in compositione duox conceptox: siue illa duo sint idẽ ſm rem: siue diuersa. Utitur enim quandoq; intellectus uno ut duobus compositionẽ formans: ut homo est homo. alio modo pro fundamẽto cõcepto sub illa secũda intẽtione. ¶ Ulterius notandũ ꝙ oratio etiã potest accipi pro illa secũda intentione que est relatio siue habitudo signi ad significatũ. alio modo pro uoce cõplexa in qua fundatur talis relatio. ¶ Item notandũ ꝙ ueritas ſm Scotũ 6° metaphysice est dupler. quedã in rebus. ⁊ quedam in intellectu. Ueritas in rebus uno modo sumitur in se ⁊ absolute ſm rem. ⁊ talis dicit conformitatẽ pducti ad producẽs. ⁊ sic filius generatꝰ ab aliquo dicit esse uerus filius eius quãdo est sibi cõformis. alio modo sumit ueritas in re per comparationẽ ad intellectũ: ⁊ sic res dicitur uera inquãtũ est intelligibilis seu manifestatiua sui intellectui potenti eaz intelligere uel cognoscere: ⁊ sic ueritas est paꝰ entis: ⁊ de his nihil ad propositum. Ueritas vo in intellectu de qua in propõsito est cõformitas predicati ad subiectũ: seu cõformitas intellectꝰ cõponẽtis seu diuidentis ad ipsam rem uel sub alijs uerbis. Ueritas est adequatio rei ad intellectum: falsitas autẽ est difformitas uel inadequatio. Quz enim per intellectũ componunt ea que sunt cõposita in re est ueritas: uel cũ diuiduntur ea que sunt diuisa. Falsitas autẽ cũ cõposita diuidũtur: uel diuisa cõponuntur. ¶ Item notanduz ꝙ lz propositio hic posset diffiniri pro secunda intẽtione uel pro fundamento sub illa secunda intẽtione cõcepto: ut dictũ est in diffinitione nominis: quia tamen logica prime considerat secũdas intẽtiones: primas autem non cõsiderat nisi in ordine ad secũdas melius accipitur pro secũda intentione. Itẽ notandũ ꝙ secũda intẽtio quã significat propositio hic diffinitur in concreto prout scilicet cõcernit relationẽ cum fundamẽto: sicut dictum est in diffinitione nominis. Ipsis enim secundis intẽtionibus possunt assignari genera ⁊ differentie: ut dicit Sco. j. di. 4. sentz. ⁊ tunc genus ad propositionẽ erit oratio sumpta pro habitudine signi ad significatũ. Sumpta autẽ pro uoce cõplera erit fundamentũ illius relationis sicut subiectũ ⁊ predicatũ que ad inuicem cõponuntur. Significare autẽ uerũ uel falsum ponitur loco differentie. scilicet ad differentiã dictionũ que lz significent res tamen non est ibi ueritas uel falsitas de qua intendit logicus que scilicet cõsistit in compositione ⁊ diuisione. Unde dicit Aristo. ꝙ ycocerrus non significat uerũ uel falsum: nisi addatur esse uel nõ esse: idest affirmatio uel negatio. Ponit etiam ad differentiã orationũ imperfectarũ uel etiaz perfectarũ aliarũ ab indicatiua que non significant uerũ aut falsum determinate nisi inquantũ reducũtur ad ipsam. Res autẽ significata ponitur pro correlatiuo. Habemus itaqz genus ⁊ differentiã illius relationis quã dicit propositio ⁊ fundamentũ ⁊ terminũ que cõmuniter ponũtur in diffinitionibꝰ rlox

ꝛ sic possent adaptari diffinitiones intẽtionũ quas logicus cõsiderat: qõ lectori sagaciori relinquo: Iz autẽ nõ esset necessariũ ponere illã particulã indicãdo ponit tamẽ ad maiorẽ erpressionẽ. ℂ Cõtra predicta arguit tripliciter. primo sic. secũda intẽtio nõ est in genere ergo nõ potest diffiniri. cõsequẽtia est nota probat antecedẽs: quia predicamẽta sunt entia realia ex 5° metaphysice. secũda autẽ intẽtio est ens rationis. ℂ Itẽ ista diffinitio dat per uerum ꝛ falsum que sunt passiones propositionis: ergo non est bona. antecedẽs est notũ probat consequentia: quia diffinitio debet dari per differẽtias essentiales. ℂ Itẽ ista diffinitio dat per coniunctionẽ disiũctiuã: ergo nõ est bona. antecedẽs est notũ probatur cõsequentia: quia coniũctio disiũctiua comũgit diuersa. partes autẽ diffinitionis significant vnũ per se. ℂ Rñdeo ad primũ quãdo dicit ꝙ ens rationis cuiusmodi est secũda intẽtio non est in genere. dico ꝙ Iz relationes rationis nõ sint in genere relationis per se: pñt tamẽ denominatiue ad ipsum reduci ſm Scotum. viij. dis. 3. sen. ꝛ sic suo modo pñt habere genus ꝛ differẽtias. ℂ Ad secundũ quãdo dicit ꝙ uerũ ꝛ falsum sunt passiones propositionis põt dici ꝙ sepe per passiones circũloquimur differẽtias eẽntiales que ſm Boetiũ sunt nobis ignote. Est autez circũlocutio dictionis nobis deficiẽtis per alias dictiones suppletio. ℂ Ad tertiũ eodẽ modo põt dici ꝙ per istud disiunctũ uerũ uel falsum circũloquimur differentiam essentialem uel ignotam.

ℂ Deinde diuidit auc. propositionẽ in cathegoricam ꝛ ypotheticã: ꝛ est ista diuisio penes substantiã propositionis: quia sumit ab eis ex quibus cõponitur propositio. Est autẽ ypothetica cõposita ex plurib⁹ cathegoricis: ut sortes currit ꝛ plato disputat. Cathegorica vo est illa que habet vnũ subm ꝛ vnũ predicatum tanq̃ principales partes sui: ut in hac propositione homo currit: hocnomẽ homo est subiectũ ꝛ currit est predicatũ: ꝛ qõ coniũgit vnũ cum alio est copula. Dicit autẽ currit predicatum: quia magis se tenet ex parte predicati: quia res importata per ipsum. ſ. cursus se tenet a parte predicati. Unde currit includit illã copulã est cum predicato. qõ patet in resoluẽdo currit: idest est currẽs. ꝛ dicit a cathegorizozas qõ idẽ est qõ predico cas. Unde cathegorica. i. predicatiua denominat a predicato quia a digniori debet fieri denominatio: predicatũ vo est dignius aliquomodo subiecto: quia habet rationẽ forme. subiectũ vo rationem materie. Materie nãq̃ est subici: forme vo inesse uel inherere. Cũ ergo predicatũ insit subiecto habebit rationem forme. ℂ Sed cõtra predicta arguit ꝛ videt ꝙ illa diuisio nõ sit bona: quia pars nõ distinguit cõtra totũ. Cathegorica autẽ est pars ypothetice. ℂ Itẽ membra diuidẽtia non cuacuãt totũ ambitũ diuisi: ergo diuisio non est bona. consequẽtia est nota. probatur antecedẽs quia diuisum excedit membra diuidentia cũ sit aliqua propositio que nec est cathegorica nec ypothetica. ut homo currit qui mouet: ꝛ sic de multis alijs. Nõ enim est cathegorica cũ non habeat tantũ vnũ subiectũ ꝛ vnum predicatũ. nec ypothetica cũ non sit ibi coniũctio coniũgens duas propositiones. ℂ Respondeo ad primũ quãdo dicitur ꝙ cathegorica est pars ypothetice: dico ꝙ cathegorica ꝛ ypothetica possunt capi dupliciter. vno modo materialiter. alio modo formaliter. Si capiantur materialiter scilicet pro ipsis terminis uel pro positionibus. sic cathegorica est pars ypothetice: ꝛ hoc modo non cõtra se distinguunt. Si vo capiant formaliter: sic sunt duo mẽbra distincta que non coincidũt in idẽ. Cathegorica enim est quedã secũda intẽtio que cõsistit in cõpositione vnius subiecti ad vnũ predicatũ. ypothetica vo est compositio vnius propositionis cũ alia. ℂ Ad secundũ quãdo dicitur ꝙ illa homo currit qui mouetur nõ est cathegorica nec ypothetica. dico ꝙ est ypothetica. Illud enim relatiuũ qui implicat. i. intus plicat seu implicite includit coniunctionẽ copulatiuã cũ aliquo pronomine. Unde cũ dicit homo currit qui mouetur. sensus est ꝙ homo currat ꝛ ille mouetur. ℂ Ulterius dicit auc. ꝙ subiectũ est illud de quo aliquid dicitur scilicet predicatũ. ꝛ predicatũ est qõ dicitur de alio scilicet de subiecto. ℂ Circa qõ notãdũ ꝙ subiectum ꝛ predicatũ sunt correlatiua. ideo vnũ diffinitur per aliud: sicut magis determinatur in predicamento de ad aliquid. ℂ Unde subiectũ ꝛ predicatum pñt sumi dupliciter. vno modo materialiter: ut in illa propositione homo est animal: homo est subiectum: animal vo predicatum. alio modo formaliter: ꝛ sic importãt duas secũdas intentiones uel relationes rationis. Secunda enim intẽtio quã importat subiectũ significatur per hoc qõ est subici respectu alterius. Illa vo que importatur per predicatũ est dici uel predicari de alio. ℂ Item notandũ ꝙ subiectum potest capi octo modis. primo modo pro obiecto. secũdo pro famulo. tertio pro illo quod ponitur sub alio. quarto pro illo cui inheret aliquid. quinto pro illo quod precedit copulam: ꝛ sic sumitur hic. sexto pro subiecto proprie passionis. septimo pro inferiori respectu superioris quod logicus uocat subiectũ. vñ dici de subiecto est predicari de inferiori. octauo pro subiecto artis uel scientie. vnde uersus

Obiectum uerna positum sub cui quod inheret.
Quod prius est copula proprij logicaliter infra.
Qõ simul ars ꝛ habet bis sunt subiecta quaterna.

Propositionum cathegoricarũ alia vlis. alia particularis. alia indefinita. ꝛ alia singularis. Propositio vlis est illa in qua subicit terminus cõis signo vlî determinat⁹ ut oĩs hõ currit. Terminus cõis est qui est apt⁹ nat⁹ pdicari de pluribus ut hõ de sorte ꝛ de platone. Signa vniuersalia sunt hec. omnis nullus qlibet neuter ꝛ silia. Propositio particularis est illa in qua subicit terminus cõis signo particulari determinat⁹: ut quidã hõ currit. Signa particularia sunt hec: quidam alter aliquis ꝛ silia. Propositio idefinita est illa in qua subicit terminus cõmunis sine signo: ut homo currit. Propositio singlaris est illa in qua subicit terminus discretus uel terminus cõmunis cũ pnomine demõstratiuo. ut sortes currit uel ille homo currit. Terminus singularis uel discretus est qui aptus nat⁹ est pdicari de vno solo ut sortes de seipso. Itẽ ppõnũ cathegoricarũ alia est affirmatiua alia negatiua. Affirmatiua est illa in qua predicatus affirmatur de subiecto. ut homo currit. Negatiua est illa in qua predicatum negatur de subiecto: ut homo non currit.

Juisa ꝓpositione penes substantiã: consequẽter auc. diuidit ipsam quantũ ad quãtitatẽ vz in vlem ⁊ particularẽ indefinitã ⁊ singularẽ. ¶ Uniuersalis est illa in qua subicit terminus cõmunis signo vniuersali determinat⁹: ut ois hõ currit. Sũt aũt signa vlia: ois nullus qlibet nihil ⁊ silia. ¶ Ad cuius euidentiã sciendũ ꝙ signa vlia ⁊ particularia sunt quedã sincathegoremata. Notandũ ꝙ quedã dictiones dicunt cathegorematice ⁊ quedã sincathegorematice. Sunt aũt dictiones cathegorematice que hñt certã significationẽ. Significãt enim rẽ vlem ⁊ particularẽ: ut hõ equus nigredo albedo sor. ⁊ plato. Dictiones sincathegorematice cuiusmodi sunt signa vlia ⁊ particularia ⁊ cõiunctiones ⁊ prepões ⁊ huiusmodi consignificãt. i. designãt alijs addice terminũ cui addunt modo determinato suppositore, vñ hoc signũ ois fm Ari. in libro peryermenias nõ significat rem vlem sed qñ vlr. i. designat terminũ cui addit sumi pro oibus suis suppositis. ¶ Notandũ insuper ꝙ diffinitio ꝓpõnis vlis sic debet intelligi, ꝓpositio vlis est illa in qua subicit⁹ termin⁹ cõmunis cõmuniter tent⁹ determinat⁹ signo vli non negato: uel aliquo equiualẽti. per hoc qõ dicit cõmuniter tent⁹ excludit ista. oẽs isti hoies currũt: q: hoies nõ tenet cõiter sed singulariter rõne huius ꝓnominis isti: per hoc qõ dicit signo vli nõ negato excludit ista: non ois hõ currit: que nõ est vlis sed particularis ratione negationis ꝓpõite illi signo. ois negatio enim quicqd post se inuenit destruit ⁊ oppositum eius ponit. Et ideo si inueniat signũ vle facit ipsum particularẽ. per hoc vo qõ dicit uel aliquo equiualenti. Ista est vlis: nõ quidã hõ nõ currit. equiualet enim isti: ois hõ currit. ¶ Deinde notandũ ꝙ duplex est subiectũ. Quoddã est subiectũ distributionis cui. s. addit signũ distributiuũ: ⁊ respectu illius subiecti ista ꝓpositio: cuius lz homis asinus currit est vlis ⁊ etiã sil̃es. aliud est subiectũ locutionis seu enunciationis: ⁊ respectu illius dicta ꝓpositio est indefinita ⁊ istud subiectũ ꝑncipaliter intẽdit in ꝓpositiõe: ideo talis ꝓpositio simpliciter põt dici indefinita. ¶ Ulterius sciendũ ꝙ hoc signũ ois põt capi dupliciter. s. distributiue: ut ois hõ currit: tũc enim terminus cui addit distribuit pro oibus suis suppositis: ita ꝙ ꝑdicatũ dicitur de quolibet supposito singillatim. alio modo collectiue: ut oẽs apostoli sunt duodecim. i. apostoli cõgregati sunt in numero duodenario. Uñ nõ sequit: ergo petrus est. xij. uel ioãnes. ¶ Itẽ sciendũ ꝙ hoc signũ tot⁹ põt capi dupliciter. vno modo cathegorematice: ⁊ sic est idẽ qõ habẽs partes uel cõstitutũ ex partibus. Alio modo sincathegorematice: ⁊ sic tñ ualet sicut quelibet pars. Sic enim includit hoc sincathegorema quelibet: ⁊ fm hoc põt exponi illa ꝓpositio. totus sor. est minor sor. si enim sumat lr tot⁹ sincathegorematice. Sensus est ꝙ quelibet pars sortis est minor sor. ⁊ tũc est vniuersalis ⁊ uera. Si vo sumat cathegorematice sensus est ꝙ sor. cõstitut⁹ ex partib⁹ est minor seipso ⁊ sic est singularis ⁊ falsa. ¶ Insuper notandũ ꝙ quãtitas ꝓpõnis sumit a parte subiecti: quia subiectũ habet rationẽ materie: materiã autẽ cõsequit quantitas fm qõd ei ꝓponit signũ vniuersale uel particulare. Non autem ponitur signum a parte predicati: q: fm Ari. libro peryermenias affirmatio est nulla idest falsa in qua ꝑdicatur vniuersale vniuersaliter sumptũ. Unde hec est falsa: aial est ois hõ: quia cuz aial supponat determinate pro hoc aiali uel illo tũc aliquod determinatũ aial esset ois hõ: Et sic sortes esset plato ⁊ gulielmus cicero ⁊c. ¶ Et si arguatur ista est uera: ois hõ est aial: ergo aial est ois hõ: ꝓbat quia nomia ⁊ uerba trãsposita idẽ significãt. ¶ Respõdeo ꝙ lz significẽt idẽ nõ tamẽ eodẽ modo. Unde in prima lr aial supponit cõfuse tñ: ita ꝙ nõ põt fieri descensus ad singularia fm Sco. xxj. di. p. sentẽ. In secũda autẽ supponit determinate. ¶ Si vlterius arguit: ꝙ illa est uera. ois hõ est ois hõ: cuz fm Boetiũ nulla sit uerior ꝑdicatio q̃z illa in qua idem ꝑdicat de seipso: ⁊ tamẽ hic ꝑdicat vniuersale vniuersaliter sumptũ. ¶ Rñdeo ꝙ illa est falsa nec predicat ibi idẽ de seipso: sed ois homo de quolibet individuo humis cũ subiectũ distribuat pro quolibet individuo. Uñ sensus est ꝙ sor. est ois hõ: ⁊ plato est ois hõ: ⁊ sic de alijs: que omnes sunt false. Ex premissis patet diffinitio propositionis vniuersalis. ¶ Declarat ꝓsequẽter auctor quid sit terminus cõmunis di. Terminus cõmunis est ille qui est aptus natus ꝑdicari de pluribus: ut hõ de sor. ⁊ platone. ¶ Ad hoc ꝙ terminus sit cõmunis non requirit ꝙ actu ꝑdicet de pluribus: sed sufficit ꝙ nõ repugnet sibi ex ipositione sua. ⁊ ideo lz plures termini ut sol ⁊ luna: ⁊ sic de multis alijs nõ ꝑdicent actu de pluribus: cũ nõ habeãt nisi vnũ suppositũ: sunt tamen cõmunes termini cũ nõ repugnet eis capi pro pluribus si essent: cũ imponant a qualitate pluribus cõmunicabili. ¶ Notãdũ insuper ꝙ ad hoc ꝙ terminus sit cõmunis oportet ꝙ ꝑdicet vnioce de pluribus. Unde lz iste terminus sor. cõueniat plurib⁹ illo nomine uocatis tamẽ nõ est cõmunis cum non vnioce ꝑdicet de illis. Sola enim dictio est illis cõmunis: nec cõueniũt in aliqua cõmuni rõne sumpta fm idẽ nomẽ. Oportet etiã ꝙ terminus cõmunis ꝑdicet de pluribus diuisim. ⁊ ideo hoc complexũ isti hoies nõ est terminus cõmunis: cũ ꝑdicetur de pluribus coniunctim ⁊ non diuisim.

¶ Consequenter auctor diffinit ꝓpositionem particularẽ dicẽs. ꝙ ꝓpositio particularis est illa in qua subicit terminus cõmunis signo particulari determinat⁹: ut quidã homo currit. ⁊ debet intelligi de signo particulari nõ negato: sicut dicebat in diffinitione signi vniuersalis ratione equipollentiarum de quibus dicet postea. Sunt autẽ signa particularia aliquis quidã alter reliquus quecunque facium terminũ cui addunt teneri pro vno supposito ⁊ determinate tñ ⁊ disiũctim: ut quidã homo currit: ergo sor. uel gulielmus currit uel plato ⁊ sic de alijs.

Propositio indefinita est illa in qua subicitur terminus cõmunis sine aliquo signo: ut homo currit: ⁊ dicit indefinita: idest indeterminata: quia terminus sumptus sine signo non determinat ad aliquã suppositionẽ. Potest enim aliquãdo supponere simpliciter pro natura cõmuni: ut homo est species: aliquando personaliter pro suppositis nature: ut homo currit: aliquando materialiter pro illo termino homo: ut homo est dictio dissylaba. Ex quo patet ꝙ non sunt omnino idem ꝓpositio indefinita ⁊ particularis: quando enim termino cõmuni addit signũ particulare: tũc determinat ipm ad standũ personaliter nisi cõparet ad aliqd ptinẽs ad significatũ. vñ ista est falsa aliquis homo est species. Si tamẽ cõparetur ad aliquid pertinẽs ad signũ tũc supponit materialiter: ut aliquis homo cõponitur ex termino communi ⁊ signo particulari. ⁊

notandū q̄ ly iste termin⁹ hō sit nomē appropriatū ad significādū naturā humanā ⁊ nō alias naturas. Illa tñ ꝓpositio hō est spēs nō est singularis sz idefinita: qr illa natura est cōicabilis multis indiuiduis ⁊ in ipsis plurificabilis. non sic est de illo qđ iportat per terminū singularē uel discretū. ¶ Notādū isup q̄ ly illa ꝓpositio hō est dictio dissyllaba ⁊ ꝓsimiles in q̄bus subiectū supponit materialr pro se uel sibi sili in uoce uel in scripto possint dici indefinite pro prer cōuenientiā quā hz termin⁹ sic sumpt⁹ cū termino cōi: qr tamē nō est uere termin⁹ cōis cū ut sic nō dicat aliquē cōceptū cōem pluribus: iō ueri⁹ pūt dici singlares. ¶ Notādū etiā q̄ ista hō qui est for. currit: est singlaris: qr ly ibi ponat terminus cōis sine signo tamē restringit per illā iplicationē qui ad standum pro supposito determinato.

¶ Propositio singularis est illa in qua subicit terminus discret⁹: ut for. currit: uel termin⁹ cōis sumptus cū pnoie demonstratiuo: ut iste hō currit. Est aūt termin⁹ discret⁹ qui est apt⁹ nat⁹ p̄dicari de uno solo ut for. Et patet hoc ex his que dicta sunt in diffinitiōe termini cōis. Dicit aūt termin⁹ singularis ⁊ discret⁹ qr significat rē suā ab alia discretā siue distinctā ⁊ separatā. ¶ Si q̄rat quanta est ista: uterq; istorum currit. dico q̄ est vlis: ibi enim intelligit termin⁹ cōmunis. scilicet homo ⁊ huiusmodi.

¶ Consequēter diuidit auctor ꝓpōnez penes q̄litatē vz in ꝓpositionē affirmatiuā ⁊ negatiuā. Dicit aūt hec diuisio fieri penes q̄litatē: qr q̄litas cōsequitur formā: sicut affirmatio ⁊ negatio pncipalr respiciunt p̄dicatū qđ hz rōnem forme. Uel qr affirmatio ⁊ negatio sunt differētie essentiales ꝓpositiōis que hūt modū q̄litatis. Est aūt ꝓpositio affirmatiua illa in qua p̄dicatum affirmat de subiecto. i. res iportata per p̄dicatū denotat in cē subiecto. Uñ affirmatio est q̄dā cōpositio itellect⁹ cōponētis p̄dicatum cū subiecto: ac per hoc denotātis rē iportatam per p̄dicatū vniri cū re iportata per subiectū. ꝓpositio negatiua est illa in qua p̄dicatū remouet a subiecto. i. res iportata per p̄dicatuz denotat remoueri a re iportata per subiectū. Est enī negatio q̄dā diuisio itellect⁹ diuidētis siue separātis vnū ab alio.

d Iuisa propositione tripliciter sciendum est q̄ tripler est quesitiuum per quod querimus de ipsa propositione scilicet que qualis ⁊ quāta. Que querit de substantia propositionis: ideo ad questionem factam per que respondendum est cathegorica uel ypothetica. Qualis querit de qualitate propositionis. ideo ad questionez factam per qualis: respondendum est affirmatiua uel negatiua. Quanta querit de quātitate. ideo ad interrogationem factam per quanta: respondedū est vniuersalis uel particularis uel idefinita uel singularis. vide uersus. Que ca uel ỿp. qualis ne uel af. v. quanta par in fin.

d Finde auctor ponit tripler q̄sitiuuz per qđ q̄rim⁹ de ipsa ꝓpositiōe. s. que q̄lis ⁊ quanta. Que q̄rit de substātia ꝓpositiōis. est enim q̄sitiuū substātie. Quāta vo est q̄sitiuū quātitatis: ⁊ ideo querit de quātitate ꝓpositionis. Qualis autē est quesitiuum de q̄litate ꝓpositiōis: ⁊ ideo q̄rit de qualitate propositionis: ut patet per hunc uersum. Que ca uel ỿp qualis ne uel af u quāta par in fin.


De proprietatibus propositionum.

i Tem propositionū cathegoricarum quedā participāt utroq; termino: ut homo est animal hō n on est animal alie participant vno tñ: ut homo currit: hō disputat. Item ꝓpositionū participantium utroq; termio: alie participāt secundū eundē ordinē ut hō currit hō nō currit. alie vo ordine cōuerso: ut hō est aial aial est hō. Jté ꝓpositionū utroq; termio participātiū fm eūdē ordinē: alie sunt cōtrarie: alie subcōtrarie: alie contradictorie: alie subalterne. ¶ Cōtrarie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdem p̄dicati: ut ois homo currit nullus hō currit. Subcōtrarie sūt particularis affirmatiua ⁊ particularis negatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdē p̄dicati: ut quidam homo currit q̄dam hō nō currit. ¶ Cōtradictorie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ particularis negatiua: ul' vniuersalis negatiua ⁊ particularis affirmatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdē predicati: ut ois hō currit: quidā homo nō currit: nullus homo currit q̄dā hō currit.

Subalterne sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ particularis affirmatiua: ul' vniuersalis negatiua ⁊ particularis negatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdem p̄dicati: ut omnis hō currit q̄dā homo currit: nullus homo currit quidā hō nō currit. ⁊ hoc totum patet in figura sequenti.

b Je auctor icipit determinare de q̄busdam ꝓprietatib⁹ ꝓpositionū cuiusmodi sunt oppositio cōuersio ⁊ eqpollētia que cōueniunt ꝓpositiōibus fm mutuā cōparationē. Ad quarū cognitionē p̄mittit duas diuisiones: quarū prima est q̄ ꝓpōnum cathegoricarū: q̄dam participāt utroq; termino que. s. habēt idē subiectū ⁊ idē p̄dicatum: ut hō est aial: hō nō est animal. Dicunt autē subiectū ⁊ p̄dicatū termini ꝓpōnis qr sunt duo extrema ipsam terminātia. Alie vo participant vno termino tñ. ut hō currit hō mouet. cōueniūt enim in subiecto ⁊ nō in p̄dicato. Alie vo nullo: que. s. nec idez subiectū hūt nec idē p̄dicatū ut hō currit equus mouet. Pro quo notādum q̄ due ꝓpositiōes dicuntur participare vno termino: non q̄ sit simplr eadē uox in numero in duab⁹ ꝓpositiōib⁹: qr ut dicit Arī. in p̄dicamētis. Nō semel dictū est ampli⁹ resumi nō pōt. Uñ quot sunt ꝓpositiōes tot sunt uoces numero distincte: tamē sunt idē numero per equalētiā q̄tū ad sinē uocis. s. ad exprimēdū mētis conceptū. Eadem enim res cōcepta per ipsas exprimit fm Scotuz di. ij. secūdi sen. ¶ Scōa diuisio est ꝓpōnū participantiū utroq; termino. Quedā enī participant fm eundē ordinē. qñ videlicet illud qđ est subiectū in vna est subiectū in alia. ⁊ qñ illud qđ est p̄dicatū in vna est p̄dicatū in alia: ut hō currit: hō nō currit. Quedam uero participant ordine conuerso: quando scilicet quod est subiectum in vna est predicatum in alia. ⁊ quod est predicatum in vna est subiectuz in alia: ut homo est animal: animal est homo.

¶ His premissis agit auctor de oppositione ꝓpositionū: que est repugnātia duarū ꝓpositionū in qualitate uel q̄titate dicēs: q̄ ꝓpositionū utroq; termino participantiū ſm eundē ordinē. quedā sunt ꝯrie quedā subcōtrarie: alie cōtradictorie: alie subalterne. Cōtrarie sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua eiusdē subiecti ⁊ eiusdē predicati: ut ois hō currit: nullus hō currit. Subcontrarie sunt particularis affirmatiua ⁊ particularis negatiua. ut quidā hō currit q̄dā hō nō currit. ⁊ dicunt subcōtrarie quia ponunt sub ꝯrarijs. Cōtradictorie sunt vniuersalis affirmatiua: ⁊ particularis negatiua. vniuersalis negatiua ⁊ particularis affirmatiua: ut ois hō currit: quidā hō nō currit: nullus hō currit quidā hō currit. Subalterne sunt vniuersalis affirmatiua ⁊ particularis affirmatiua. vniuersalis negatiua ⁊ particularis negatiua: ut ois hō currit: quidā hō currit: nullus hō currit: quidā hō non currit. Et dicunt subalterne: quia vna ponit sub alia: scilicet particularis sub vniuersali. ¶ Ad euidentiam predictoꝝ sciendū est q̄ ad hoc q̄ ꝓpositiones opponant multa requirunt. ꝑmo q̄ participēt utroq; termino ſm eundē ordinē ut patet in precedētibus 2° q̄ sumant significatiue ⁊ non materialiter. Et iō iste nō opponunt: ois hō est terminus cōmunis signo vniuersali determinat⁹. ⁊ quidā hō est terminus cōmunis signo particulari determinat⁹. 3° q̄ termini teneant eque ample ⁊ eque stricte. Vñ iste ois hō currit ⁊ nullus hō currit nō opponunt nisi ly hō in prima restringat ad standū pro viris: sicut restringit in secūda per ly nullus qui est masculini generis sub ista terminatione us. Si enim in prima ly hō staret pro mulieribus ⁊ in secūda pro viris ambe possent esse simul uere. Itē 4° requirit q̄ termini supponāt eodē genere suppositionis. Vñ iste nō opponunt. sed sunt simul uere. Syllogism⁹ est subiectū in logica: ⁊ nullus syllogismus est subiectus in logica: quia in prima syllogismus supponit simpliciter: in secūda vo ꝓsonaliter ratiōe illius signi nullus. Oppositiones supradicte luculēter innotescūt per figuram sequentem.



De materia propositionum.

¶ Propositionū triplex est materia. s. p naturalis contingens ⁊ remota. Naturalis est illa in qua predicatū est de essentia subiecti uel ꝓprij eius: ut homo est animal uel hō est risibilis. Cōtingēs est illa in qua predicatū potest adesse uel abesse subiecto ꝑter subiecti corruptionē ut homo est albus. ¶ Remota est illa in qua predicatū potest cōuenire subiecto ut homo est asinus. Lex siue natura ꝯriarum talis est: q̄ si vna est uera reliqua est falsa ⁊ nō ecōuerso. ¶ Possunt enim ambe simul esse false in cōtingēti materia: ut omnis hō est albus nullus homo est albus. In naturali vo materia ⁊ remota semp vna est uera ⁊ reliq̄ falsa: ut ois hō est aial nullus hō est aial. ois hō est asin⁹ null⁹ hō est asin⁹

Lex siue natura subcontrariarū talis est q̄ si vna est falsa reliqua est uera ⁊ non econtra. ¶ Pōt enim ambe simul eē uere in cōtingēti materia: ut q̄dā hō est alb⁹ q̄dā hō nō est albus. Vñ lex subcōtrariarū cōtrario modo se habet legi contrariarū. Lex siue natura cōtradictoriaruꝫ talis est q̄ si vna est uera reliq̄ est falsa ⁊ non ecōuerso. In nulla enim materia possunt simul eē uere aut simul false: ut ois homo est animal quidā homo non est aial. Lex siue natura ſbalternarū talis est: q̄ si vniuersalis est uera particularis erit uera ⁊ non ecōuerso. potest enim particularis eē uera sua vniuersali existēte falsa. ut ois homo est alb⁹ ſz si particularis sit falsa vniuersalis eius erit falsa ⁊ non econuerso.

Postq̄ auctor determinauit de oppositione p propositionū: hic cōsequenter determinat de lege seu natura earū. ¶ Ad cuius euidētiā sciendū q̄ tripler est materia propositionū. ſ. naturalis cōtingēs ⁊ remota: cuius diuisionis sufficiētia sic pōt haberi. predicatū enim ꝓpositionis conuenit subiecto uel repugnat. Si primo modo hoc est dupliciter. quia uel cōuenit necessario sibi: ⁊ sic est materia naturalis: uel cōtingēter: ⁊ sic est materia cōtingēs. Si secūdo modo sic est materia remota. ¶ Circa q̄ notādū q̄ materia sumitur hic perquādā similitudinē ad materiā in naturalib⁹. Materia enim ſm Ari. 2° phȳsicoꝝ est ex qua cū aliquo aliquid fit: quia igit ꝓpositiones cōponunt ex terminis. ſ. ex subiecto ⁊ predicato. ſbiectū ⁊ ꝓdicatū sunt materia ꝓpositionū ⁊ in ipsa resoluūtur: ideo subiectū ⁊ predicatū dicunt materia ꝓpositionum. Itē sicut materia est in potētia ad formā: sic subiectū ⁊ predicatū sunt in potētia respectu vnionis et cōpositionis designate per copulā que est ipsius ꝓpositionis forma. ly aūt ꝓdicatum se habeat ut forma respectu subiecti: hoc tñ nō obstāte utrūq; se habet ut materia respectu ꝓpositiōis ul' cōpositionis nec hoc est incōueniēs: ut patet in naturalibus. Cōstitutuꝫ enim ex materia ⁊ forma corporeitatis est potētiale respectu vniuersalitati actus. ſ. anime: ut diffuse declarat Sco. ij. di. 4. sen. ¶ Est autē materia naturalis in qua ꝓdicatū est de essentia subiecti ut hō est animal: uel hō est rationalis: uel est ei⁹ ꝓpria passio: ut hō est risibilis. ⁊ notāter dicit materia naturalis: quia res importata per predicatū includit intrinsece in natura rei importate per subiectū: sicut genus ⁊ differētia: ut aial ⁊ rationale que se habēt ut materia ⁊ forma includunt in homie ul' necessario cōsequit eius naturā: sicut risibilitas necessario ꝓsequit rōnabilitatē. ¶ Materia ꝯtingēs est illa

est illa in qua predicatum põt adesse uel abesse subiecto põter subiecti corruptionẽ: ut hõ est albus. põt enim hõ esse albus ⁊ nõ albus: non quidẽ simul sed successiue. ¶ Materia remota est illa in qua predicatũ nõ põt cõuenire subiecto: ut homo est asin⁹. natura enim asini est repugnãs nature humane.

¶ Circa predicta notandũ q affirmatiua ⁊ negatiua sunt in eadẽ materia cũ sit idẽ subiectũ ⁊ idẽ predicatũ in utraq; ut hõ est aial: hõ nõ est aial. ¶ Et si arguit q ista hõ nõ est aial sit in materia remota qa predicatũ remouet a subiecto. ¶ Respõdeo q põdicatũ remouet per negationẽ. i. negat a subiecto seu denotat remoueri: nõ tñ remouet per repugnantiã ad subiectũ: qr aialitas non repugnat humanitati: imo includit in ipsa. ¶ His ꝓmissis ponit auctor legẽ seu naturã ỹriarũ que talis est: q si vna est uera reliqua erit falsa: ⁊ nõ ecõuerso. põt enim simul esse false in ꝓtingẽti materia: ut ois hõ est albus: nullus hõ est alb⁹. ¶ Pro quo notandũ q si due ỹrie cẽnt simul uere sequeret q due ỹdictorie essent simul uere: qõ est impossibile. pbat cõsequẽtia: qr cũ ad ueritatẽ vniuersalis sequat ueritas particularis vna cõtradictoriarũ inferret ỹdictoriã alterius: ut ad illã ois hõ currit: sequit illa quidã hõ currit que est cõtradictoria illius: nullus hõ currit. Nõ sic est de falsitate: qr falsitas vniuersalis nõ infert falsitatẽ particularis. Cũ põt simul esse false in materia cõtingẽti: ut ista ois hõ currit est falsa pro aliquib⁹ suppositis. videlicet pro his qui nõ currũt: ⁊ ista null's hõ currit est falsa pro his qui currũt. In materia vo naturali ⁊ remota nõ põt simul esse false nec simul uere: qr in materia naturali põdicatũ ꝓuenit cũ ſbiecto pro oi supposito. In materia aũt remota repugnat ei vlr. ¶ Sz ꝓtra põdicta arguit dupl'r. ꝓmo sic. Iste due ỹrie oẽ aial est hõ ⁊ nullũ aial est hõ sunt in materia naturali: ⁊ tñ ambe sunt false. ergo due ỹrie in materia naturali põt simul eẽ false. Itẽ ille sunt ỹrie cuiuslibet hois oculus est dexter: ⁊ cuiuslibz homis oculus nõ est dexter ⁊ tñ sunt simul uere. ꝓma enim est uera pro oculo dextro. secũda autez pro sinistro. ¶ Rñdeo ad ꝓmũ q ille due nõ sunt in materia naturali sz ꝓtingẽti. põdicatũ enim nõ est de eẽntia subiecti nec ppriũ ei⁹: cũ inferiora nõ sint de eẽntia supiorꝝ sz accidãt eis. vñ ille due tenẽt legẽ ỹriarũ in materia ꝓtingẽti: qr. s. ambe sunt false. dicunt aũt inferiora accidere supiorib⁹ ſm Sco. ij. di. p. sen. accipiẽdo accidẽs pro exneo qõ est exrõnẽ. s. diffinitionẽ alterius: nõ aũt pro eo q nõ facit psone vnũ cũ eo cui accidit: sicut albedo in corpore. ¶ Ad scdz dico q ille nõ sunt ỹrie cũ ly oculus qui est subiectũ ꝓncipale ppõnis nõ sumat' vlr nec in ꝓma nec in scda. vñ iste eẽnt ỹrie: cuiuslibet hois ois oculus est dexter: ⁊ cuiuslibet hois nullus oculus est dexter: que sũt ambe false. ¶ Lex subcõtrariarũ talis est q si vna est falsa reliqua est uera: ⁊ nõ ecõuerso. põt enim siml' eẽ uere in materia ꝓtingẽti. ¶ Pro quo notandũ q si due subcõtrarie possent siml' eẽ false: due ỹdictorie eẽnt simul false: cũ ad falsitatẽ particularis sequat falsitas vlis: ut ad falsitatẽ huiꝰ. qdã hõ currit sequitur falsitas illius ois hõ currit: que ỹdicit illi quidã hõ nõ currit. Nõ sic est de vitate cũ vitas particularis nõ iferat vitatẽ vlis. Et iõ põt simul eẽ uere in cõtingẽti materia vna pro vno supposito: alia pro alio. In materia aũt naturali ⁊ remota nunq; põt esse simul uere: qr in materia naturali põdicatũ subiecto cõuenit pro oi supposito: ⁊ ideo affirmatiua semper est uera ⁊ negatiua semper est falsa. In materia vo remota põdicatũ repugnat subiecto pro oi supposito. ⁊ ideo negatiua est semp uera: ⁊ affirmatiua est semp falsa. ¶ Sz ꝓtra põdicta arguit sic. Due ỹrie põt simul esse false: ergo ⁊ due subcõtrarie. antecedẽs est notũ: pbat ꝓsequẽtia: qr sicut se habet vlis affirmatiua ad vlem negatiuã: ita particularis affirmatiua ad particularẽ negatiuã. ¶ Respõdeo q ista similitudo habet vitatẽ quãtũ ad quãtitatem ⁊ qualitatẽ: nõ autẽ quãtũ ad vitatẽ ⁊ falsitatẽ. ¶ Lex contradictoriarũ talis est q si vna est uera reliqua est falsa ⁊ ecõuerso. Ratio est qr in ỹdictorijs idem affirmat ⁊ negat de eodẽ. Impossibile est aũt idem inesse eidẽ ⁊ nõ inesse. als esset dare oppositũ primi ꝓncipij: qõ tñ est firmissimũ ⁊ notissimũ ex 4° metaphysice. ¶ Deinde ponit auctor legẽ subalternarũ que cõtinet tres particulas. Prima est q si vniuersalis est uera particularis est uera. que ex hoc patet qr si põdicatũ uere dicat de quolibet supposito subiecti: ut denotat vlis: uere etiã dicet de aliquo eius supposito: qõ sufficit ad veritatẽ particularis. Secũda particula est q nõ sequit ecõuerso: qr particularis põt esse uera sua vniuersali existente falsa. In materia enim cõtingẽti põdicatũ põt conuenire alicui supposito subiecti: nõ tñ ꝓpter hoc cõuenit oib⁹. Tertia particula est q si particularis est falsa: vniuersalis est falsa. Cuius ratio est qr si põdicatũ nõ uerificet de aliquo supposito: sicut per particularẽ denotat: nec uerificabit de quolibet: sicut designatur per vniuersalẽ. ¶ Notandũ tamẽ q in materia naturali particularis uel indefinita equiualet vli.

De conuersionibus.

i Tẽpositionũ cathegoricarũ utroq; termio participãtiũ ordine ecõuerso triplex est cõuersio. s. simplex per accidẽs ⁊ per cõtrapositionẽ. Conuersio simplex est qñ fit de subiecto predicatũ ⁊ de põdicato subiectũ manẽte eadẽ qualitate ⁊ quãtitate: ⁊ hoc modo conuertit' vniuersalis negatiua in seipsam ⁊ particularis affirmatiua in seipsam: ut nullus hõ est lapis: nullus lapis est homo: quidã hõ est animal: quoddã aial est homo. Cõuersio per accidẽs est facere de subiecto predicatũ ⁊ de põdicato subiectũ manente eadẽ qualitate sz mutata q̃titate. ⁊ hoc modo cõuertitur vniuersalis affirmatiua in particularẽ affirmatiuã: ⁊ vniuersalis negatiua in particularẽ negatiuã: ut omnis hõ est animal ergo quoddã aial est homo. Nullus hõ est lapis ergo quidã lapis nõ est hõ. Cõuersio per cõtrapositionẽ est, facere de subiecto predicatũ ⁊ de põdicato subiectũ manente eadez qualitate ⁊ quãtitate: sz mutatis terminis finitis in termios infinitos. Et hoc mõ ꝓuertit' vniuersalis affirmatiua in vniuersalem affirmatiuã: ⁊ particularis negatiua in seipsam: ut omnis hõ est animal ergo omne nõ aial est nõ homo. Quidaz homo non est lapis ergo quidã nõ lapis non est nõ homo vñ uersus. Simpliciter feci cõuertit' eua per.

acci. Asto per cõtra: sic fit cõuersio tota. Asserit a negat e sunt vniuersaliter ambe. Asserit i negat o sunt particulariter ambo. Et sciẽdũ est q̃ signũ positũ in subiecto ꝓpositiõis que debet cõuerti debet poni supra totũ predicatũ: ⁊ totũ reduci ad subiectum in conuertẽte. ¶ Preterea eadẽ est cõuersio ꝓpositionis particularis indefinite ⁊ singularis.

c Onsequẽter agit auctor de cõuersione ꝓpositionũ que est ꝓprietas ꝓpositionũ utroq̃ termino participantiũ ordine ecõuerso: q̃ ſ. fit de p̃dicato subiectũ ⁊ de subiecto p̃dicatus. Et est tripler. ſ. simpler per accidẽs ⁊ per cõtrapositionẽ. ¶ Unde notandũ q̃ in cõuersione sunt due ꝓpositiones: quarũ p̃ma dicit ꝙuersa: ⁊ est antecedẽs secũda vo dicit cõuertẽs. ⁊ est consequẽs ad aliam. ¶ Est autẽ antecedẽs ꝓpositio cathegorica ul' ypothetica ad quã alia sequit: cõsequẽs vo est cõclusio que sequit ex antecedẽte. ¶ Cõsequẽtia vo est illatio ꝙsequẽtis ex antecedẽte. ¶ Quia vo ꝙuersio est cõsequẽtia notandũ q̃ ꝙsequẽtia formalis dicit illa que tenet in omnib⁹ terminis ꝙsimili forma arguẽdi retẽta. ex parte autẽ forme se tenẽt vniuersalis particularis affirmatio ⁊ negatio. ⁊ uarius modus arguẽdi ſm regulas ꝙsequentiarũ. ¶ Cõsequẽtia vo materialis solũ tenet ex parte terminorum: ⁊ ideo nõ tenet in omnib⁹ terminis: lz forma consimilis obseruet. Unde lz sequat gratie materie quidã homo est aial: ergo ois homo est aial nõ est tñ cõsequẽtia formalis. Et ideo non ualeret similis modus arguẽdi in alijs terminis. sicut nõ sequit. q̃dam homo currit: ergo ois homo currit. ¶ Notandũ insuper q̃ Ari. tractãs de reductione ſyllogiſmorum imperfectorum ad pfectos agit de cõuersione simplici ⁊ per accidẽs. que ad hoc sunt utiles. Nõ autẽ de cõuersione per cõtrapositionẽ que ad hoc nõ deseruit q⁹ in ipsa nõ manẽt idẽ termini simpliciter: qui tamen deberẽt manere in reductione ſyllogiſmorũ. ¶ Petrus añt hiſpanus tractat hic de ipsa inquantũ est quedã passio ꝓpositionis. ¶ Conuersio simpler est facere de subiecto p̃dicatũ ⁊ de predicato subiectũ manẽte eadẽ qualitate ⁊ quãtitate. ⁊ hoc modo cõuertit vniuersalis negatiua ⁊ particularis affirmatiua: ut nullus homo est lapis: nullus lapis est homo. quidã homo est aial. quoddã aial est homo: ⁊ dicitur simpler q⁹ est sine mutatione quãtitatis ⁊ qualitatis. Solũ enim est ibi mutatio situs terminorum: sicut cõmutatio dicit simpler que est sine additiõe uel uariatiõe. Simplr eni dicit tale q̃ est ꝑz se tale ſm qd vo tale q̃ est tale per respectũ ad aliud. hoc modo vniuersalis negatiua cõuertit in vniuersalẽ negatiuã simpliciter. i. ſm se ⁊ non per aliud: ⁊ similiter particularis affirmatiua in particularem affirmatiuã. Nõ sic in cõuersione per accidẽs ut statim videbit. ¶ Sed cõtra hoc arguitur primo sic. ista est uera. nulla vgo fuit corrupta: ⁊ tñ cõuertens est falsa. nulla corrupta fuit vgo. ¶ Itẽ ista est uera. nullus senex erit puer: ista añt falsa nullus puer erit senex. ¶ Itẽ ista est uera quidã hõ est mortuus: conuertẽs vo falsa: quoddã mortuũ est hõ. ¶ Itez ista est uera. nullus ciuis est mulier. ⁊ ista falsa: nlla mulier est ciuis. itẽ nõ sequitur panis est in furno: ergo furnus est in pane. ¶ Pro rñsione ad ista argumenta notandũ q̃ terminus posit⁹ a parte antere spectu uerbi uel participij futuri tpis ampliat ad standuz pro tpe uel futuro. ¶ Posit⁹ vo post huiusmodi vbuz restringit ad tẽpus futurũ. ¶ Itẽ notandũ q̃ terminus positus a parte ante respectu vbi uel participij pteriti tpis ampliat ad supponẽdũ pro eo q̃ est uel fuit. ¶ Posit⁹ vo post huiusmodi vbũ restringitur ad tẽpus pteritũ. ¶ Itẽ notandũ q̃ in cõuertẽte ⁊ conuersa termini debẽt accipi eque ample ⁊ eque stricte. ¶ Itẽ notandũ q̃ qñ obliquus ponit a parte p̃dicati ꝓpositionis cõuerse: tũc vbũ dz resolui in suum participiũ ⁊ ipsuz cũ abliquo ponere a parte ſbiecti cõuertentis. ¶ His p̃missis visis patet rñsio ad argumẽta. ¶ Ad primũ q̃ arguit: nulla vgo fuit corrupta: dico q̃ illa est uera sumẽdo subiectum pro p̃nti tpe ⁊ p̃dicatũ pro tpe pterito: q⁹ nulla que nũc est vgo fuit corrupta tpe pterito. ⁊ tũc debet cõuerti in illã: nulla que fuit corrupta est virgo. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ illa nullus senex erit puer est uera sumẽdo subiectũ pro tpe p̃nti: ⁊ p̃dicatũ pro tpe futuro. Nullus enim qui nũc est senex erit puer tpe futuro: ⁊ tũc debet cõuerti in illã. nullus qui erit puer est senex. ¶ Ad tertiũ dico q̃ illa ꝓpositio quidaz homo est mortuus est uera sumẽdo subiectũ pro tẽpore pterito. Unde sensus est q̃ quidaz qui fuit homo est mortuus. ⁊ tũc debet cõuerti in istã. quoddã mortuũ est uel fuit hõ. ¶ Ad quartũ dico q̃ illa nullus ciuis est mulier est uera pro masculis: quia ly ciuis per ly nullus restringit ad standũ pro masculis ⁊ tũc cõuertit in istam. nulla mulier est ciuis masculus. ¶ Ad quintũ dico q̃ illa panis est in furno conuertit in istã: ens in furno est panis. Conuersio per accidẽs est facere de subiecto p̃dicatũ ⁊ econuerso manẽte eadẽ qualitate sed mutata quantitate. Et hoc modo dicit auctor cõuerti vniuersalẽ affirmatiuam in particularẽ affirmatiuã. Unde vniuersalis affirmatiua infert particularẽ affirmatiuã. erẽpluz ꝙuersiõis per accidẽs. Dis hõ est currẽs ergo quoddã currẽs est hõ. ⁊ vniuersalẽ negatiuã in particularẽ negatiuã ut nullus hõ est lapis. ergo q̃dã lapis nõ est hõ. ¶ Sed cõtra hoc arguit q⁹ Ari. p⁹ priorum tractans de cõuersiõibus dicit vniuersalẽ affirmatiuã cõuerti in particularẽ affirmatiuã de vniuersali negatiua nullã faciẽs mentionẽ. ¶ Rñdeo ſm Sco. xrĩ. di. p̃mi sentẽtiarũ. q̃ vniuersalis negatiua nõ cõuertit in particularẽ negatiuã. lz inferat eã. Ubi sciendũ q̃ cõuerti per accidẽs est cõuerti per aliud ſ. per particularem affirmatiuã. Unde q⁹ vniuersalis affirmatiua infert particularẽ affirmatiuã: ⁊ cõuertit simpliciter particularis affirmatiua in particularẽ affirmatiuã: ideo vniuersalis affirmatiua per accidẽs in ipsam cõuertit: lz autẽ vniuersalis negatiua inferat particularẽ negatiuã. quia tñ particularis negatiua nõ cõuertit simpliciter: ideo vniuersalis negatiua nõ ponitur ab Ari. cõuerti per accidẽs. ¶ Sed quid dicemus ad auctorẽ? ¶ Dõt dici q̃ auctor dicit vniuersalẽ negatiuã cõuerti per accidens in particularẽ negatiuã. q⁹ ipsam infert large accipiens conuersionem pro qualiber illatione in terminis trãspositis. Sequit enim nullus hõ est lapis. ergo nullus lapis est hõ per conuersionẽ simplicem. ⁊ ultra quidã lapis nõ est hõ: per legẽ subalternarũ. philosophus autẽ accipit conuersionẽ magis stricte: q̃ ſ. aliquid ſm se in aliud cõuertit: sicut in cõuersione simplici: uel per aliud quod conuertit in ipsum: sicut in cõuersione vniuersalis affirmatiue in particularẽ affirmatiuam per particularẽ que in

ipsam

ipsam conuertitur:ut omnis homo est animal. ergo quidam homo est animal:ꝛ ultra.ergo quoddaz animal est homo per conuersionē simplicē.ꝛ tunc a primo ad ultimū. Omnis hō est aial. ergo quoddā animal est hō per cōuersionē per accidens. ¶ Et si arguat̄ ꝙ particularis negatiua cōuertitur simpliciter in particularē negatiuā.bene enim sequit̄ quidā homo nō est lapis:ergo quedā lapis nō est homo: ergo vniuersalis cōuertitur per accidēs in ipsam. ¶ Respōdeo ꝙ illa consequētia tenet ratione materie ꝛ nō gratia forme. Unde nō ualet in alijs terminis. Non enim sequit̄ quoddā animal nō est homo.ergo quidā homo nō est animal.

c Circa cōuersionē propositionū nō quantaruz etiā propositionū exceptiuarū reduplicatiuarū ꝛ exclusiuarum potest oriri difficultas. ¶ Ubi sciendū ꝙ propositiones exceptiue dicūtur ille in quib⁹ ponit̄ preter nisi ꝛ cōsimiles.ut omnis homo preter sor.currit:equipolet isti:omnis homo alius a sorte currit ꝛ cōuertitur in hāc.quoddā currens est homo alius a sorte.uel quoddā currēs qđ nō est sor.est homo. ¶ Propositiones vo reduplicatiue dicūtur ille in quibus ponunt̄ ille dictiones in quantū:ut:ſm q:ꝛ cōsimiles reduplicatiue sumpte. ¶ Ubi sciendū ſm Scotū.iij.q.quolibetoꝝ. ꝙ reduplicatio potest sumi dupliciter.ſ.reduplicatiue ꝛ specificatiue.reduplicatiue quidē sumit̄ quādo notat terminū sibi additū esse causam precisam inherētie predicati ad subiectum:ut ista.homo inquantū rationalis est risibilis.denotat̄ ꝙ rationalitas est causa precisa risibilitatis.Unde equalet isti homo quia rationalis est risibilis:ꝛ cōuertit̄ in istā aliqd quod inquantū rationale est risibile est homo Specificatiue sumit̄ quādo nō notat talē precisionē cause:sed denotat predicatū nō repugnare subiecto cōsiderato sub tali ratione.ut homo inquantuz rationalis est albus ly inquantū specificat ꝙ homini considerato sub ratione rationalitatis non repugnat albedo.est autē bona cōsequentia a reduplicatiua ad suā preiacentē.Unde bene sequit̄ ois hō in quantum rationalis est risibilis.ergo omnis homo est risibilis.

¶ Propositiones autē exclusiue sunt ille in quibus ponūtur iste dictiones tm̄ solū ꝛ consimiles exclusiue sumpte:Unde hec dictio solū potest capi dupliciter. vno modo cathegorematice.ꝛ tūc tm̄ ualet sicut solitarius. vnde solus sor.currit equipolet isti. sor.solitarius seu alteri in illo loco nō associat currit.ꝛ sic nō sumit̄ exclusiue. Est enim uera etiā posito ꝙ alij homines currāt. Si autē solus sumat̄ sincathegorematice tūc facit propositionē exclusiuaz. Unde ista solus sor.currit habet duas exponentes Sortes currit:ꝛ nullus alius a sorte currit. Cōuertitur autē exclusiua ſm Sco.xx̄j.di.p̄mi sen.in vniuersalē affirmatiuā de terminis trāspositis: ut ista tm̄ homo est risibilis conuertitur in istam.omne risibile est homo:qđ sic probatur:lz enim ista habeat cōmuniter duas exponētes:tamē intellectus eius potest sufficiēter exprimi per hanc.Nullus nō homo est risibilis:que cōuertitur in istā.Nullū risibile est nō homo:ꝛ tunc ultra.omne risibile est homo ſm illud secūdi peryermenias. ¶ Ad negatiuā de predicato infinito sequit̄ affirmatiua de predicato finito. ¶ Hoc autē est uerū de terminis simplicib⁹ ꝛ nō cōpositis. Exemplū sit lignum terminus simplex:ꝛ lignū albū terminus cōpositus.bene enim sequit̄ hoc nō est nō lignū.ergo est lignū. Nō autez sequitur demonstrato homine uel equo.hoc nō est lignum non albū.ergo est lignū album.

¶ Conuersio per cōtrapositionē est facere de subiecto predicatū ꝛ ecōuerso manēte eadē qualitate et quātitate.sed mutatis terminis finitis in termios infinitos.Et hoc modo cōuertitur vniuersalis affirmatiua ꝛ particularis negatiua.ut omnis homo est animal:omne nō animal est nō homo.quidam asinus nō est lapis:qdam nō lapis nō est nō asinus ¶ Circa qđ notandū ꝙ hec cōuersio dicitur per cōtrapositionē:quia in cōuertēte ꝛ cōuersa ponunt̄ termini cōtradictorij.ſ.terminus sumptus sine negatione: videlicet terminus finitus ꝛ terminus sumptus cū negatione.i.terminus infinitus. ¶ Dicit ulterius auctor ꝙ ex signo qđ est in subiecto propositionis cōuerse cū eius predicato debet fieri subiectū cōuertentis qđ habet ueritatē in cōuersione simplici ꝛ per cōtrapositionē ubi manet eadē quātitas ꝛ nō in p̄uersiōe per accidēs ubi mutat̄ quātitas.hz etiā vitatē qđ propositionis p̄uerse est terminus cōmunis ꝛ nō singularis:quia termino singulari non potest addi signū. ¶ Est autē eadē cōuersio particularis indefinite ꝛ singularis:quia sicut singularis pro vno supposito uerificat̄ ita particularis ꝛ indefinita. Nō sic est de oppositione quia singularis affirmatiua ꝛ negatiua cōtradicunt cum idē asserat̄ ꝛ negetur de eodē supposito. Non sic de particularibus ꝛ indefinitis:quia in ipsis subiectū potest supponere pro vno supposito uel pro alio disiunctiue. De cōuersionibus autē ponunt̄ uersus sequentes. Asserit.a.negat.e.sunt vniuersaliter ambe. Asserit.i.negat.o.sunt particulariter ambo. Simpliciter feci conuertitur eua per acci. Asto per contra sic fit conuersio tota.

De propositione ypothetica.

p Propositio ypothetica est illa que habet duas cathegoricas propositiōes tanq̄ principales partes sui.ut si hō currit hō mouetur. Et dicit̄ ypothetica ab ypos qđ est ſ b et thesis qđ est positio q̄si suppositio siue suppositiua locutio.ga vna pars eius supponit̄ alteri. Propositionū ypothetica:alia cōditionalis: alia copulatiua: alia disiūctiua. Conditionalis est illa in qua cōiunguntur due cathegorice per hanc cōiūctiōez si.ut si sortes currit sortes mouet̄. Et illa cathegorica cui immediate p̄ponitur illa p̄iunctio si dicit̄ ātecedēs:reliq̄ vo cōsequēs Copulatiua est illa in qua coniūguntur due cathegorice per hāc coniūctionē et:ut sortes currit et plato disputat. Disiūctiua est illa in qua cōiungūtur due cathegorice per hāc cōiunctionē uel.ut sortes currit uel plato disputat. Ad ueritatē conditionalis exigit̄ ꝙ antecedens non possit esse uerū sine consequēnte. ut si homo est:aial est. Unde ois conditionalis uera est necessaria:ꝛ ois falsa est impossibilis. Ad falsitatē ei⁹ sufficit ꝙ antecedēs possit esse uerū consequēnte existente falso. ut si hō est: album est. Ad ueritatē copulatiue exigit̄

utranq; partē esse uerā. ut homo est animal: et deus est. Ad falsitatē eius sufficit alterā partē eē falsam. ut homo est aīal. et equus est lapis. Ad ueritatē diſiūctiue sufficit alterā partem esse uerā. ut homo est aīal: uel equus est lapis. tñ ꝓmittitur ꝙ utraq; sit uera: ſz nō ita ꝓprie: ut homo est aīal uel equus est hinnibilis. Ad falsitatem eius exigitur utrāq; partem esse falsam. ut homo est asinus: uel equus est lapis.

Ostq; auctor determinauit de propositiōe
p cathegorica: hic cōsequenter agit de propositione ypothetica. Est autē propositio ypothetica que habet duas cathegoricas tanq; partes principales sui cōiunctas. ſ. per aliquā coniunctionē uel per aliquod aduerbiū. ¶ Ulterius notandū ꝙ sicut in propositione cathegorica subiectū ⁊ predicatū se habēt ut materia: copula vo ut forma. sic in ypothetica due cathegorice se habēt ut materia ⁊ cōiunctio ipsas cōiungens ut forma. ¶ Si arguatur ꝙ propositio ypothetica nō sit propositio: qr qđ nō est una propositio non est propositio ſm Aristo. libro elencoꝝ: sed ypothetica est plures cathegorice. ergo non est propositio. ¶ Respondeo ꝙ est una ab unitate coniunctionis ipsas cathegoricas uniētis. Dicitur autē ypothetica ab ypos quod est sub ⁊ thesis positio quasi suppositiua locutio: qr una ponitur sub altera. ſ. posterior sub prima quā sequitur. Et diuiditur in conditionalē copulatiuā ⁊ diſiūctiuā. De causali vo temporali ⁊ locali nō facit auctor mentionē: qr reducunt ad alias ut videbitur. ¶ Cōditionalis est illa in qua cōiunguntur due cathegorice per hanc cōiunctionē si. ut si homo currit homo mouetur. ⁊ illa cathegorica cui imediate cōiungitur hec ꝯiunctio si dicitur antecedēs ⁊ alia cōsequēs. ¶ Circa qđ notandū ꝙ propositio dicit cōditionalis: quia ponit tñ cōditionaliter ueritatem sui cōsequētis ⁊ nō absolute. videlicet si antecedēs sit uerū denotādo consecutionē unius propositiōis ad aliā: quia vo in causali cōsequens infert er antecedēte qđ est causa eius: ut quia sol lucet dies est. iō potest reduci ad conditionalē. ¶ Cōtra hoc arguit dupliciter. primo sic. Ista est conditionalis. Si asinus uolaret: asinus haberet alas: cū non sit copulatiua nec diſiunctiua: ⁊ tamē nō coniungunt due cathegorice. ergo diffinitio propositionis cōditionalis nō est bene assignata. ¶ Itē ista est cōditionalis Sor. currit ergo sor. mouetur: ⁊ tamē nō coniungūtur due cathegorice per notā conditionis si. ¶ Respondeo ad primū ꝙ ibi possunt esse due cathegorice reducēdo cōiunctiuas orationes ad indicatiuas ¶ Ad secundū dico ꝙ ſz in illa nō cōiungantur due cathegorice per hanc cōiunctionē si: cōiungunt tamen per aliā sibi equualentē. i. per illā cōiunctionē: ergo que denotat illationē cōsequentis er antecedēte. ¶ Et notandū ꝙ in cōditionali est bona cōsequētia: arguēdo a positione antecedētis ad positionem cōsequentis: uel a destructione cōsequentis ad destructionem antecedentis.

¶ Copulatiua est illa in qua cōiungūtur due cathegorice per hanc coniunctionē et. uel per aliā sibi equalentē: ut sor. currit ⁊ plato mouet. ¶ Est autē differētia inter copulatiuā et de copulatō extremo: qa in copulatiua cōiunguntur due cathegorice per hāc coniunctionez et. In illa vo que est de copulato extremo cōiunctio ponit inter partes subiecti uel predicati: ut sor. est albus ⁊ musicus. ¶ Ad copulatiuā reducit tēporalis ⁊ localis. Exemplum de tēporali ut sor. currit quando mouetur. i. sor. in aliquo tempore currit ⁊ in illo mouetur. Exemplum de locali ut sor. currit ubi mouetur. i. sor. currit in aliquo loco ⁊ in illo mouetur.

¶ Diſiunctiua est illa in qua cōiunguntur due cathegorice per hanc coniunctionē uel: seu per aliam sibi equiualentem. ut sortes currit uel plato scribit ¶ Circa qđ notandū ꝙ coniūctio diſiunctiua ⁊ est coniūctio ⁊ est diſiunctiua: inquantū est ꝯiunctio cōiungit uoces: inquantū autē est diſiunctiua diſiungit significata. ¶ Notandū etiā ꝙ coniūctio diſiunctiua potest poni inter duas propositiones: ⁊ sic facit propositionē ypothetica: uel inter partes predicati ⁊ subiecti. ⁊ sic est de diſiūcto extremo: ut sor. uel plato currit. ¶ Ad ueritatē conditionalis exigitur ꝙ antecedēs non possit esse uerū sine consequēte. Unde omnis cōditionalis uera est necessaria qr consequens necessario sequitur ad antecedens.

¶ Ad falsitatē autē eius sufficit ꝙ antecedens possit esse uerū sine consequēte. Unde omnis conditionalis falsa est impossibilis. Impossibile est enim ꝙ si antecedens sit uerū ꝙ illud qđ necessario sequit ad ipsum sit falsum: cum ex uero nō sequatur nisi uerum ex 2° prioꝝ. ¶ Et notandū ꝙ duplex est necessitas. quedā est necessitas consequētis. ⁊ quedā consequentie. Necessitas consequētis est quando consequens est in se necessarium: ut homo est risibilis. Necessitas consequentie est quando consequēs necessario sequitur ad antecedēs ſz utrumq; sit contingens in se: ut si homo currit homo mouetur. Et ista necessitas erigitur ad conditionalē. nō autē prima. unde cōditionalis potest esse necessaria: ſz tam antecedens q; cōsequēs sit impossibile: ut si homo est asinus est rudibilis: prima necessitas dicitur necessitas simpliciter: secunda vo ſm quid. ¶ Ad ueritatem copulatiue erigitur utranq; partem esse ueram: ut homo est animal: ⁊ deus est. Cuius causa est quia tota copulatiua se tenet admoduz totius integralis: ad cuius positionem requiritur positio cuiuslibet partis principalis eius. ¶ Ad falsitatem eius sufficit unam partem esse falsam: sicut destructio partis principalis arguit destructionem totius: ut si paries non sit nec domus est. Ex predictis patet ꝙ a tota copulatiua ad quamlibet eius partē est bona consequentia. ¶ Ad ueritatē diſiunctiue sufficit alterā partem esse uerā. se enim habet admodum totius uniuersalis ad cuius positionē sufficit positio unius partis eius subiectiue: ut ad positionem animalis sufficit positio hominis ul' equi ¶ Ad falsitatē eius oportet utranq; partez esse falsam. cum enim ad ueritatē eius sufficit ueritas unius partis oportet ad hoc ꝙ sit falsa ꝙ utraq; pars eius sit falsa.

De equipollentijs.

s Equit de eqpollētijs de qb9 dant tales regule. Prīa est ꝙ si alicui signo uniuersali uel particulari preponatur negatio equipollet suo contradictorio. ut iste equipollent. Non omnis homo currit ⁊ quidaz homo non currit. Secunda regula est ꝙ si alicui

alicui signo vniuersali postponatur negatio equipollet suo contrario ut iste due equipollent.omnis homo non currit nullus homo currit. Tertia regla est q si alicui signo vniuersali uel particulari ꝓponatur ⁊ postponatur negatio equipollet suo subalterno ut iste due equipollent non omnis homo non currit:quidam homo non currit:uel non nullus homo non currit quidam homo non currit. ⁊ dicte regule in his uersibus cōtinentur.vñ Ysus. Pre contra dic post cōtra pre postq subalter. Non omnis:quidam non:omnis non:quasi nullus. Non nullus quidam:sed nullus non:ualet omnis. Non aliquis nullus:non quidam non ualet omnis: Non alter neuter.neuter non prestat uterq. Ex istis regulis infertur regula que talis est.si duo signa vniuersalia negatiua ponantur in eadē locutione ita q vnus sit in subiecto ⁊ reliquū in predicato:equipollet suo cōtradictorio ut nihil est nihil equipollet huic: quodlibet est aliquid:quia per secūdam regulam:nihil nō ⁊ quodlibet:equipollēt:sicut omnis nō ⁊ nullus: ⁊ per primam regulam non nihil ⁊ aliquid equipollent:sicut non nullus ⁊ quidam ⁊ sic due prime sunt equipollentes.

c Circa qđ notandū q equipollētia est equiualentia duarū propositionum in quātitate ⁊ qualitate:ueritate ⁊ falsitate mediāte signo per aduentū negationis. Et dicitur de equipolleo es qđ idem est q equiualeo es.⁊ ponunt tres regule.prima est ista. Si alicui signo tam vniuersali q̄ particulari preponat negatio equipollet suo contradictorio.i.propositiones que prius erāt cōtradictorie equipollebūt:ut iste sunt cōtradictorie: omnis homo currit:⁊ quidā homo non currit:preponatur negatio vni earū equipollebūt.ut nō omnis homo currit equipollet huic quidā homo nō currit. Causa huius regule est quia negatio negans est talis nature q quicquid post se inuenit destruit ⁊ eius oppositū ponit. Unde negat qualitatē ⁊ quantitatē. Si enim inueniat propositionē vniuersalē facit ipsam particularē ⁊ ecōuerso. Si inueniat propositionem affirmatiuā facit eam negatiuā ⁊ ecōuerso.⁊ sic negatio proposita signo facit propositiones prius repugnantes in qualitate ⁊ quantitate esse eiusdem qualitatis ⁊ quantitatis. ⁊ sic facit propositiones que prius erant contradictorie equipollere. Ex predictis patet q due negationes equiualent vni affirmationi. Negatio enim negās vnū oppositū ex cōsequēti ponit aliud. ⁊ sic negatio negans negationē ex cōsequenti ponit affirmationē. Nō sic est aūt de duabus affirmationibus. Natura enim affirmationis nō est destruere sed ponere. ⁊ ideo affirmatio addita affirmationi ipsam fortificat:quia due affirmationes nō equiualēt vni negationi:sicut due negationes vni affirmationi.

Contra predicta arguitur ⁊ videt q negatio nō debeat addi signo:quia aduerbiū habet determiare uerbū:sed negatio est aduerbiū:ergo debet determinare uerbū ⁊ nō signū.probatur maior per Priscianum dicentē q aduerbium est vim uerbi adiectiuum. Respondeo q aduerbiū primo ⁊ per se habet determinare uerbū.secūdo autē ⁊ ex cōsequēti potest determinare nomē.⁊ sic potest addi signo. Si arguitur per Ari.pmo peryermenias dicentem q negatio nō debet addi signo. Dico q loquitur de negatione infinitante: ⁊ nō de negatione negante:quia videlicet signū non est infinitabile cū per se nihil significet. Secūda regula talis est q si alicui signo vniuersali postponatur negatio equipollet suo cōtrario.i.facit propositiones que prius erant contrarie equipollere:ut iste sunt contrarie: omnis homo currit ⁊ nullus homo currit. postponatur negatio subiecto vnius illarū equipollebunt ut omnis homo nō currit:⁊ nullus homo currit equipollent. Causa huius regule est quia contrarie sunt eiusdem quantitatis:⁊ differūt solum in qualitate. Negatio igitur postposita subiecto non mutat quātitatē:cum nō agāt ante se:quia vō cadit supra copulam:mutat qualitatē:⁊ sic sunt eiusdē qualitatis ⁊ per cōsequens equipollent. Sed cōtra hoc arguitur sic in istis.omne currens mouetur.⁊ nullum nō currēs mouetur est negatio postposita signo vniuersali:⁊ tamē non equipollent cū prima sit uera ⁊ secunda falsa. Respondeo q negatio debet poni post signū.i.post subiectū qđ per signū denotatur ut cadat super copulā:nō sic est in proposito:ga illa negatio nō que precedit ly currens solū cadit super terminū quē infinitat. Tertia regula est si alicui signo vniuersali ⁊ particulari preponatur ⁊ postponatur negatio equipollet suo subalterno:idest facit propositiones que prius erant subalterne equipollere:ut iste sunt subalterne omnis homo currit: et quidam homo currit:preponatur ⁊ postponat negatio subiecto vnius illarum equipollebūt. ut non omnis homo nō currit equipollet huic.quidaz homo currit.causa huius regule est qa subalterne sunt eiusdē qualitatis ⁊ diuerse quantitatis:quia igitur vna negatio negat aliā remanet eadem qualitas. Negatio autem precedēs signū mutat quantitatez ⁊ sic equipollēt cū sint eiusdē qualitatis ⁊ ḋstitatis. De equipollentijs subcōtrariarum non dat aliqua regula:quia satis est euidens q si postponatur negatio subiecto particularis affirmatiue equipollebit particulari negatiue seu erit idem cum ipsa. Ex premissis infert auctor quartā regulam que talis est. Si duo signa vniuersalia negatiua ponantur in eadē locutione.vnū a parte subiecti ⁊ aliud a parte predicati.primū equipollet suo contrario: et secundū equipollet suo cōtradictorio: cuius causa est quia negatio secundi signi postponitur primo signo:⁊ sic facit ipsum equipollere suo contrario per secundā regulam:⁊ negatio primi signi preponitur secundo signo:⁊ sic per primam regulā facit ipsum equipollere suo cōtradictorio. vnde nihil est nihil tm̄ vz sicut quodlibet est aliquid. Cōtra hoc arguitur quia hec est negatiua nihil est nihil cum vna sola negatio precedat copulā:alia autē est affirmatiua.ergo non equipollēt. Respondeo q lz negatio inclusa in secūdo nihil sequatur copulam ꝟm situm termino:rū:tamen intelligitur precedere quantum ad sensum orationis. vnde secūdū nihil debet exponi pro non ⁊ per aliquid.⁊ est sensus nihil est nihil:idest nihil non est aliquid.ponitur autem secunda a parte predicati eo q includit in se terminū sue distributionis quod est predicatum eiusdē ꝓpōnis

¶ Ad hoc confert illud secundi peryermenias: q̄ scilicet ad negatiuā de predicato infinito sequit affirmatiua de predicato finito. De equipollentijs sunt tales vsus. ¶ Pre contra die post contra pre postq̄ subalter. Non omnis quidam non: omnis non quasi nullus. Non nullus quidam: sed nullus non ualet omnis. Non alter neuter: neuter nō penſat utrunq̄. Non aliquis nullus: non quidam non ualet omnis.

De modalibus.

Modus est adiacens rei determinatio
m ꝛ habet fieri per adiectiuum. sed duplex est adiectiuū. Quoddam est adiectiuum nominis. ut albus niger ꝛ similia. Aliud est adiectiuum uerbi. ut aduerbia. Secūdum enim Priscianū aduerbiuz est vim uerbi adiectiuū. Et ideo duplex est modus. vnus nominalis qui fit per adiectiuum nominis. Alius aduerbialis qui fit per aduerbium. ut homo currit uelociter. Item aduerbiorum quedam determināt uerbum gratia compositionis ut ista fer necessario contingēter possibiliter impossibiliter uero ꝛ falso. Alia determināt uerbum gratia rei uerbi ut fortiter agit uelociter currit. Alia determināt gratia temporis ut hodie cras ꝛ alia aduerbia temporalia. Alia aduerbia determinant ratione modi. ut aduerbia optandi hortādi. ꝛ sic sumit̄ simpliciter modus per aduerbia Sed omissis omnibus alijs solum nunc de illis dicēdum est qui compositionem determinant ut sunt necessario contingenter ꝛ cetera. Cum enim dicitur homo necessario sedet: significatur q̄ compositio sessionis cum homine sit necessaria. Sed cū dicitur homo bene currit uel uelociter significatur q̄ cursus hominis sit uelox uel bonus. ꝛ in ista determinatur res uerbi. in prima vo compositio. Unde solum illi modi qui compositionem determinant faciunt propositionem modalem ideo de talibus solum modo hic intendimus. Et sumuntur quandoq̄ predicti modi nominaliter. ut possibile impossibile contingens necessarium uerum ꝛ falsum. quādoq̄ aduerbialiter: ut possibiliter ipossibiliter necessario cōtingenter uero ꝛ falso.

Postq̄ auctor determinauit de propositioni
p bus de ineſſe: hic cōsequenter determinat de modalibus. ¶ Circa qō notandū q̄ propositiones de ineſſe dicūtur ille que sunt de simplici inherentia predicati ad subiectū. In quibus videlicet predicatum simpliciter dicitur de subiecto absq̄ aliquo modo ut homo est animal. Modales vo dicuntur ille que sunt de inherētia modificata: seu determinata per aliquē modū: ut homo necessario est animal: per quā denotatur animalitatem non solum ineſſe homini sed etiam de necessitate. ¶ Item notandū q̄ modus sumitur multipliciter. Aliquādo enim sumitur pro manerie uel mensura uel temperamēto. Sumitur enim pro ordinatione duarū propositionū: ut in syllogismis habetur. Sumitur etiā prout est accidēs uerbi: ut indicatiu⁹ modus. In proposito autē sumitur pro determinatiōe: ꝛ sic modus est determinatio adiacēs rei determinabili: ut cū dicitur homo albus ly albus est quidā modus determinās ly homo ad standū pro hominibus albis: importāsq̄ albedinē adiacentē seu inherentem hoi. Et ponitur hic determinatio tanq̄ genus ad determinationē factā per inferius additum superiori: ut dicēdo animal homo: ꝛ per adiectiuū seu per moduz. Et ideo ponitur adiacens rei tanq̄ differentia. quia ergo modus est determinatio adiacēs rei determiabili. Modus est determinatio facta per adiectiuū ita q̄ in proposito modus ꝛ adiectiuū sumuntur pro eodē. ¶ Est autē duplex adiectiuū: quoddā nominis ut albus niger: ꝛ quoddam uerbi ut bene male. ſm enim Priscianū aduerbiū est vim uerbi adiectiuum: quia. ſ. vim uerbi determinat. sic duplex est modus. vnus nomialis qui fit per adiectiuū nominis. alius aduerbialis qui fit per adiectiuū uerbi: qui potest dici aduerbialis: quia est aduerbiū: ꝛ uerbalis quia determinat uerbū. ¶ Notandū insuper q̄ uerbuz designat compositionē predicati cum subiecto. Item ipsam rem importatā per uerbum significat: sicut curro significat cursum. Cōnotat etiam tēpus ꝛ modum: sicut curro est presentis tēporis ꝛ indicatiui modi. ꝛ ſm hoc ponit auctor quatuor modos vbales. quidam enim aduerbialiter determinat uerbū gratia compositionis: ut illa fer: necessario cōtingēter possibiliter impossibiliter uero ꝛ falso. Cum enim dicitur homo currit necessario significatur q̄ compositio cursus cum homine sit necessaria. De istis autē est presens intētio quia sola illa faciunt propositionem modalē. Alia determinant uerbum gratia rei uerbi: ut cum dicitur homo currit uelociter: denotatur q̄ cursus hominis sit uelox. non autē ipsa compositio. Alia determināt uerbuz ratione temporis: ut aduerbia temporalia. alia ratione modi: ut aduerbia optandi ꝛ hortandi. ¶ Circa qō notandum q̄ alia aduerbia de quibus non fit hic mentio reducuntur ad aliquod predictorū: ut aduerbia loci ꝛ numeri cōtinentur sub aduerbijs determinantib⁹ uerbum gratia rei uerbi. ut cum dicitur for. currit bis ly bis non determinat uerbū gratia numeri singularis qui est modus significandi uerbi: ſz gratia rei uerbi importate per uerbū. ſ. ipsius cursus. ¶ Si queratur quare non ponunt aduerbia determinantia uerbum gratia figure generis ꝛ ceterorū accidētium: sicut ponunt ratione modi ꝛ tēporis. Respō deo q̄ cetera accidentia conueniunt alijs a uerbo: nec sunt ei ita propria sicut tēpus ꝛ modus. Sumūtur autē illi fer modi quādoq̄ nominaliter: ut possibile impossibile necessarium ꝛ contingēs uerum ꝛ falsum. aliquādo aduerbialiter ut possibiliter ipossibiliter contingenter ꝛ necessario uero ꝛ falso.

Propositio modalis est illa que deter
p minatur aliquo istorum fer modorū possibile impossibile contingens necessarium uerum ꝛ falsum. ut fortem currere est possibile: ꝛ sic de alijs. Et in istis modalibus uerbum debet subici: modus autem predicari. Omnes autem alie propositiōes que

non

non determinantur per illos sex modos dicuntur de ineſſe. Sed adhuc ille propoſitiones que modificãtur his modis: uero ⁊ falſo ad preſens relinquuntur. quia in illis eodez modo ſumuntur oppoſitio ⁊ conuenientia: ſicut in illis de ineſſe. Jn illis aũt de his quatuor modis poſſibile impoſſibile contingẽs et neceſſarium alio modo ſumitur oppoſitio equipollentie uel cõuenientie ut poſtea patebit. Sciendum autem ꝙ quilibet iſtorũ quatuor modorum. quatuor facit propoſitiones modales: ideo cũ modi ſint quatuor quater quatuor erunt propoſitiones: ⁊ ſic erunt ſexdeciz: uerbi gratia. Jſte modus poſſibile ſi ſumatur ſine negatione facit vnam propoſitionem modalem: ut ſortẽ currere eſt poſſibile. Si autem ſumatur cum negatiõe lata ad uerbum facit ſecundam ut ſortem nõ currere eſt poſſibile. Si vo cũ negatione poſita ad modum facit tertiam. ut ſortẽ currere nõ eſt poſſibile. Si cum negatione poſita ad uerbum ⁊ ad modum facit aliam: ut ſortem nõ currere non eſt poſſibile. Et hoc modo ſecundũ vnũ quodꝙ aliorum modorum ſumuntur quatuor propoſitiones modales.

Deinde determinat auctor quid ſit propoſitio modalis dicens ꝙ eſt illa que determinatur aliquo iſtorum ſex modorum: ut poſſibile eſt ſor. currere. neceſſe eſt ſor. currere: ⁊ ſic de alijs. ¶ Circa quod notandum ꝙ propoſitio modalis poteſt ſumi large ⁊ ſtricte. ſi ſumaſ large tunc quelibet propoſitio poteſt dici modalis in qua ponitur modus determinans compoſitionem. et ſic propoſitiones in quibus ponitur uerum ⁊ falſuꝫ dicuntur eſſe modales. Stricte autem ſumpta propoſitio modalis exigit ꝙ non ſolum in ea ponatur modus determinans compoſitionẽ: ſed tales modi ſm quos poteſt ſumi oppoſitio ſm quatuor genera oppoſitionum uariiꝙ modi conſequentiarũ per ſubalternationem ⁊ negationis oppoſitionem: ut in ſequentibus videbitur. Et ſic tantũ iſti quatuor modi poſſibile impoſſibile contingens ⁊ neceſſarium faciunt propoſitionem modalem. Jn alijs autem non ſic ſumitur oppoſitio ⁊ conſequentia a parte modi: ſed bene a parte dicti: ſicut in illis de ineſſe. Ocham tamen ponit plures alios modos ſm quos poſſunt ſumi oppoſitiones ⁊ conſequentie: ut ſcibile demonſtrabile dubitabile indemonſtrabile opinabile inopinabile. ⁊ ſic de multis alijs de quibus Ari. breuitati ſtudens non fecit mentionez: qz ex his que de iſtis quatuor dicuntur poteſt concipi quid ſit dicendum de alijs non famoſis. ¶ Diuidit deinde auctor propoſitionem cathegoricam in propoſitionem modalem ⁊ in propoſitionem de ineſſe: dicit etiam ꝙ in modalibus uerbum debet ſubici modus autem predicari. ¶ Circa quod notandum ꝙ per uerbum intelligit uerbum infinitiui modi cum actio quod etiam uocatur dictum quod quidem debet ſubici: modus autem predicari: non quantum ad ſitum terminorum: ut patet in exemplis auctoris poſitis: in quibus ſepe modus a parte ſubiecti ponitur. Non accipiꝫ it aqz ſubici in propoſito pro ſubiecto ꝓpoſitionis: ſed pro ratione determinabilis. Dictum enim affirmatiuum uel negatiuum: quod ab Ariſt. dicitur eſſe uel non eſſe eſt determinabile. Modus autem eſt determinatio ipſum dictum determinans. ⁊ ſic eſſe ⁊ non eſſe dicuntur ſubiectiones ⁊ modi appoſitiones. ¶ Notandum inſuper ꝙ propoſitio modalis poteſt capi dupliciter: uel in ſenſu compoſito uel in ſenſu diuiſo. ut iſta poſſibile eſt ſedentem ambulare. uel iſta: ſedens poteſt ambulare. Jn ſenſu enim compoſitionis per ſe extremum eſt homo uel perſona ſedens conſideratus ſub illa determinatione ſedens. Et ille ſenſus eſt falſus: quia tunc idem poſſet eſſe ſimul ſedens ⁊ ambulans. Jn ſenſu enim diuiſionis ſunt due cathegorice. ⁊ in vna cathegorica enunciatur de perſona aliqua eſſe ſedẽs ⁊ in alia poſſe ambulare. ⁊ illa duo ſunt uera de eodem ſubiecto: ut ſor. eſt ſedens: ⁊ ſor. poteſt ambulare: non tamẽ ita ꝙ ſimul eſſe poſſint oppoſita. Unde ſenſus eſt ꝙ ille qui eſt ſedens habet potentiam ad ambulandũ. Hoc modo exponitur a Scoto: illa predeſtinatus poteſt damnari di. xl. ꝑmi ſen. Que in ſenſu compoſito eſt falſa: ⁊ in ſenſu diuiſo uera: ut ibidem diffuſe declaratur.

¶ Tractat conſequenter auctor de qualitate modalium. Circa quod dicit ꝙ quilibet modus facit quatuor propoſitiones modales. ut iſte modus poſſibile ſi ſumatur ſine negatione lata ad moduꝫ ⁊ ad uerbum infinitiuum erit propoſitio affirmatiua tã de dicto qꝫ de modo ut ſor. currere eſt poſſibile. Si vo negatio ſumatur tñ ante uerbum infinitiui modi erit negatiua de dicto. ut ſor. non currere eſt poſſibile. Si vo negatio preponitur tñ ad modũ erit negatiua de modo: ut ſor. currere non eſt poſſibile. Si vo negatio preponatur utriqꝫ erit negatiua taz de dicto qꝫ de modo. ut ſor. non currere non eſt poſſibile. ¶ Circa quod notandum ꝙ lz iſta modalis poſſit dici negatiua in qua dictum negatur ſm Ariſto. in libro priorum. principaliter tamen dicit negatiua ex parte modi negati a quo ipſa ꝓpoſitio dicitur modalis.

¶ De quantitate vo ipſarum notandũ ꝙ lz ex parte dicti poſſit ſumi quantitas: ſicut in illis de ineſſe Ex parte tamen modi neceſſe ſe habet ſicut omnis ⁊ poſſibile uel contingens. Sicut quidam. vnde ſicut ad omnis ſequitur quidam per legem ſubalternarum: ſic ad neceſſe ſequitur poſſibile. Jmpoſſibile autem ſe habet ſicut nullus: ⁊ poſſibile non ſicut quidã non. vnde ſicut ad nullus ſequitur quidã nõ: ſic ad impoſſibile ſequitur poſſibile non: ut ad iſtaz impoſſibile eſt ſor. currere. ſequitur iſta poſſibile eſt ſor. non currere. propoſitiones igitur de neceſſario ⁊ impoſſibili ſunt vniuerſales ex parte modi. propoſitiones vo de poſſibili ⁊ contingenti ſunt particulares. ¶ Et ſciendum ꝙ contingens poteſt ſumi multipliciter: ut patet per Ariſto. in primo libro poſteriorum. vno modo contingens ſumitur pro poſſibili: ut in propoſito. ⁊ tale poteſt dici contingens altum ſeu ſuperius: quia eſt quaſi genus ad alia contingentia. ⁊ tale contingens opponitur impoſſibili ⁊ non neceſſario. vnde tale contingens uel poſſibile dicitur cui non repugnat eſſe. ⁊ diuiditur in contingens neceſſarium. ut omnem hominem contingit eſſe animal. ⁊ in contingens non neceſſarium: quod poteſt dici contingens ad utrunqꝫ: ut homiñ

contingit ambulare. ⁊ tale est nec est necessariū nec impossibile. Et subdiuiditur in contingens natum ⁊ contingens infinitum. dicitur autem contingens natum quod magis se habet ad esse q̄ ad non esse: tamen impediri potest: ut hominem canescere in senectute: quod potest impediri: uel quia nō erit senex: uel etiam quia si fit senex poterit non canescere Contingens vō infinitum est quod nō magis se habet ad esse q̄ ad non esse: ut hominem ambulare.

De consequentijs.

b Arum autem propositionum modalium equipollentie quatuor regulis cognoscuntur. quarum prima est cuicunq; dicto affirmato attribuitur possibile: eidem attribuitur contingens: ⁊ ab eodem dicto remouetur impossibile: ⁊ ab eius contradictorio opposito remouetur necesse. ut sortē currere est possibile: sortem currere est contingens: sortem currere nō est ipossibile: sortem non currere non est necesse. Secunda regula est cuicunq; dicto negato attribuitur possibile: eidem attribuitur contingens: ⁊ ab eodē remouetur impossibile: ⁊ ab eius dicto cōtradictorio opposito remouetur necesse: ut sortem non currere est possibile: sortem non currere est contingens: sortem non currere non est impossibile: sortem currere non est necesse

Tertia regula est a quocūq; dicto affirmato remouetur possibile ab eodem dicto remouetur contingens ⁊ eidem attribuitur impossibile ⁊ eius contradictorio opposito attribuitur necesse: ut sortem currere non est possibile sortem currere non est contingēs. sortem currere est ipossibile. sortē nō currere est necesse.

Quarta regula est a quocunq; dicto negato remouetur possibile ab eodem remouetur contingens ⁊ eidem attribuitur impossibile ⁊ eius contradictorio opposito attribuit necesse. ut sortem non currere non est possibile: sortem non currere non est contingens: sortē nō currere impossibile: sortē currere est necesse. Istarum autem regularū exempla disponuntur in quatuor lineis siue ordinibus figure sequentis que possunt per hos uersus denotari.

Primus amabimus edentulicq; secundus.
Tertius yliace: purpurea reliquus.
Destruit. u. totum. sed. a. confirmat utrunq;
Destruit. e. dictum: destruit. i. q̄ modum.
Omne necessariat impossibile quasi nullus.
Possibile quidam nō possibile quidam nō
Edictū negat. i. q̄ modū: nihil. a. ſ. u. totū.

⁊ hec patent in figura sequenti. Omnes autem propositiones que sunt in prima linea equipollent per primā regulā ⁊ cōuertuntur inter se. que vō in secunda per secundaz. que in tertia per tertiam. et que in quarta per quartā. Item equipollentie uel consequentie modalium possunt haberi per hanc regulam.

Oēs propositiones de possibili ⁊ ipossibili equipollent uerbo similiter se habente ⁊ modo dissimiliter. Et omnes de impossibili ⁊ necessario equipollēt uerbo dissimiliter se habēte ⁊ modo dissimiliter: sed omnes propositiones de possibili ⁊ necessario equipollent uerbo ⁊ modo dissimiliter se habētibus. Et intelligitur modus similiter aut dissimiliter se habere quantuz ad affirmationem ⁊ negationem: ut dicatur se habere similiter cum affirmatur in utraq; uel in utraq; negatur. dissimiliter autem quādo affirmatur in vna ⁊ negatur in alia ⁊ eodem modo intelligendū est de uerbo sicut dictum est de modo. Et sciendum est q̄ in predicta regula nō facimus mētionem de contingenti eo q̄ contingens conuertitur cum possibili. Unde idem est iudicium de propositionib⁹ utriusq;. exēpla autē querātur in figura disposita per quatuor ordines: quia ista regula generalis est ad oēs.

b Je consequenter auctor determinat de consequentijs ⁊ equipollentijs modaliū. Dicuntur autem equipollentie consequentie: quia vna sequitur ad aliam: ⁊ de his ponuntur quatuor regule. ¶ Pro cuius euidentia notandum q̄ per attribui intelligitur affirmari: per remoueri intelligitur negari. dictum etiam affirmatiuum dicitur esse uerbum infinitiuum sumptum cum actō sine negatione: ut sor. currere uel esse currentem. et dictum negatiuum dicitur non esse: ut sor. non currere: uel non esse currentem. ¶ Item notandum q̄ iste quatuor regule. ⁊ per consequens tota figura sciri possunt per has quatuor dictiones: amabimus: edētuli: yliace: purpurea. prima deseruit prime regule: secunda secunde: tertia tertie: quarta quarte. Et sunt in qualibet dictione quatuor uocales seruientes quatuor propositionib⁹ cuiuslibet regule. ita q̄ per primam intelligitur prima propositio: per secundam secunda: per tertiam tertia: per quartaz quarta. Item per. a. intelligitur q̄ propositio intellecta per illam uocalem est affirmatiua tam de dicto q̄ de modo. per. u. negatiua tam de dicto q̄ de modo. per. e. negatiua de dicto. per. i. negatiua de modo. versus. Destruit. u. totum sed. a. confirmat utrumq;. Destruit. e. dictum denegat. i. q̄ moduz. ¶ His premissis regule sunt euidentes: quarū prima talis est: q̄ cuicunq; dicto affirmato attribuitur possibile eidem attribuitur contingens: ⁊ ab eodē remouetur impossibile: ⁊ ab eius cōtradictorio opposito remouetur necesse: ut possibile est sor. currere. ergo ꝓtingēs est sor. currere: quia possibile ⁊ cōtingēs in ꝓposito sumunt ꝓ eodez. Et ultra sequitur nō impossibile est sor. currere. Luz enim possibile ⁊ ipossibile contradicant: sicut nullus ⁊ quidam equipollebunt ꝓponendo negationē vni illoꝝ iuxta

regulas

regulas equipollentiarum. bene ergo sequitur possibile est fore. currere. ergo nō impossibile est fore. currere. Et vlterius sequit. non necesse est fore. nō currere. Quod ex hoc patet quia necesse ⁊ possibile opponunt subalterne. sicut omnis ⁊ quidam. Equipollebunt ergo preponēdo ⁊ postponēdo ꝫ regulas equipollētiarū. Et sic possibile est fore. currere ⁊ nō necesse est fore. nō currere possibile eidem attribuit equipollent. ¶ Secunda regula talis est cuicūqz dicto negato attribuitur possibile eidem attribuitur contingens ab eodem remouet impossibile ⁊ ab eiꝰ cōtradictorio opposito remouet necesse: ut possibile est nō esse: contingens est non eē: nō impossibile est nō esse: non necesse est esse. Ista regula de cōsequētibꝰ potest patere per ea que dicta sunt: p̄ponēdo ⁊ postponēdo negatiōes modis: sicut fit in signis ꝫm regulas equipollentiarum: ⁊ ista applicatio magis nalet ponēdo modum a parte subiecti ꝫ a parte predicati ꝫm cōformitatem ad signa. ¶ Tertia regula est a quocūqz dicto affirmato remouetur possibile ab eodē remouetur contingens: eidem attribuit impossibile: ⁊ eius cōtradictorio opposito attribuitur necesse: ut non possibile est esse: non contingens est esse: impossibile est esse: necesse est non esse. ¶ Quarta regula est ista a quocunqz dicto negato remouetur possibile ab eodem remouetur: contingens eidem attribuitur impossibile: ⁊ eius contradictorio opposito attribuitur necesse. Exemplū nō possibile est non esse: non contingens est non esse: impossibile est non esse: necesse est esse. ¶ Et sciendum q̄ omnes propositiones que sunt in prima linea equipollent per primam regulam: ⁊ que in secunda per secundam: ⁊ que in tertia per tertiam: ⁊ que in quarta per quartā. ¶ Circa qō notāduz q̄ in figura sequēti sunt q̄tuor linee circulares: ⁊ hec est figura composita ad similitudinem figure p̄positionum de ineſſe: ut pateat oppositio modalium per cōformitatem ad illas de ineſſe: ita q̄ in prima linea superiori ponunt vniuersales affirmatiue. In secunda vniuersales negatiue. in p̄ma vō linea inferiori ponuntur particulares affirmatiue: in secūda particulares negatiue. prima autez linea in proposito dicitur prima linea inferior: qꝛ in ea ponuntur propositiones prime regule. secūda vō linea est secunda inferior quia in ea ponūtur p̄positiones secunde regule. tertia vō linea dicitur secunda superior: qꝛ in ea ponuntur p̄positiones tertie regule. ⁊ quarta linea dicit p̄ma superior qꝛ in ea ponunt propositiones q̄rte regle. ¶ Notificat insup auctor equipollentias modaliū per vnā aliā regulam trimembrem dicens q̄ omnes p̄positiōes de possibili ⁊ impossibili equipollent uerbo similiter se habēte: modo autem dissimiliter: ⁊ intelligitur per uerbū ip̄m uerbum infinitiui modi: qō similiter se habet quando in utraqz affirmatur: uel in utraqz negatur. Dissimiliter se habet quādo affirmatur in vna ⁊ negatur in alia. ⁊ idem dicēdum est de modo. Causa huius prime partis regule est qꝛ possibile ⁊ impossibile contradicunt: sicut qdā ⁊ nullus. Sicut ergo preponēdo negationē signo contradictorie equipollēt in illis de ineſſe per primam regulam equipollentiarum sic in preponendo modo. Negatur enī quātitas ⁊ qualitas cum negatio cadat supra modum ⁊ super copulam principaliter vnientem modo dictuz. vnde iste equipollent. possibile est esse nō impossibile est esse. ¶ Secūda pars huius regule est q̄ omnes p̄positiones de impossibili ⁊ necessario equipollent modo similiter se habente: ⁊ uerbo dissimiliter. Unde iste equipollent. impossibile est eē necesse est non esse. cuius causa est qꝛ necesse ⁊ impossibile contrariantur sicut omnis ⁊ nullus. sicut ergo per secundam regulam equipollentiarū negatio postposita facit eqpollere contrarias in illis de ineſſe: sic in istis negatio postposita ad uerbum infinitiui modi: cum neget solaz qualitatem dicti: nō autem negat quātitatem modi: cum actus eius terminetur in ipsa compositiōe partium dicti: nec trā seat usqz ad modū. ¶ Tertia pars huiꝰ regule est q̄ omnes p̄positiones de possibili ⁊ necessario equipollent modo ⁊ uerbo dissimiliter se habentibus: cuius causa est: quia necesse ⁊ possibile se habēt subalterne: sicut omnis ⁊ quidam. sicut ergo preponendo ⁊ postponendo negationem subalterne equipollent in illis de ineſſe per tertiā regulā eqpollentiax sic in proposito. Unde iste equipollent. possibile est esse: non necesse est non esse.

Item propositionū modalium alie sunt contrarie. alie subcontrarie. alie cōtradictorie alie subalterne. vnde quartus ordo et tertius contrariantur siue propositiōes posite in tertia et quarta lineis. Primus ordo et secundus subcontrariantur. Primus ordo et tertius cōtradicunt et similiter secūdus et quartus. ꝫ primus ordo subalternat quarto et similiter secundus tertio.

Einde agit auctor de oppositione modaliū ex parte modi dicens q̄ alique sunt contrarie: alique subcontrarie: alique cōtradictorie ⁊ alique sublaterne. quartus ordo ⁊ tertius contrariātur. scilicet propositiōes ordinate in tertia ⁊ in quarta linea: ut patet per hunc uersum. Tertius est quarto semper contrarius ordo. hoc patet sic: quia vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua contrariantur. Omnes autē propositiones q̄rti ordinis sunt vniuersales affirmatiue de modo. Equiualent enim isti. necesse est esse. ⁊ oēs de tertio ordine sunt vniuersales negatiue. Unde equiualēt isti: impossibile est esse. ⁊ sic contrariantur. Primus autem ordo ⁊ secundus subcōtrariantur. vnde uersus. Sic etiam linea sub contraria prima secunde. hoc modo patet quia particularis affirmatiua ⁊ particularis negatiua subcontrariantur. Omnes autem propositiones primi ordinis sunt particulares affirmatiue. vnde equiualent isti. possibile est esse. Et omnes secundi ordinis sunt particulares negatiue. vnde equiualent isti. possibile est non esse: quia subcontrariantur. Item primus contradicit tertio se enim habent sicut particularis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua. secundus etiam contradicit quarto cum se habeant ut particularis negatiua ⁊ vniuersalis affirmatiua. vnde uersus.
Tertius est primo contradictorius ordo. Pugnat cum quarto contradicendo secundus. Item prima linea subalternatur quarte. habent enim se sicut particularis affirmatiua. ⁊ vniuersalis affirmatiua. ⁊ secūda subalternatur tertie cū propositiōes posite in tertia sint vniuersales negatiue. vñ uersus.
Prima subest quarte vice particularis habens se.
Hac habet ad seriem se lege secunda sequentem.

¶ Et notandum q3 contingens sequatur ad necesse prout contingens conuertitur cum possibili: ꝛ est superius ad necesse: sicut animal sequitur ad hominem: accipiendo tamen contingens pro illo qđ potest non esse non sequitur ad necesse: imo sibi repugnat. hec de modalibus.

Necesse. 4° ordo Purpurea		Impossibile. 3° ordo Yliace.
nõ possibile est nõ esse non cõtingẽs est non eẽ impossibile est non esse necesse est esse	Cõtrarie	nõ possibile est eẽ non cõtingens est eẽ impossibile est eẽ necesse est non esse.
Subalterne	Contra dictorie	Subalterne
pmus ordo amabimus		secundus ordo edentuli
possibile est eẽ cõtingẽs est esse: nõ impossibile est eẽ: non necesse est nõ est eẽ. possibile	Subcrie	possibile est nõ eẽ: contingens est nõ esse non impossibile est non eẽ necesse est esse. ptingẽs

De predicabilibus.

p ¶ Redicabile quandoq3 sumit pro prie qñq3 cõiter. Et sic dicit pdicabile qđ de plurib9 vniuoce pdicatur ut homo de sorte ꝛ de platone ꝛ sic de alijs. Quandoq3 sumitur communiter ꝛ sic dicitur pdicabile quod de vno solo siue de plurib9 predicatur vniuoce: uel equoce ut homo de sorte uel de platone. Unde predicabile prie sumptum ꝛ vniuersale idem sunt secundum rem. tamen differunt secundum rationez: quia vniuersale diffinitur per esse in: predicabile vo per dici de. Est autem predicabile quod aptum natum est dici de pluribus. Uniuersale autem quod aptuz natum est esse: in pluribus.

h ¶ Ic auctor incipit agere de predicabilibus siue vniuersalibus. Ad cuius euidẽtiam diuidit ipsum predicable in predicabile prie sumptum ꝛ communiter. predicabile prie sumptum est aptum natum dici de pluribus vniuoce. predicabile vo cõmuniter sumptum est quod de vno solo uel de pluribus predicatur. De predicabili vo prie sumpto est presens intẽtio: quod est idem q vniuersale secundum rem differens: tamen sm rationem. Ratio enim predicabilis sumitur ab hoc quod est dici de pluribus. Ratio vo vniuersalis per hoc quod est esse in mltis. vniuersale enim dicitur quod est aptum natum esse in pluribus. ¶ Pro quo notandum q vniuersale cuz sit vnum concretum potest capi tripliciter. vno modo pro per se significato qđ est vniuersalitas ꝛ secũda intentio: que scilicet est quedam relatio ratiõis in predicabili ad illud de quo est predicabile: ꝛ hũc respectum rationis significat hoc nomen vniuersale pro illo quod denominatur ab ista intentiõe vniuersalitaz: que est aliqua res prime intentionis. Et sic ipsa natura que est in singulari dicitur vle: in cõcreto sicut vlitas in abstracto. alio modo sumit vniuersale: ꝗtenus nõ est de se hec. tertio modo pro aggregato ex re prime intentionis ꝛ secunde. Quod autem hic dicitur de hoc termio vniuersale potest similiter dici de alijs terminis secunde intentiõis fingendo etiam ipsis abstracta: ut genus significat secundam intentionem in cõcreto ꝛ generalitas in abstracto: ꝛ sic de alijs. ¶ Notandum insuper q licet ipsa natura que est in aliquo singulari sit ita cõmunis q sibi nõ repugnat esse in alia singularitate quantum est de se: 3 sibi repugnet ut facta propria isti per indiuidualem differentiam ipsam contrahentem: non tamen ita communis est q sit in potentia propinqua q predicetur de multis actu. Unde ipsa natura 3 non sit in re sine singularitate: tamen de se non includit singularitatem nec vniuersalitatem. Equinitas enim sm Auicẽ. est tñ equinitas: nec est vna nec plures: hoc est nec icludit quãtum est de se vnitatem singularitatis nec pluralitatem vniuersalitatis. hoc tamen non obstante: cuz omne ens sit vnum ipsa natura habet propriã vnitatẽ que est eius passio. Hec est vnitas maior vnitate vniuersali: ꝛ minor vnitate numerali: quod sic potest probari. Simile ꝛ equale fundantur super vnum er 5° metaphysice: sed nullo intellectu existente est realis similitudo albi ad album sm albedinem. ergo aliqua realis vnitas est prorimũ fundamentum huius relatiõis realis: quia relatio realis non fundatur super ens rationis formaliter. Non est autem hec vnitas numeralis: patet; quia hoc album ꝛ illud non sunt vnum numero. quia nihil vnum numero est simile sibiipsi. ergo est aliqua alia realis vnitas. Itẽ si ois vnitas realis est numeralis. ergo omnis diuersitas realis erit numeralis consequens est falsuz. ergo ꝛ antecedens probatio consequentie. quia vnum ꝛ multa idem ꝛ diuersum sunt opposita er quarto metaphysice. Totiẽs autem dicitur vnum oppositorum: quotiens reliquum primo thopicorum. falsitas cõsequentis patet quia sic tm differret sor. a platone quantum differunt a brunello. ꝛ tunc intellectus non posset abstrahere a sorte ꝛ platone aliquod commune magis ꝗ a sorte ꝛ brunello: ꝛ tunc quodlibet vniuersale esset purum figmentum: quod est absurdum. Cum ergo ipsa natura sit vna vnitate minori ꝗ sit vnitas numeralis: sequitur q ipsa de se non sit singularis: Et sic vniuersale est aliquid in re. ¶ Sed contra hoc arguitur tripliciter. primo sic. ¶ Intellectus agens sm commentatorem facit vniuersalitatem in rebus. ergo vniuersale non est preter operatiõem intellectus. ¶ Item sm Boctiũ de vnitate ꝛ vno. Omne qđ est ideo est: qz vnũ numero est. ergo ipsa natura de se est singularis. ¶ Item Aristo. dicit septimo metaphysice q substantia cuiuslibet rei est propria rei cuius est ꝛ non inest alteri sed ipsa natura est substantia cuiuslibet rei. ergo nõ est

cõmunis sed propria.

¶ Pro responsione ad ista argumenta. Notandũ primo q esse in itellectu põt capi dupl'r. vno modo subiective: vt spẽs act⁹ ⁊ habit⁹ sunt in aia. alio modo obiective: ⁊ hoc dupl'r. vno modo habitual'r. ⁊ pmo qñ. s. est ibi per spẽm manentem in intellectu immediate motiuam ad intellectionem. alio modo actualiter ⁊ scẽdario: puta quando iam actu monet ⁊ intelligitur. ¶ Secundo notandum q duplex est vniuersale. s. in potẽtia ⁊ in actu. vniuersale in potẽtia est ipa quiditas uel natura que est in re cuz singl'aritate que est in potẽtia remota ad hoc ut predicetur de ml'tis. vniuersale in actu est ipa qditas denudata per itellectũ agentẽ a singularitate ⁊ a cõditionibus singulariũ: que nõ solũ est cõmunis multis: sed est in potẽtia ppinqua ut põdicet de multis. sm enim Arl. p° posteriorũ. Ad hoc q aliqd sit vniuersale requirit q sit vnũ in multis ⁊ põdicabile de multis. ¶ Et tunc ad cõmentatorez dicentẽ q intellectus facit vniuersalitatẽ in rebus. Dico q intelligit q itellectus agens facit de vniuersali in potentia vniuersale in actu. ¶ Ut enĩ dictũ est 2° c° prime partis huius libri. Species in fantasia nõ põt mouere intellectũ possibilem ad cognoscẽdũz vniuersale actu: cũ ipsam rẽ repzesentet cũ cõditionibus singulariũ. Intellectus igitur agens cuz fantasmate causant speciem intelligibilez in itellectu possibili que repzesentat ipsam naturam uel quiditatem actu abstractã ab huiusmodi cõditionibus singularium. que lz sit in re quantum ad id quod est: tamen est obiective ⁊ habitualiter in itellectu: inquãtum repzesentat per huiusmodi spẽm. Et quando actualiter intelligitur: tũc est ibi actualiter: ⁊ ut sic vniuersale actu est pma intẽtio ⁊ termin⁹ cõmunis impositus ab intellectu ad significandũ ipsum obiectum intellectũ: ⁊ est termin⁹ prime intentionis. quando autẽ intellectus cõparat ipsum obiectuz cognitum ad inferiora: tunc fit illa secũda intẽtio que dicitur vniuersalitas: que non ẽ aliqd in re: sed tñ habet esse in itellectu comparãte. ¶ Notandũ insuper q ipsa quiditas uel essentia sic abstracta per intellectũ potest cõsiderari dupliciter. vno modo in se nõ cõintelligẽdo singularitatẽ nec illã secũdaz intentiõem que dicitur vniuersalitas. Et ut sic cõsideratur a metaphysico: ⁊ exprimit per diffinitionem: ⁊ est obiectuz intellectus nostri pzo statu isto. alio modo potest cõsiderari iquantũ subest tali intẽtioni secũde que dicitur vniuersalitas: ⁊ sic cõsideratur a logico. Logicus enim cõsiderat secũdas intentiones applicatas pmis in qb⁹ fundant. ¶ Ad secũdum quãdo dicebat. Omne qõ est ⁊c. potest dici q illud habet ueritatez de re que per se subsistit. Ipsa autem natura nõ est huiusmodi: qz non existit per se sed in singulari.

¶ Contra hoc arguit: qz ut dicit Boetius quicqd est in vno numero est vnũ numero. Cum ergo ipsa natura sit in singulari qõ est vnũ numero erit vnum numero. ¶ Rñdeo q qcquid est in vno numero: ut in isto lapide est vnum numero: uel põmo uel per se uel denominatiue. põmo ut illud per quod vnitas talis cõperit huic cõposito. s. ipsa differentia indiuidualis: per se ut hic lapis cuius illud quod est põmo vnũ hac vnitate est per se pars' denominatiue tñ ut ipsa quiditas lapidis que est potẽtialis ad entitatem idiuidualem ipsam denominãtem. Et rideo quasi denomiatiue respicit actualitatẽ eius ⁊ vnitatem. Similiter istud patet in alio simili manifestiori. Posset enĩ argui sic. Quicquid est in vno spẽ est vnũ spẽ: sed color est in albedine que est vnũ spẽ. ergo est vnũ specie. ergo non habet vnitatẽ minorem vnitate speciei. Non sequitur: vnde color in albedine est vnũ specie nõ per se nec põmo sed denominatiue tñ. Differentia aũt specifica est vna primo: qz sibi põmo repugnat diuidi in plura specie. Albedo aũt est vna spẽ per se sed nõ primo: qz per aliquid itrinsecũ sibi. s. ipsam differẽtiã. ¶ Ad tertiũ dico q philosoph⁹ nõ vult dicere q substantia cuiuslibet rei sit ppria ita q ex natura sua sit idiuidua sed qz facta est ppria aliquo contrahente quo posito non potest incidere alteri lz sibi nõ repugnet ex se q cũ quacũqz vnitate singulari ponat. hanc materiã declarat Scotus ml'tipliciter. iij. di. 2. sen. de hoc etiam vide primo ⁊ septimo metaphysice.

Predicabile autem proprie sumptum siue vniuersale diuidit per genus speciem differentiam proprium ⁊ accidens: ⁊ solum de his hic intendimus.

d Iuidit ulterius auctor põdicabile ppie sumptuz siue vniuersale per gen⁹ spẽm differentiam ppium ⁊ accidens. Ad cuius euidentiam sciendum q põdicabile seu vniuersale sumit hic pro ipsa secũda intentione que dicit vniuersalitas: ⁊ est relatio rationis causata per intellectũ cõparantem superius ad inferiora: ut predicabile de ipsis. Quod qdem põt cõparari ad ipsa dupliciter: scilicet ut põdicabile de ipsis in quid uel quale. Si in qd hoc est dupliciter: uel quia de plurib⁹ differẽtib⁹ specie. Et talis comparatio dicitur genus uel de pluribus differentibus numero: ⁊ talis dicitur spẽs. Si in quale uel essentiale uel accidentale. Si essentiale sic est differẽtia: si accidentale hoc est dupliciter: quia uel põdicatum habet causam necessariam in subiecto uel nõ. si põmum sic est ppriuz: si secundum sic est accidens.

¶ Sed cõtra hanc diuisionem arguit dupliciter. primo sic. Predicabile predicatũ ⁊ predicamẽtuz idem sunt sm rem. ergo nõ plura nec pauciora debẽt esse põdicata ⁊ predicamẽta q̃z predicabilia: cõsequens est falsum qz ponunt decem predicamẽta ⁊ quatuor predicata tñ. ¶ Item vnum membruz vnius diuisionis includitur in alio. ergo diuisio nõ est bona. antecedens est notum: quia genus includitur in specie: probatur cõsequẽtia quia membra diuidentia bone diuisionis nõ debent coincidere ad inuicem: sed esse opposita uel disperata. ¶ Itez idem est accidens ⁊ genus. ergo non debet accidẽs condiuidi contra genus. consequẽtia est nota. ⁊ probatur antecedens: quia color est genus albedinis ⁊ accidens hominis. ¶ Rñdeo ad pmũ q lz idẽ sm rem sit predicabile põdicatum ⁊ põdicamẽtũ: tñ differunt sm rationẽ. predicabile enim dicitur qõ potest predicari de pluribus. predicamẽtum vo sumitur pro genere generalissimo: uel pro tota coordinatione predicabiliũ sm sub ⁊ supra ⁊ lateraliter. predicatum vo dicit illud per quod potest terminari uel solui questio dubitabilis uel problema: in qua scilicet potest opponi ad utrãqz partem contradictionis. Philosophus autez in thopicis determinãs de syllo dyalectico docet modũ soluendi huiusmodi dubitationes. Unde ibi ostendit de aliquo quõ põtsciri q est gen⁹. ⁊ sic de alijs. Põit igit ibi q̃tuor

ꝑdicata.ſ. duo in qđ: que ſunt genus ⁊ diffinitio: ⁊ duo in q̄le.ſ. ꝓpriū ⁊ accidēs: qa ois queſtio dubitabilis poteſt terminari ⁊ ſolui: reſpondendo per aliquod iſtorum. uel per aliquod reductū ad illa quia autem nō fit queſtio de indiuiduis: cum de illis nō ſit ſcientia ſed de ſpeciebus: ideo ſpecies non numeratur inter predicata: cum in talibus queſtionibus ſit ſubiectum. Nec de differentia ſpecifica fit mentio ibi: quia idem eſt iudicium de illa ſicut de ſpecie: poteſt autem reduci ad diffinitionem. Differentiam autem genericam reducit philoſophus ad genus cum in ipſo formaliter includatur.

¶ Ad ſecūdum dico ꝙ genus ⁊ ſpecies poſſunt capi dupliciter. vno modo fundamētaliter: ⁊ ſic vnū includit in alio. ut animal in hoīe. alio modo formaliter pro ipſis ſecūdis intētiōib⁹: ⁊ ſic ſunt intentiones diſtincte nec coincidūt. ¶ Ad tertiū dico ꝙ ly ſit idē genus ⁊ accidens. hoc tamē nō reſpectu eiuſdez. eſt enim genus reſpectu ſuorū inferiorū: ⁊ accidens reſpectu ſubſtantie.

De genere.

Genus dicitur tripliciter. primo modo dicitur genus ut eſt collectio multorum quodam modo ſe habentiuz ad inuicem et ad vnum principium: ut collectio eorum qui ſunt de eadem parentela ⁊ deſcēdunt ab vno auo ut romani a romulo. Secundo modo dicitur genus principium vniuſcuiuſqz generationis ut pater uel prīa. Tertio mō dicit genus cui ſupponit ſpēs ⁊ hoc ultimo modo ſumitur hic ⁊ diffinit ſic. Genus eſt quod predicatur de pluribus differētibus ſpecie in eo quod quid: ut animal predicat de hoīe ⁊ de equo qui ſpecie differūt.

Ꝓcedentib⁹ auctor determinauit de ꝑdicabili in cōmuni. hic ꝓſequēter icipit determinare de quolibet ipſorū in ſpeciali. ⁊ primo de genere ponēdo triplicem eius acceptionez. Primo modo genus eſt collectio multorū habentium quādam cōnexionē ad inuicē ⁊ ad vnū ꝓncipiuz. ⁊ ſic genus dicit ꝓgenies. Et hoc modo illi qui deſcendunt ab eodē auo dicūtur de eodē genere ul parētela. Alio modo ſumitur genus pro ꝓncipio illius generationis. ⁊ ſic genitor uel auus dicit gen⁹: qz eſt ꝓncipiuz ꝓductiuū illius ꝓgenici. Locus etiā generatiōis uel patria dicit genus ratiōe virtutis generatiue ⁊ cōſeruatiue que eſt in ipſo ſm habitudinē uel reſpectū quē habet ad corpora celeſtia. Videmus enī alicꝫ animalia in vno loco generari que nō generant in alio. Item patet de arboribus plantis ⁊ metallis. tertio modo dicit genus ſub quo ponitur ſpecies. ⁊ ſic ſumit in ꝓpoſito. qđ eſt uerū immediate ad differentiā indiuidui quod ponit ſub genere: nō tamē imediate. ¶ Et notādū ꝙ ly gen⁹ poſſet alio modo ſumi: tamē due ꝓme acceptiones generis hic enūciant ꝓpter quādam conuenientiā quā habent cū genere logico. Sicut enī genus ꝓmo modo dicit collectionē multorꝫ: ſic genus logicum dicit collectionē multarū ſpecierū. Et ſicut gen⁹ ſecundo modo dictū eſt ꝓncipiuz effectiuū ipſius parentele: ſic genus logicum eſt intrinſecū principiuz ſuarum ſpecierum: cum ex ipſo ⁊ differentia conſtituat ſpecies. Genus aūt logicum ſic diffinitur.

¶ Genus eſt qđ predicatur de plurib⁹ differentibus ſpē in eo ꝙ qđ. ut ad interrogationē factaz per quid rīdet per qđ. ut ſi querat qđ eſt hō: rīdet aial

¶ Circa qđ notādū ꝙ ly ꝑdicat dicit aptitudinē ⁊ nō actuz: ſicut in alijs diffinitionibus. ¶ Item notandū ꝙ quid ſignificat eēntiā per modū ſubſtātie. ſubſtātie autem eſt ſubſtare. ſ. alijs. Cum ergo materia ſubſtet forme. eſt enī fundamētum ⁊ receptaculū formarum: ⁊ genus ſe habet ut materia: ideo cōueniētius reſpondet ad interrogationē factā per quid. Subſtātie eſt etiam per ſe ſtare: quia igit genera ⁊ ſpecies ſignificant per modū per ſe ſtantis: ideo in quid cōgrue ꝑdicant. Differentie vo in q̄le quia ſe habēt ut forme: ⁊ ſignificāt per modū adiacentis determinātis ⁊ qualificātis. ¶ Notandū ꝙ aliqd poteſt ꝑdicari in quid tripliciter. vno modo ſm rem ⁊ modum ſimul ut genera ⁊ ſpēs ſubſtātie. ſecūdo modo ſm rez tm̄. ut differētia que dicit per modum q̄lificantis. tertio modo ſm moduz tm̄. ut genera ⁊ ſpēs accidētium. ¶ Notādum inſuper ꝙ genus pōt ſumi uel pro ipſa ſecūda intentione que eſt habitudo uel cōparatio quiditatis predicabilis in quid de plurib⁹ differētibus ſpecie ad ipſas ſpēs uel pōt ſumi pro ipſa re uel quiditate in ſe ꝯſiderata abſolute: uel tertio modo pro ipſa quiditate concepta ſub illa ſecūda intentiōe. Hic aūt nō diffinit ipſa qditas uel res abſolute ꝯſiderata: quia eius cōſideratio nō pertinet ad logicum ſed ad metaphyſicuz. Sed ſm aliquos hic diffinitur ipſa quiditas ꝯſiderata ſub illa ſecūda intētione: que optimo ſatis eſt ꝓbabilis: qz logica eſt de ſecūdis intētiōib⁹ adiūctis primis ſm Auic. Et ſm hoc de facili poſſunt intelligi diffinitiōes que ſunt in logica. Verūtamē quia qditas ſic cōſiderata nō dicit vnum conceptum per ſe: ſed per accidēs aggregatū: ſcilicet ex re ⁊ intentione. Diffinitum autem debet eē vnuz per ſe ex 7° metaphyſice: qz etiaz logicus per ſe cōſiderat ſecūdas intentiōes: primas autē non niſi in quātum ſunt fundamēta ſecundarum: videt melius dicendum ꝙ hic diffinitur ſecunda intentio: qđ conſonat dicto Scoti. j. di. 4. ſen. ubi ait ꝙ intentiones logice que ſignificāt conceptus in anima per ſe vnos diffiniuntur aſſignando eis genera ⁊ differentias eo modo quo poſſunt ea habere: ponendo etiam ipſarum fundamētum ⁊ terminū: ſicut fit cōmuniter in relationibus. Hoc modo diffinit intentio quam dicit genus. cui loco generis aſſignat ratio ꝑdicabilis que eſt cōmunis ad quinqz ꝑdicabilia. Predicari autem de pluribus differētibus ſpecie in quid ponitur loco differētie. Per hoc enim differt genus a ſpecie ⁊ differētia: non qdem ꝙ illa ſecunda intentio que dicit genus predicet de pluribus differentibus ſpē: ſed quia eſt nata fundari in quiditate ſic predicabili. Ipſa enim intentio ſolum predicatur de pluribus differentibus numero ſm Scotum. vj. q. quolibetorū. Fundamentum ergo intentionis eſt illud quod predicatur. Termini vo ſunt ipſe ſpecies de quibus predicatur. Genus igitur eſt predicabile quod predicatur ⁊c̄. hoc eſt genus eſt relatio predicabilis quod ꝑdicatur de pluribus differentibus ſpecie ⁊c̄. De quo nota ea que dicta ſunt in diffinitione propoſitiōis: ſecundū hoc poterunt declarari alie diffinitiones ſecundarum intentionum logicalium. circa quod non intendo immorari.

¶ Sed contra ꝑdicta arguit tripliciter: ⁊ videtur

q hic nō diffiniat intentio generis: q hic diffinit illud quod p̄dicat de plurib⁹ differentib⁹ specie: sed intentio nō p̄dicat. Sed res subiecta intētioni: ergo intentio hic nō diffinit. maior est nota. p̄bat minor: q illa est uera. homo est animal: ista aūt est falsa. hō est gen⁹. ¶ Itē videt q predicabile nō se habeat ut genus ad intentionē generis: q tunc idem esset superius ⁊ inferius respectu eiusdem. p̄batur cōsequentia. sicut ista est uera: genus est p̄dicabile: ita ista p̄dicabile est genus posito casu q sit gen⁹ ad quinq̄ p̄dicabilia. ¶ Itez videt q genus etiā sumptum pro re subiecta intētioni nō predicet de pluribus differētib⁹ specie: ut animal de hoie q pars nō p̄dicatur de toto: genus aūt est pars essentialis speciei: cū se habeat ut materia: differentia aūt ut forma. 8° metaphysice. ergo gen⁹ nō p̄dicat de spē. ¶ Respondeo ad p̄mū dicēdum est q maior nō est uera. Non enī illud qō predicat hic diffinit: sed intentio que fundat in id quod p̄dicat que qdem per suum fundamentū notificatur. nec est incōueniens relationes ratiōis diffiniri per sua fundamēta: cuz Aristo. 5° metaphysice distinguat modos seu spēs rōnum realiū per ipsarū fundamēta: q ipse differentie specifice ꝓpter earū modicā entitatez fortenos latent. Rōnes aūt rationis sunt minoris entitatis q̄z relationes reales. ¶ Ad secūdum quando arguitur q si predicabile esset genus tūc idem esset superius ⁊ inferius respectu eiusdē. Dico q consequentia nō ualet. ad p̄batiōem respondeo: q quando dicebat genus est p̄dicabile est p̄dicatio per se supioris de suo iferiori: sicut p̄dicabile est supius ad genus. ¶ Quādo aūt dicit p̄dicabile est genus: nō est p̄dicatio per se: sed denominatiua predicatio: sicut dicendo animal est genus. ¶ Contra hoc arguitur q inferius nō potest denoiatiue p̄dicari de suo superiori: cū in predicatione denoiatiua p̄dicatum distinguat realiter a subiecto sicut accidēs eius.
¶ Respondeo q illud est uerū in p̄dicatione denominatiua stricte sumpta: nō autē large: ut enim dictum est. c. p̄cedenti: q supius est potentiale respectu inferiorum. Inferius aūt est actuale: ideo quasi denoiatiue ipsuz respicit. Inferiora etiā quodāmodo accidunt superioribus; accipiēdo etiā accidens pro extraneo: q non sunt de ratione superiorum.
¶ Ad tertium dico q pars non p̄dicat de toto per moduz partis. vnde ista est falsa. homo est animalitas: sed bene p̄dicatur per modū totius in cōcreto ratione suppositi q̄ cōcernit: ⁊ ideo hec est uera homo est animal.

a Ꝺ cognoscēdum autem hoc mēbrū s. differētib⁹ specie oportet scire q differens dicitur tot modis quot modis dicitur idem. Idem autem dicitur tripliciter. s. idem genere idem specie idē numero Eadem genere sunt quecunq̄ sub eodem genere continentur: ut homo est asinus sub animali eadem specie sunt quecunq̄ sub eadem specie continentur ut sortes et plato sub hoie Idem numero dicit quad rupliciter scilicet idem nomine idem diffinitione idē proprio ⁊ idem accidente. Eadem nomine sunt quorum res est una nomina ꝟo plura ut marcus tullius. Eadem diffinitione sunt quorū vnū est diffinitio alteri⁹: ut animal rationale mortale est diffinitio hominis. Eadem proprio sunt quorum unum est proprium alteri⁹: ut homo est risibile. Eadē accidēte sunt quorū vnū est accidens alterius ut sor. ⁊ albedo que est in ipso. Similiter differens dicitur tripliciter. s. genere specie ⁊ numero. Differentia genere sunt que sub diuersis generibus continent: ut homo sub animali arbor sub plāta Differentia specie sunt quecunq̄ sub diuersis speciebus continētur: ut homo est asinus sub animali. Differētia numero sunt que faciunt diuersum numerum: ut sortes ⁊ plato. Illud ꝟo dicitur predicari in qd quod conuenienter respōdetur ad interrogationem facta per quid: ut si queratur quid est homo conuenienē respondetur animal: ⁊ ideo aīal predicatur in quid de homīe. Aliter aūt diffinitur sic gen⁹. genus est cui supponit spēs.

q Ꝟia ꝟo opposita iuxta se posita clarius elucescūt. ¶ Quot enim modis dicit vnū oppositorum: tot modis dicit ⁊ reliquū. Ideo dicit auctor q ad cognoscendū hoc mēbrum differentibus specie oportet scire quot modis dicit idē q̄z tot dicitur differens. Idem aūt dicitur tripliciter: idem genere: idem spē: idez numero. Unde eadem genere dicunt q̄cunq̄z sub eodē genere continentur: ut homo ⁊ asinus sub animali. Et per oppositum differētia genere dicūtur que sub diuersis generibus ꝓtinent: ut homo sub animali: ⁊ arbor sub planta.
¶ Ꝓ quo est notandū q dupler est genus. s. logicum ⁊ philosophicū. Genus philosophicū dicitur subiectuz uel materia que est subiectū generatiōis ⁊ corruptionis. vnde illa sunt idem genere philosophico que habent idē subiectū uel materiam cōmunem circa quā possunt habere trāsmutationez mutuam: ⁊ que non habēt non sunt idē genere hoc modo. Et de tali loquit Ari. 1° metaphysice: ubi dicit q corruptibile ⁊ incorruptibile differūt plus q̄z genere. Illa ꝟo sunt idem genere logico que conueniunt in aliquo cōmuni predicabili de pluribus differentibus specie in quid. ⁊ de hoc genere loquit auctor non de p̄mo. Unde substantia corporea ⁊ incorporea lz sint idem genere logico: tamē differūt genere philosophico. Eadē spē sunt que sub eadē spē cōtinent: ut sor. ⁊ plato sub homine. Differētia ꝟo specie dicuntur que cōtinentur sub diuersis speciebus: ut sor. ⁊ brunellus: uel que habent differētias specificas oppositas: ut homo ⁊ equus. Eadem numero dicuntur que nō faciunt diuersum numeruz: ut homo ⁊ animal ratiōale. Differentia ꝟo numero sunt que faciunt diuersum numerū. ut sor. ⁊ plato faciunt numerū binarium que est species diuersa a trinario: ⁊ si adderet Cicero esset numerus ternarius. Sunt enim distincte res numerate habentes distinctas differētias numerales. Et ponit auctor q̄tuor modos idētitatis nūeralis. Et silr posset ponī q̄tuor modi differētie numeralis. Sz hoc non est necesse: quia satis habētur per alias. s. per modos idētitatis numeralis. quorū p̄us est idē nomine. ⁊ dicunt eadem noie quorū res est una: noia

vo plura. ꝛ sunt noīa synonima. ut marcus tullius que ly sint plura noīa: dicuntur tamē eadem nomine: quia conueniunt in identitate rei nominate.
Secundus modus est idem diffinitione: quādo. s. vnum est diffinitio alterius: ut animal rationale ꝛ homo ꝛ possunt reduci ad p̄mū modū: quia per uaria nomina diffinitiōis ꝛ diffiniti iportatur res eadez: que qdem per diffinitū importat implicite ꝛ per diffinitionē explicite. Tertius modus est idez ꝑpr̄io: quādo scilicet vnū est proprium alterius: ut risibile est propriū hominis. Quart⁹ modus est idē accidente quando vnum est accidens alterius.
¶ Ad euidentiā p̄dictorum notandū q̄ differētia ꝛ diuersa aliquādo sumunt large: ꝛ sic vnum sumitur pro reliquo. Unde sicut dicimus diuersa numero genere uel specie sic ꝛ differentia numero genere ul' specie. alio modo sumunt stricte: ꝛ sic differūt ad inuicē. Illa eni que in nullo quiditatiue conuenīūt ut ultime differētie dicunt p̄mo diuersa: non tamē dicuntur differētia: quia ut dicit philosophus qnto metaphysice. differentia sunt aliqd idem entia. i. in aliquo cōueniētia: ut homo ꝛ equus que conuenīūt in animali: ly differant per rationale ꝛ irrationale
¶ Notandū insup ꝟm Scotū. di. iij. ꝛ. sen. q̄ vnaqueq; res est singularis: ꝛ vna numero per aliquaz entitatē positiuā persone determinātē naturam ad singularitatē: que qdem entitas uocat differentia individualis uel hecceitas. ꝓbatur q: omnis differentia differētium reducit ad aliqua p̄mo diuersa: alioquin nō esset status in differentibus. Sed individua ꝑprie differunt q: sunt differētia ꝛ alicui idē entia: ergo eorū differētia reducitur ad aliqua p̄mo diuersa. Ista p̄mo diuersa nō sunt natura in isto ꝛ in alio. nā in natura conuenīūt. ergo p̄ter naturā in isto ꝛ in alio sunt aliqua qb⁹ hoc ꝛ illud differūt. Sz hec nō sunt materia nec forma nec accidētia: ergo erūt alique entitates positiue per se determinātes naturam.
¶ Qō aūt materia ꝛ forma non sint causa individuatiōis nec distinctiōis numeralis ꝓbatur q: quecūq; sunt de quiditate speciei nō cōstituūt cē alicuius individui: materia ꝛ forma sunt huiusmodi. ergo ꝛc̄. maio: patet q: de cuius qditate sunt p̄incipia individuātia ipsum est individuū de se. mio: patet septimo ꝛ octauo metaphysice. Item in accidentibus non est materia: ubi tamen est distinctio individualis. Quod etiam individuatio substātie nō habeat esse per quātitatē uel cetera accidentia ꝓbatur q: substātia est prior omni accidēte ex septimo metaphysice. ergo cōuenit substātie p̄me ex sua ratione q̄ sit hec ꝑ⁹ aliq; determinet aliquo accidente.
¶ Sed cōtra predicta arguit primo: q: Boetius determinate dicit q̄ differentiā in numero accidentiū uarietas facit maxime in loco. ergo idiuiduatio subiecti fit per accidentia.
¶ Item in quinto metaphysice dicit Aristo. q̄ illa sunt vnū numero quorū materia est vna. ergo materia est causa individuationis seu vnitatis numeralis.
¶ Respōdeo ad Boetiū q̄ uarietas accidentiū facit differētiaz in numero nō causaliter sed notificatiue: eo q̄ distinctionem numeralem concomitat uarietas accidētiū que habent per hūc uersuz. forma figura locus stirps nomē patria tēpus.
¶ Ad secūdū dico q̄ materia ꝛ forma opponunt relatiue ex secūdo physicorum. ꝛ quot modis dicit vnū oppositorū tot modis dicitur ꝛ reliquum ex p̄mo thopicorū. forma autē quantū ad p̄sens spectat dicit dupliciter. vno modo pro forma partis sicut anima est forma corporis alio modo pro forma totius que est ipa qditas que apud Aristo. frequēter dicitur forma quinto metaphysice capl'o de causa. ꝛ septimo ut humanitas est forma nō alteri⁹ partis cōpositi sed totius.
¶ Notandum q̄ entitas cōpositi que distinguitur a partibus est forma totius compositi sicut ipa natura tota ut hūitas que uocat quiditas. Quod autē quiditas possit dici forma totius: patet per philosophuz quinto metaphysice capl'o de causa. ubi dicit q̄ forma totius nō est forma informās sed est forma tm̄. Et sic nō est intelligēdum q̄ talis forma informet materiā ꝛ forma partis: uel ipum totū tanq̄z aliqd inclusum in toto. sed est sic forma totius q̄ est tota natura seu quiditas sui totius. Igit materia correspondēter dicit dupliciter. quia quedā est materia que opponitur forme partis. ꝛ hec est materia que est p̄incipium essentiale cōstituens cū forma vnum ens per se. Et quedam est materia que opponitur forme totius ꝛ ipi quiditati. ꝛ per ꝓsequēs est extra rationem quiditatis rei formaliter. Et hec est materia que est differentia seu ꝑprietas individuatis que est causa idiuiduationis que p̄t uocari hecceitas. Cum ergo dicit Aristo. q̄ illa sunt vnuz numero ꝛc̄. loquit de materia non primo modo sed secūdo modo: que congrue uocatur materia quaten⁹ cōstituit rem in ultimo esse subicibili ꝛ materiali. non autem in eē formali: quia nō pertinet formaliter ad formalez quiditatē rei. Et hec qdem expositio cōsonat litterę philosophi. Subdit enim q̄ illa sunt vnum specie quorū ratio est vna. Ratio quidē ibi sumit⁹ pro qditate que dicit forma respectu differētie individualis.
¶ Et notādū q̄ sicut realitas a qua sumitur genus est potētialis ad realitatem a qua sumitur differentia specifica: ita q̄ hec realitas non est formaliter illa: alioquin in diffinitione esset nugatio: sic realitas specifica est potētialis ad differentiā individualez que est actus determinās naturā specificam ad singularitatem. nec incōueniens est ipsam differentiā individualem habere rationem actus ꝛ materie diuersis tamē respectibus habet enim rationē materie inquātum cōstituit in ultimo esse subicibili: sed habet rationē act⁹ inquātum determinat naturā specificaz ad esse hoc: ꝛ inquātum distinguit vnum individuum ab alio. act⁹ enim determinat ꝛ distinguit septimo metaphysice. Hec materia habet magis considerari a metaphysico q̄z a logico: ideo de ipsa succincte pertranseo.

i Tem genus diuidit in genus generalissimū ꝛ gen⁹ subalternū. Genus generalissimū est supra quod non est aliud genus superueniēs. uel genus generalissimū est quod cū sit genus non potest esse species. Et diuidit in decem generalissima que sunt decē p̄dicamēta. s. substantia quantitas qualitas relatio actio passio situs habit⁹ ubi et q̄n. Hec autē decē dicunt genera generalissima quia nullū gen⁹ habēt supra se. Et ly ens sit supra ipsa tamē non dicitur de ipis vniuoce sz equiuoce. ideo nō est genus. De his autē nihil ad presens dicet. sed in p̄dicamētis. Genus subalternuz est quod cum sit

genus bñ põt esse species ut animal est genꝰ hominis et equi et est spēs corporis animati

Einde diuidit auctor genus in genus generalissimum ⁊ genus subalternum. Circa qđ sciendum q superlatiuum potest capi dupliciter: scilicet affirmatiue ⁊ negatiue. Unde generalissimum negatiue sumptum dicitur quo nihil est generalius. Et hoc modo sumitur ab auctore cum dicit q genus generalissimum est supra quod non est aliud genus supra ueniēs. Alio modo sumēdo affirmatiue dicit genus generalissimū quod est generalius omni alio. Et sic nullū genus dicit generalissimū simpliciter loquēdo. tunc enim tñ esset vnum generalissimum. qđm Priscianum: Quod per superabundantia dicitur vni soli cōuenit. Nōlibet tamē generalissimum potest dici generalius omni alio: nō simpliciter: sed omni alio sue coordinatiōis. ¶ Notandū insup q suplatiuꝰ nō semp sup latiue sumit siue affirmatiue: siue negatiue: ut declaratū est: sed aliqñ tñ sumit intensiue: ⁊ tūc tantū ualet sicut ualde. Unde hoc modo põt dici de quolibet sancto q est sanctissimus. i. ualde sanctꝰ. Et hoc modo sepe sumit ab auctoribus. Et diuiditur genꝰ generalissimū in. x. p̄dicamenta: que sunt substantia quantitas q̄litas relatio actio passio ubi qñ situs uel positio ⁊ habitꝰ: que dicunt generalissima q nullum habent genus supra se. Iz enim ens dicatur de ipsis: tamē sm auctorē non est genꝰ: q est equocum ad ipsa. A quo discordat doctor subtilis ponens tertia ⁊ octaua di. p̄. sen. ens esse vniuocuz ad deum ⁊ creaturam substantiā ⁊ accidēs: cum dicat vnū conceptū cōem ipsis. Sed tamē non sequitur q sit genus: q non cōtrahitur ad deum ⁊ creaturā: nec ad substātiam ⁊ accidēs: sicut ad spēs per differentias: sz per modos intrinsecos. Unde dicit Aristo. 4° metaphysice q ens dicit multipliciter: nō tamen equiuoce: sed vniuoce: cū equiuocum ⁊ vniuocū sint imediata: ut patet ex rationibꝰ ipsorū. Nec obstat q per p̄us dicitur de deo q̄ de creatura: ⁊ de substantia q̄ de accidēte: q analogia nō repugnat vniuocationi: ut videbit p̄mo. c. p̄dicamētorū. Si queraꝫ ergo q̄re ens nō est genus. Quādo enī predicatur aliqd ⁊ p̄dicatur in quid ⁊ in plus difficile est euadere quin sit genus sm Aristo. in libro thopicorū. Dico q Iz sit difficile nō tamen est impossibile. Causa enī quare ens nō est genus est q genꝰ contrahit ad spēs per differentias. Realitas enī a qua sumit genꝰ est potētialis ad realitatē a qua sumit differentia: alꝫ genus complete diffiniret. Ens autez non cōtrahitur ad deū ⁊ creaturā ad substantiā ⁊ accidens per differētias sed per modos intrinsecos ut videbit p̄mo. c. p̄dicamētorū. Alia ratio huius assignatur a doctore subtili. iij. dis. p̄. sen. vide ibi. Quia vo hec materia nō est presentis speculatiōis vsq ad tertiū quartū metaphysice differatur.

¶ Genus subalternū dicit q cum sit genus potest esse species: q videlicet habet supra se genꝰ ⁊ sub se spēs: ut animal est genus hominis ⁊ equi ⁊ species corporis animati. ⁊ dicitur subalternū quasi sub alio positum.

De specie.

S Species est quod predicat de pluribus differētibꝰ numero in eo quod quid. In hac enim diffinitione hoc uerbū predicat dicit aptitudinē ⁊ non actuz. Similiter ⁊ in alijs homo predicat de sorte ⁊ platone et de alijs particularibus hominibus que differūt numero ut p̄us patuit. Diffinit etiā sic spēs. Species est que ponit sub assignato genere ⁊ de qua genus in eo quod quid p̄dicatur. Et diuidit in speciē specialissimam et subalternā. Spēs specialissima est que cū sit species nō põt esse genus ut homo equus et similia. uel est illa sub qua nō est inferior species sub se. Species subalterna est que cū sit spēs bene potest esse genus. vñ que cunqz sunt inter genus generalissimū ⁊ spēm specialissimam possunt esse genera ⁊ species ad aliud tamē ⁊ ad aliud sumpta. Sunt enīz genera respectu inferiorū. Species vo respectu superiorū sicut patet in arbore. ut hoc aūt sit magis planū sumaꝫ exēplū in vnoquoqz predicamēto: ut substātia est genus primū et sub hoc ponit corpus: et sub corpore ponit corpus animatum: sub corpore aīato animal et sub animali animal rationale: et sub rationali hō: et sub homine sunt indiuidua: ut sortes et plato. Indiuiduū est quod de vno solo predicat ut sortes de seipso. ⁊ hec patent in arbore porphirij. Ista tibi plana dabit porphiriana.

P Ostqz auctor determinauit de genere: hic cōsequēter determinat de specie. pceedendo a magis cōmunib9 ad minus cōmunia. Realitas enī a qua sumit genꝰ est in plus q̄ sit natura specifica. ¶ Ad cuius euidētiā sciēduz q spēs sumit multis modis. Uno modo est idē q formositas uel pulchritudo que consistit in debita ꝓportione membrorū. Secūdo modo idem est qđ similitudo obiecti. Sicut loquit Ari. in libro de anima di. q lapis nō est in aīa: sz species lapidis. Tertio modo est accidēs partiū orationis. Quarto modo sumitur pro natura specifica. Quinto modo pro secūda intētione que in ipsa fundat. Et hoc modo sumitur in ꝓposito. Et põt diffiniri eodē modo quo fuit assignata diffinitio generis. Per illud aūt relatiuū qđ intelligit p̄dicabile qđ est genus ad speciē. per illud qđ dicit differentibus numero differt species a genere: qđ Iz possit predicari de pluribus differētibꝰ numero: nō tamen solū nec imediate. ⁊ per hoc qđ dicit in eo q qđ differt a differētia ꝓprio ⁊ accidēte: que p̄dicant in quale. Et diffinit hic species specialissima. Species enī subalterna nō est p̄dicabile distinctum a genere ly p̄dicatur dicit aptitudinem ⁊ nō actū. sicut in alijs diffinitionibus. ¶ Itē aliter diffinitur species sic. Species est que ponit sub assignato genere. uel de qua genus in eo qđ qđ est p̄dicatur. ¶ Circa qđ est notādū q auctor in p̄cedentibus notificauit spēm per cōpositionē ad indiuidua. hic aūt per cōparationē ad genꝰ. Non est autem incōueniēs idem habere plures diffinitiones large sumptas per cōparatiōem ad diuersa: ut fuit declaratum in diffinitione uocis. Et conuenit hec diffinitio tam spēi specialissime q̄ spēi subalterne.

Species itaq; ponitur sub genere sicut minus commune sub magis cōmuni imediate quidē ad differentiā indiuiduor. ⁊ directe ad differentiā differētiarū. Et ponit sub genere nō quocūq; ut homo nō ponit sub colore: sed sub genere assignato. i. determinato: qđ essentialiter includit: ⁊ ideo de ipsa predicatur in quid.

¶ Deinde diuidit auctor speciē in speciē specialissimā ⁊ subalternam. Species specialissima est que cū sit spēs nō pōt esse genus. Est enim species cum habeat genus supra se: sed nō pōt esse genus q; non habet aliquā speciē sub se. Vnde nomē spēi uerius conuenit speciei specialissime q; subalterne. Dicitur nāq; species a specificādo seu determinādo. Ben⁹ aūt magis determinat in specie spāliſſima que nō potest ulterius specificari ⁊ determinari per differētias formales q; in spē subalterna que adhuc est specificabilis ⁊ determiabilis. Spēs eni subalterna cū sit spēs pōt eē gen⁹: q; videlicet est ulterius diuisibilis per differētias formales que ꝯstituūt diuersas spēs sub ipsa: vñ oia que ponunt iter genus generalissimū ⁊ spēm spāliſſimā sunt genera ⁊ species per cōparationē ad diuersa. Sunt enim genera respectu inferiorū ⁊ species respectu superiorū. Exemplū huius quo ad p̄dicamētū substātie patet in arbore porphirij: ⁊ posset etiā poni in alijs p̄dicamētis. Pro quo notādū q; huiusmodi coordinatio pōt dici arbor per quādā silitudinē ad arborē naturalē in qua sunt tria. s. radix trūcus ⁊ rami. Genus generalissimū pōt dici radix inquātū ꝯtinet inferiora permissiue siue potētialr uel ipsa indiuidua inquātum cōtinēt supiora positiue ⁊ actualr. Ponunt aūt indiuidua in p̄dicamēto inquātū abstrahūt ab existētia actuali ꝓ; Sco. iij. di. 2. sentē. Vnde hic hō tm̄ includat naturā specificā cū differētia indiuiduali nec plus icludit existētiā actualē formaliter q; hō. Cuz eni ꝑm Arī. p̄mo posteriorū sit stat⁹ in quolibet p̄dicamēto in sursum ⁊ deorsum: sicut inuenit ibi supremū cōsiderādo illud ratiōe eē essentie p̄cise: ita iucnit ibi infimū. s. singulare absq; omni existētia actuali. De ipis vo singlarib⁹ inquātū icludūt existentiā actualē non est scia ꝑm Arī. 7° metaphysice: q; ipsis absentib⁹ seu remotis a sensu ignotum est utrū sint aut nō sint. Et ponūtur indiuidua in recta linea p̄dicamētali: cū formalr icludāt oia supiora: lz eniz videant poni laterali hoc est ad ostēdēdū ipsor⁹ multitudie sub eadē spe. Genera aūt ⁊ spēs que ponunt in recta linea se hūt sicut trūcus arboris naturalis. Differētie vo collaterales se habēt sicut rami. Substātia itaq; diuidit per corpoream ⁊ incorporeā. Ex substātia aūt ⁊ corporeitate sicut ex genere ⁊ differētia constituit corpus: sicut etiam ex substātia ⁊ incorporeitate pōt cōstitui alia spēs: utpote spūs creat⁹. Et sic possz dici de alijs generib⁹ cū differētijs positis a parte dextra que sunt differētie positiue: cū er ipsis ⁊ generib⁹ cōstituant spēs ipsas tamē per noia p̄uatiua circūlogmur ꝓpter penuriā nominū. Insup corp⁹ diuidit per aiatū ⁊ inanimatū. Corpus aiatū cōstituit aliā spēm quā ꝓpter penuriā nominū circūlogmur per illud cōplexū corpus aiatū. Nō ulterius diuidit per sensibile ⁊ insensibile. Sēsibile pōt capi dupliciter. s. passiue ⁊ actiue. Sensibile passiue dicit qđ est aptū natū sentiri ⁊ sic oē corpus est sensibile: nō hoc modo sumit in ꝓposito. Sensibile vo actiue dicit qđ est aptū natū sentire: ⁊ sic ex corpore aiato ⁊ illa differētia ꝯstituitur aial. Rursus aial diuidit per rōnale per irrationale. rōnale aūt additū aiali cōstituit hominez. Nō aūt aial rōnale diuidat per mortale ⁊ imortale nō est ꝑm ueritatē imo repugnat fidei catholice: sz hoc ponit recitādo opinionē Porphirij ⁊ quorūdā paganorū ponētiū pluralitatē deorū: quos dicebāt esse aialia rōnalia ⁊ imortalia ad distinctionez hominū qui sunt mortales. Et huius opiniōis fuerūt qdā ponētes demones eē aialia corpore aerea mēte rōnalia duratiōe eterna. Huius etiā opiniōis fuerūt ponētes corpora celestia eē aiata. Ponebant eni intelligētias eē aias celorū. quosdā deos virtutis infinite. Que opinio a quibusdam iponit philosopho: lz false ꝑm Aquilinū doctorē Sco. in quolibetis: ⁊. xiiij. di. 2. sen. Nō ex hoc patet q; 12° metaphysice ponit eē vnū deū oiuz p̄incipē. ¶ Entia nolunt male regi: nec bonū pluralitas p̄incipatuū. vn⁹ ergo p̄nceps: ⁊ sic nō sunt plures dij. Probat etiaz 8° physicorū. Potētiā infinitā nō eē in magnitudie sed p̄mū mouēs qđ pōt esse virtutis infinite eē impartibile. nō ergo est aial seu corp⁹ aiatuz. Et si arguat q; ipse videt ponere 1° celi ⁊ 12° methaphysice celū esse aiatū. Rndeo q; aia habet duplex officiū respectu corporis iformādi. s. ⁊ mouēdi: q; est forma corporis: ⁊ corporis motrix. ubicūq; ergo philosophus loquitur de anima celi: exponendum est ꝑm conditionē qua anima est motrix corporis ⁊ non forma. Et illa aia est intelligēda huic orbi cōiuncta: ut propria motrix. ⁊ talis non est nisi vnica vnius: ita q; cōiungit orbi in ratione motricis ⁊ non in ratione informantis.

¶ Diffinit ulteriꝰ auctor indiuiduuz dicens q; est quod de vno solo p̄dicatur: ut sor. de seipso. ⁊ refertur ly quod est p̄dicabile in cōmuni. Per hoc autē qđ p̄dicatur de vno solo differt a predicabili ꝓprie sumpto qđ predicat de pluribus. Ex hoc patet q; illud quod dicit Arī. in p̄dicamētis q; a p̄ma substātia nulla est predicatio: q; scilicet p̄ma substantia uel indiuiduū non est p̄dicabile ꝓprie sumptum: ⁊ ideo ab ipsa nulla est predicatio ꝓprie sumpta ꝑsone superioris de inferiori: lz bene eiusdē de seipso. Debet autem intelligi diffinitio indiuidui de predicatione vniuoca. Sor. autem bene predicat de pluribus uocatis illo nomine: sed nō ꝑm vnā rationem: quia sola uox est ipsis cōmunis: ⁊ non aliquis conceptus sumptus ꝑm illud nomen. Et notandū q; indiuiduū uel singulare potest sumi: uel pro secūda intentione quā denotat singularitas: uel pro eo q; subest illi intentioni: scilicet pro sorte uel platone. Et ꝑm hoc multipliciter potest declarari diffinitio indiuidui: sicut dictū est de diffinitiōe generis. Itē duplex est indiuiduū. s. signatum ⁊ uagus. Indiuiduum signatum est qđ importat vnū solum suppositum ⁊ determinate sumptū: ut sortes ⁊ hic homo. Indiuiduum uagum est qđ designat vnum solum suppositus: lz sit indeterminatum nobis quid sit illud suppositum: ut aliquis homo. Terminus enim cōmunis quātum est de se potest sumi pro suppositis uel natura. Signa vo vniuersalia uel particularia iuenta sunt ad denotādu terminū cōmunez sumi pro suppositis. Particularia siquidē pro vno lz modo uago ⁊ ideterminato. Uniuersalia vo pro multis. Exēplū quādo terminus supponit pro suppositis: ut homo currit. Exemplum quādo sumit pro natura: ut homo est species. ¶ Vide nunc arborem Porphirij.

Genus

Genus — Generalissimū

Substantia

Corporea — Incorporea

Corpus

Animatum — Inanimatū

Corpus animatū

Sensibile — Insensibile

Animal

Rationale — Irrōnale

Animal rationale

Mortale — Immortale

Homo

Sortes — Plato

Species — Spālissima

De differentia.

Differentia dicitur tripliciter. Cōmuniter proprie et magis ppie. Communis differentia est qua vnum differt ab altero separabili accidente: ut sortes sedens differt a platone currēte. Propria differentia est qua vnum differt ab altero inseparabili accidēte: ut sortes sim⁹ differt a platone aqllo. Differētia magis ppria est qua vnum differt ab altero specifica differētia ut homo per rationale differt ab equo et asino Et diffinitur sic differentia est quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quale ut rationale predicatur de homine et de his que differunt spē. Sumus enim rationales nos et dij ut vult porphirius: sed mortale additum nobis separat nos ab illis. Illud autē dicitur predicari in quale quod conuenienter respondetur ad interrogatiōez factam per quale: ut cum queritur qualis est homo: conuenienter respondetur rationalis Et ideo rationale predicaf de homine in ql̄e Aliter sic diffinitur differentia est qua abundat species a genere ut homo abundat ab animali his differētijs rationale mortale. Et sciendū est q̄ eadem differētia est diuisiua et cōstitutiua: scilicet diuisiua generis et ꝯstitutiua speciei: ut rationale diuidit animal cum differentia sibi opposita. Dicimus enim aīalium aliud rationale aliud irratiōale: et iste due differentie constituunt diuersas species sub animali. Omnis enim differentia aduenies ge

neri constituit speciem. et ideo constitutiua uel diuisiua nominatur. mortale enim additum super hoc genus animal constituit speciem. Et ideo dicit Boeti⁹ q̄ sola species diffinit Diffinitio eni cōsistit ex genere et differentia sed sola species habet genus et differentias: et omne illud quod habet genus et differentias diffinitur.

p Hactꝫ auctor determinauit de specie que est secundū predicabile. Hic cōsequenter determinat de tertio p̄dicabili. s. de differētia. prius aūt determinauit de specie ꝙ de differētia: q̄ spēs p̄dicaf in quid: differentia vo in quale. Et diuidit differētiā in cōmunē ppriam et magis ppriā. ut eligat illā de qua intēdit. que diuisio ꝫ nō sit bimēbris: tamē est reducibilis ad bimēbrē. Differētia enim facit differre uel essentialiter uel accidētaliter. Si accidentaliter hoc est dupliciter: uel per accidēs separabile: uel inseparabile. Si per accidēs separabile: sicut sor. sedens differt a se uel ab altero nō sedēte: sic est p̄mus modus. Si vo per accidēs inseparabile sic est secūdus modus: ut sor. simus differt a platone aquillo: si vo facit differre eēntialiter: sic est tertius modus quādo vnū differt ab alio differētia specifica que facē differre spē: sicut hō differt ab equo specie per ratiōale. Prima differētia dicit cōmunis: quia talis differētia multum large sumit: que. s. est per accidēs separabile. Secūda enim dicit magis ppria: q̄ magis accedit ad naturā differētie uere ꝙ p̄cedēs. Tertia dicitur magis ppria q̄ facit differre eēntialiter. alie vo nō. ¶ Et notandū q̄ ꝫ idē nō differat a seipso essentialiter: cū omne ens sit vnū. i. a se indiuisum et diuisum a quolibet alio idē tamē bene differt a se accidētaliter: ſm q̄ nūc est sub vno accidēte: nūc sub alio. Et si arguas q̄ differētia et accidēs sunt distincta p̄dicabilia. ergo duo primi modi differētie sunt male assignati. cū ptineāt ad p̄dicabile accidentis. ¶ Respōdeo q̄ differētia est p̄dicabile distinctum ab accidēte in tertia acceptione et nō in duab⁹ p̄mis ¶ Diffinit ergo auctor differētiā tertio modo sumptā de qua pro nūc intēdit dī. q̄ differētia est quod p̄dicaf de plurib⁹ differētib⁹ specie in eo qō quale: sicut sensibile p̄dicaf de hoie et de asino qui differūt specie: ut si quer af qualis est hō: conueniēter rndet sensibilis: et de asino siliter. Exēplū vo positū hic ab auctore. s. quō rōnale p̄dicaf de hoie et de dijs non est uerū: ut declaratū fuit cō p̄cedēti. exēplox tū non requirit vificatio. Ponunt enim exēpla nō ut uera sint: ꝫ ut sentiāt addiscētes. per illud qō intelligit genus differētie ipsius. s. p̄dicabile. Per hoc autez qō dicit de plurib⁹ differētib⁹ specie excludit differētia cōstituēs spēm spālissimā. Talis enim nō p̄dicaf de plurib⁹ differētib⁹ specie: ꝫ differētia generalis que scilicet constituit genus sicut sensibilitas constituit animal. Et de ista datur diffinitio hec. et ponitur in quale ad differentiam generis et speciei que p̄dicanf in quid. Predicaf aūt in quale ꝫ porphiriū q̄ habet rōnē forme. Illud autē qō habet rationē iformātis seu determinātis habet rōnē qualis. Et tale est dupler. s. eēntiale et accidētale ſm q̄ dupler est forma. s. eēntialis et accidētalis. Differētia itaq; p̄dicaf in quale eēntiale. accidēs vo in quale accidētale: et ideo sibi nō competit hec diffinitio

¶ Et notãdũ q̃ differẽtia põt sumi pro scda itẽtiõe uel eius fundamẽto: ⁊ ꝑ hoc põt uario modo exponi hec diffinitio: ut dictũ est in diffinitione generis ¶ Ponit ulterius auctor aliã diffinitionẽ differentie dicẽs q̃ differẽtia est qua abũdat spẽs a genere. Est enim forma uel realitas quã icludit actualiter spẽs ultra genus: ut hõ ultra sensibilitatẽ que constituit aial includit rõnabilitatẽ. Hec aũt diffinitio bene cõpetit differẽtie specifice. ¶ Et notãdũ q̃ ꝫ genus cõtineat differẽtias oppositas potẽtialiter: sicut materia est in potẽtia ad plures formas: non tñ cõtinet ipsas actualiter. Sic enim aial cõtinet potẽtialiter rõnale ⁊ irrõnale que ipsum diuidũt ⁊ cõstituũt diuersas spẽs sub aiali. Et sic eadẽ differentia est diuisiua ⁊ cõstitutiua: nõ eiusdẽ sed diuersorũ. Est enim diuisiua generis ⁊ ꝓstitutiua specierũ. differẽtia nãq̃ aduenies generi cõstituit speciẽ. vñ ex aiali tanq̃ ex materia: ⁊ ex rõnali tanq̃ ex forma cõstituit hõ: ꝓpter qd̃ dicit Boetius: q̃ sola spẽs diffinit diffinitione. ſ. quiditatiua que indicat rei essentiã: ⁊ dat per genus ⁊ differẽtiã: q̃ sola spẽs spãlissima uel subalterna habet genus ⁊ differẽtias. Genus tñ generalissimũ põt diffiniri diffinitiõe large sumpta: que dicit descriptio uel diffinitio quid nominis per quã exprimit uel notificat quid importatur per nomẽ. ¶ Ad euidẽtiã ꝓdictorũ notãdũ q̃ est quedã opinio ponẽs q̃ in rebꝰ materialibꝰ materia nõ est pars quiditatis specifice. qd̃ ꝓbat: tũ q̃ 5° metaphysice dicit q̃ oẽs partes diffinitionis sunt forme. Itẽ 1° de aia ⁊ alibi frequẽter noiat philosophꝰ formã q̃ quid est rei. ¶ Sed hãc opinionẽ iprobat doctor aquilinus Scotꝰ. xxiij. di. 3. sen. Est enim cõtra philosophũ 7° metaphysice dicentẽ q̃ materia est pars speciei. Spẽm aũt dico q̃ quid erat eẽ. Itẽ 8° metaphysice dicit q̃ ois diffinitio habet quid et quale: ⁊ hoc oportet eẽ ut materiã: illud vo ut formã Materia ergo nõ ꝯcta per differẽtiã idiuidualẽ absolute accepta ⁊ vniuersaliter: que est pars potẽtialis illius cuius est ptinet ad quiditatẽ specificaꝫ rei materialis. qd̃ ꝓbat tali rõne: q̃ res materiales in sui eẽntia includũt causas intrinsecas. ſ. materiã et formã. ergo in earũ diffinitiõe debet poni materia: cõsequẽtia patet: q̃ diffinitio indicat totã quiditatẽ diffiniti siue essentiã. ¶ Et tũc ad auctoritatẽ qñ dicit q̃ oẽs partes diffinitionis sunt forme. Dico q̃ nõ sunt forme sibi inuicẽ comparate: sed respectu diffiniti: q̃ de ipso formaliter seu quiditatiue predicant. Est enim quiditas forma totius ⁊ nõ partis. ⁊ ideo que spectãt ad quiditatẽ dicunt formaliter ⁊ quiditatiue ꝓdicari. ¶ Ad aliã dico q̃ forma dicit qd̃ quid est nõ quin materia cõcurrat. Ꝺꝫ hoc dicitur appropriate eo q̃ forma est principalior causa ⁊ completiua diffinitiõis ⁊ quiditatis: q̃ itaq̃ forma est principalior in diffinitione: q̃ etiaꝫ quiditas est forma totius: hinc est q̃ sepe diffinitio dicit rõ formalis. Dia etiã inclusa in diffinitione quiditatiua: siue sint genera: siue differẽtie usq̃ ad ens inclusiue ꝓnt dici formalitates uel quiditates. De hac materia vide 7° metaphysice. ¶ Est insup quedã opinio ponẽs cõceptũ generis nõ esse aliud a cõceptu speciei. Vñ dicũt isti q̃ genus ⁊ species siue differẽtia solum differũt penes modos seu rõnes cõcipiẽdi eũdẽ cõceptũ: q̃ genus dicit eẽntiã sub esse indeterminato ⁊ per modũ determinabilis. Differentia autẽ dicit ipsam sub rõne determinãtis ⁊ cõducentis ad esse determinatũ speciei. Et ꝓbatur per philosophum septimo metaphysice. Genus nihil est ꝓter eas que sunt generis spẽs. Itẽ in eodẽ 7° dicit q̃ differẽtia est tota substãtia rei. ¶ Ꝺꝫ ista opinio nõ est uera ſm doctorẽ aquilinũ Scotũ ibidem probat per Auic. 5° metaphysice. ubi dicit q̃ ꝫ genus ⁊ differentia ꝓdicent de toto. i. de specie per se nõ tñ significãt totũ per se. sed genus significat materiale ⁊ differẽtia formale: utrũq̃ significat partes ¶ Cõfirmatur q̃ cõceptus generis est aljus a ꝓceptu differentie: sicut materiale est extra formale. ergo est alius a cõceptu speciei: sicut partialis a totali q̃ species essentialiter ⁊ formaliter includit utrunq̃. probat antecedẽs quia differẽtia nõ participat genus nec ecõuerso. Sũt enim omnino alterius rationis cũ genus includat differẽtias supiores nõ autez differẽtia. Nõ probat: qa ſm philosophũ 7° metaphysice: Dis diffinitio datur per genus primum ⁊ differẽtias intermedias usq̃ ad ultimã: uel per genus proximũ ⁊ differentiã ultimã specificã. Si primo modo sequit nugatio. Si enim differẽtia inferior includit formaliter superiorẽ icludet oẽs intermedias. Cũ ergo oẽs ponant in diffinitione idẽ bis dicet. Si secũdo modo adhuc sequit idẽ: quia genus proximũ includit suã differẽtiã cõstitutiuã. Si ergo ultima differẽtia eam includit sequit q̃ bis dicet. De quo peramplius vide. xij. di. 4. sen. Scoti q. iij. Ex predictis patet q̃ cõceptus generis est alius a cõceptu speciei. Et si queras quid determinate cõcipitur per genus ⁊ differẽtiã. ¶ Respondeo q̃ per differentiã cõcipit ultimus actus quo species est id qd̃ est cõpletiue. Et per genus cõcipit potẽtiale respectu illius actus, hoc declarat sic: quia 7° metaphysice dicitur q̃ sicut rõ. i. diffinitio se habet ad rem: sic partes diffinitiõis ad partes rei. In specie autez que ꝓprie diffinit nõ sunt nisi due per se partes essentiales. ſ. actus ultimus quo spẽs est illud qd̃ est: ⁊ potẽtiale respectu illius actus ultimi. Differentia ergo ultima specifica a qua est vnitas rei ⁊ diffinitionis cõpletiue icludit per se precise dẽ suo per se intellectu actũ ultimuꝫ in re que est causa vnitatis realis cõpleta. Genus autẽ proximũ precise includit per se proximũ potẽtiale respectu illius actus. Ne autẽ habeamus ponere cõceptꝰ generis ⁊ differẽtie esse ficticios. oportet q̃ eis correspõdeãt aliqua in re distincta ex natura rei circũscripta omni operatione intellectꝰ. Sed talis differentia habet gradum ſm quem genus ⁊ differẽtia ꝓnt sumi ab alia ⁊ alia re: si sint diuerse forme: puta in homine: ita q̃ ab vna sumat genus: ⁊ ab alia differentia. ul' ꝓnt sumi ab alia ⁊ alia realitate: puta si sit species simpler ut albedo. Primo modo dicit differẽtia realis. 2° modo vo dicitur differentia formalis utraq̃ tamẽ ex natura rei. ¶ Ad pmũ in oppositũ dico q̃ secũda auctoritas allegata truncat. Vñ additur in fine eius: aut si est: est quidẽ ut materia. Et hec pars disiũctiue est uera: ut declaratũ est. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ philosophus nõ intẽdit q̃ differẽtia ultima sit tota substãtia rei nisi cõpletiue ut dictum est.

De proprio.

Proprius dicitur ãdrupliciter. Uno
p modo dicitur proprium quod cõuenit soli sed non omni. ut esse grãmaticum. Secundo modo dicitur propriũ quod conuenit oi sed nõ soli: ut est bipedẽ. Tertio modo

modo dicitur proprium quod conuenit oi ⁊ soli sed non semper: ut canescere in senectute. Quarto mō dicitur ꝓpriū quod conuenit oi et soli et semper: ut risibile ieſt hoi omni et soli speciei et semper. Homo enim dicitur risibilis non eo ꝙ semper actu rideat: sed quia aptus natus est ad ridendum. et propriū hoc modo sumptum est vnum de quinq; predicabilibus. Et diffinitur sic ab aristotile. proprium est quod conuenit omni ⁊ soli ⁊ semp ⁊ conuersim predicaī de re ⁊ nō indicat quid est esse rei. ut risibile ineſt homini nō indicat quid est esse rei ponit̄ in diffinitiōe ꝓprij ad differentiā diffinitionis que cōuersim predicatur de re ⁊ indicat quid est esse rei. substātia animata sensibilis cōuertitur cum aiali et indicat esse eius: quia oīs diffinitio datur per substātialia. Omne enim superius est de essentia sui inferioris. Diffinitio enim diffinit̄ sic ab aristotile. Diffinitio est oro quid est eē rei significās. ꝓpriū autē nō indicat qd est eē rei.

s Substantia autez diuidit per primaz ⁊ secundam. Prima substantia est que proprie principaliter ⁊ maxime substare dicit. Uel prima substantia est que neqz in subiecto est neqz de subiecto dicit. ut aliquis hō aliquis equus. Secūde substātie sunt species in quibus sunt prime substantie ⁊ haruz specierū genera. ut homo ⁊ aial. Est enim aliquis homo in hoīe que est species: ⁊ hō in animali qđ est gen⁹. Jndiuidua substantie dicūtur prime substātie. quia primo substant alijs. Genera vo ⁊ species eorū dicuntur secunde substantie qr secundo substāt alijs ut aliquis hō dicitur grāmaticus ⁊ currens ⁊ animal ⁊ substantia. ergo homo dicit grāmaticus currens. aial et substantia. Jtem ea que dicūtur de subiecto omnia predicantur nomine et ratione ut homo p̄dicatur de sorte et de platone. Eorū vo que sunt in subiecto: in pluribus quidē neqz nomen neqz ratio predicatur de subiecto. ut hec albedo uel hoc albū. Jn aliquibus autem nomen nihil phibet predicari de subiecto. rationē vo predicari de subiecto est impossibile ut albuz predicat de subiecto. ratio vo albi numq̄ de subiecto p̄dicatur. Jtem secundaruz substantiaruz species est magis substantia q̄ genus. qr species est ppinquior prime substantie q̄ genus. Et etiaz qr pluribus substat. Quibuscunqz eniz substat genus eisdez substat spēs et cum hoc species substat ipsi generi. Sz species specialissime equaliter substant. et equaliter sunt substantie ut hō equus et similia.

Je auctor incipit determinare de p̄dicamētis in speciali: ⁊ primo de substantia que est por accidentibus ex 7° metaphysice diuidēdo eam per primā ⁊ secūdam substātiam. Ubi notandum q̄ nomē substātie potest sumi a per se stando: ⁊ sic sumitur ab esse eius ppio ⁊ absoluto: uel a substādo accidētib⁹: ⁊ sic sumit ab eē ei⁹ respectiuo per cōpositionem ad accidētia. Deinde diffinit primam substantiā di. q̄ pma substantia est que ppie principaliter ⁊ maxime substat. Ponit proprie ad differentiam accidentiū: lz eni accidens possit esse subiectū accidētis: nō tamē ultimate termiat eius dependentiam. Ponit p̄ncipaliter ad differētiam secūdarum substātiarū que nō substant accidentib⁹ nisi prout sunt in primis. Homo eni non dicit albus aut niger nisi qr sortes uel plato est alb⁹. Et deinde ponitur maxime ad ostēdendum q̄ p̄me substantie plurib⁹ substant q̄z secūde: qr substant oibus alijs quibus substant secūde: ⁊ cū hoc ipsis secūdis.

Ulteri⁹ ponit auctor secūdā diffinitiōez p̄me substātie di. q̄ pma substātia est que nec est in subiecto nec dicit de subiecto. Nō eē in subiecto hic ponit ad differentiaz accidētiū que inherēt substātie. Nō dici vo de subiecto ponit ad differētiam secūdarū substātiarū que dicunt de suis inferioribus. Sed contra hoc arguitur ⁊ videt q̄ auctor sit sup fluus ponēdo plures diffinitiones prime substātie: qr vnius rei est vnuz esse. ergo vna res tm̄ habebit vnam diffinitionez cum diffinitio dicat esse rei. Respondeo q̄ vnius rei est vna diffinitio ppie dicta que dat per genus ⁊ differentiā. Sed bene possunt esse plures descriptiones uel diffinitiōes large sumpte q̄bus notificatur quid per nomē importatur.

Deinde diffinit secūdam substantiā di. q̄ secūde substātie sunt species in quib⁹ sunt p̄me: ⁊ ipsarū genera que dicuntur secūde substātie: qr secūdario substant accidentib⁹. Jndiuidua vo dicūtur prime substantie: que primario substāt: ut dictū est. Ad cuius euidentiā notandū est q̄ differentia est iter accidentia cōmunia ⁊ accidētia ppria: qr accidentia cōmunia per p̄us insunt indiuiduis q̄z spēbus: quia homo nō est albus neqz niger. nisi qr sor. uel plato. Sed accidentia propria sunt ecōuerso. Sor. enim nō est risibilis nisi inquātum hō. Consequēter dicit auctor q̄ ea que dicunt de subiecto p̄dicant de eo nomine ⁊ ratiōe: ut homo de sor. Eorū vo que sunt in subiecto ut in pluribus neqz nomē neqz ratio predicatur de subiecto: ut albedo. Jn alijs vo nomen nihil phibet p̄dicari de subiecto: ut albuz de corpore predicatur. rationem vo albi impossibile est predicari. Circa qđ notādum q̄ nomē de subiecto predicari est nomē de subiecto uerificari: ut homo est albus. Ratio vo dicit predicari quando diffinitio uel cōcept⁹ predicati includit essentialiter in subiecto: ut homo est aial. secūde ergo substātie p̄dicant nomine ⁊ ratione de p̄mis cū essentialiter includātur in illis. Abstracta vo de generibus accidentiuz nec nomine nec ratiōe predicant de p̄mis substantijs. Unde illa est falsa. sor. est albedo. Concreta vo predicant ſm nomen quia illa est uera. sor. est alb⁹: sed non ſm rationem: qr ipsa albedo quā importat hoc nomen albus non includitur eētialiter in sor.

Jnsuper comparat secūdas substātias ad inuicē di. q̄ secūdarum substātiarū magis est substātia species q̄z genus qr pluribus substat. Quibuscūqz eniz substat genus eisdem substat ⁊ species: ⁊ cum hoc etiam ipsi generi. Dicit etiam q̄ species specialissime eque naturaliter sunt substātie: ut homo equ⁹: quod est intelligendum non quin vna species substantie sit perfectior alia. homo eniz est perfectior equo. Sed est intelligendum quātum ad substādū accidētibus quia equaliter descendūt in idiuidua: ⁊ sic equaliter substant accidentibus suorum indiuiduorum.

His visis dicendū est de cōmunitatib⁹ ⁊ proprietatibus substantie. Cōmune est oi substantie in subiecto nō esse. quia esse in subiecto competit solum accidēti. Hoc patet in primis substantijs per diffinitionem prime substantie. Jn secundis autez patet inductione ⁊ syllogismo. Jductiōe sic. homo non est in subiecto equus nō est in subiecto. neqz animal ⁊ sic de singulis. ergo nulla secūda substātia est in subiecto. Syllogismo sic: nihil eorūz que sunt in subiecto predicatur nomine ⁊ ratione de subiecto: sed omnis secūda substantia predicatur nomine et ratione de subiecto. ergo nulla secunda substantia est in subiecto.

Hoc autem nō est ꝓpriū substātie ſz etiaz differentie competit.ꝛ hoc intelligiť de differentijs substantie. Hec est instātia de partibus substantie que sunt in suo toto.ꝛ ideo videnť eē in subiecto.qꝛ alius est modus eēndi in:ut accidēs in subiecto. Et alius sicut pars est in suo toto:ut ꝓius patuit. Jtez oibus secūdis substantijs ꝛ differētijs earum cōuenit vniuoce p̄dicari de primis. hec enim oia predicantur de primis substantijs nomine ꝛ ratione quare vniuoce predicantur. Jtem dis prima substātia significat hoc aliquid id est indiuiduū ꝛ vnum numero. Sed secūda substātia videť significare hoc aliqd sub appellatiōis figura:eo ꝙ est in prima substātia. uel etiā de essentia eius non tñ significat hoc aliquid sed potius quale quid:siue quid cōe. nō enim illud quid significať per secundam substantiā est vnū numero sicut illud quod significať per primā substantiā. Jtem substātie nihil est contrariū: sed hoc nō est ꝓprium substātie.quia non cōuenit soli substātie ſz etiam quātitati ꝛ quibusdā alijs. Jtem substantia nō suscipit magis ꝛ minus. Nō enī dico ꝙ vna substantia non magis subsťet q̄ alia. Sed dico ꝙ vnaqueq substātia ſm esse suū non intendiť neq remittiť:ut albū qñq est magis albū qñq minus album. Sortes vo non est magis hō vno tēpore q̄ alio tpe nec magis hō q̄ plato. Jtē proprie proprium est substantie cū sit vna ꝛ eadem numero ſm sui mutationē esse susceptibile cōtrariorū.ut idem hō aliquando est albus.aliqñ niger.aliquādo calidus.aliqñ frigidus.aliqñ prauus aliquando studiosus. Hec est instantia de oratione quia ſz hec eadez oratio sortes sedet aliquando sit uera aliquando falsa.tamē hoc non est ſm sui mutationē:ſz ſm mutationez rei.ut qꝛ sortes sedet uel currit:ꝛ ideo nota ꝙ uerum ꝛ falsum sunt in rebus ut in subiecto ꝛ sunt in oꝛone ut in signo.Uñ equiuocať modus essendi in: cum diciť uerū ꝛ falsum esse in rebus ꝛ in oratione.Similiter equocať susceptibile:cū diciť res est susceptibilis ueri ꝛ falsi.ꝛ oꝛo est susceptibilis ueri ꝛ falsi sicut equocatur susceptibile cuz diciť urina est susceptibilis sanitatis:ꝛ animal est susceptibile sanitatis.Hec enim suscipit sanitatē q̄ significat eam. Illud vo qꝛ est subiectum eius.ꝛ ita hoc ꝓpriū nō cōuenit oꝛoni ſz soli substātie. ¶ Ponit cōsequēter auctoꝛ ꝓprietates substantie. Prima est ꝙ cōmune est omni substātie in subiecto nō esse. Et diciť notāter cōmune qꝛ ista ꝓprietas cōuenit omni substātie sed nō soli. Et sic inest substantie in secūdo modo ꝓprij. Quod enī conueniat omni substātie patet:qꝛ substātia est ens per se stās ꝛ nō inherēs sicut accidēs qō semp inheret actu uel aptitudine:ſz enim quātitas ꝛ albedo in sacramento altaris nō inhereant actu substātie panis: tamē habent aptitudinem ad inherēdum. Probat autē auctoꝛ hanc ꝓprietatē inductiōe ꝛ syllogismo sicut patet in textu. Et si instet de partibus integralibus substātie que sunt in subiecto:ꝛ sic hec ꝓprietas nō ꝓueniet omni substātie. ¶ Respōdeo ꝙ partes integrales nō sunt in aliquo sicut accidēs in subiecto sed sicut partes in subiecto toto. Quod aūt hec ꝓprietas nō cōueniat soli substantie ꝓbať quia cōuenit differētijs substantie que nō sunt in aliquo sicut accidēs in subiecto:que tamē nō sunt in genere substantie per se sed reductiue tñ. Solum enim ſz per se in genere sunt illa que sunt in recta linea p̄dicamentali que predicanť in quid de inferioꝛib⁹:ac ip̄m indiuiduū abstrahens ab existentia actuali:ut hic homo includens tñ naturam specificā cum differentia indiuiduali:ut ponit doctoꝛ subtilis Sco. di. iij 2.sen. ¶ Secūda ꝓprietas substantie est ꝙ omnibus secūdis substātijs ꝛ differentijs eoꝛū conuenit vniuoce p̄dicari de primis. Quod exꝛ hoc patet: qꝛ essentialiter includunť in p̄mis. Jnest autē ista ꝓprietas substantie in secūdo modo ꝓprij ut p̄cedēs cum nō tñ conueniat illis que sunt per se in genere substantie sed etiā reductiue.scilicet differētijs earū. ¶ Et si arguatur cōtra qꝛ album bene predicať vniuoce de ligno ꝛ lapide.ergo nō cōuenit solis substantijs secūdi vniuoce predicari de primis.ꝓsequēs tia est nota ꝛ probať antecedens qꝛ albuz dicit vnū conceptum ad lignum albū ꝛ lapidē album. ¶ Respondeo ꝙ ſz album sit p̄dicatum vniuocū: non tamen vniuoce predicatur:ut enim dictuz est in fine p̄dicabiliuz.aliud est vniuocū predicari :ꝛ aliud est vniuoce predicari. vniuocum enī predicatū est cuius conceptus in se est vnus. Et hoc modo album dictum de ligno albo ꝛ lapide est predicatū vniuocum. vniuoce vo predicari est quādo ratio predicati includitur in ratione subiecti: sic nō predicať album de lapide. Et sic ratio albi non includiť in ratione lapidis. ¶ Tertia ꝓprietas substantie est ꝙ omnis prima substātia significat hoc aliquid. secūda vo substātia nō significat hoc aliquid sed potius quale quid:ſz videať significare hoc aliquid sub appellationis figura. ¶ Circa qō notādū ꝙ prima substātia significat hoc aliquid.i.indiuiduū per se subsistens seu suppositum qō per se subsistit.i.independenter existit.ſm enim Sco.j.di.3.sen.q.j. Ratio suppositi cōsistit in duplici negatiōe: videlicet quia nec depēdet actu nec aptitudie. Unde albedo que est in pariete nō est suppositū quia actu dependet a pariete substante. Anima etiā separata ſz per se existat nō tamē est suppositum. Non enim subsistit seu independenter existit:ſz enim nō dependeat actu a coꝛpoꝛe dependet aptitudine:qꝛ habet inclinationē naturalē ad informandum coꝛpus. Secūda autem substantia significat quale quid.i.substantiam pluribus cōmunicabilem. Unde quid diciť substātiam:ſz enī quiditas seu diffinitio reperiatur in accidentibus ꝓprius tamē reperitur in substantia. Quale vo diciť formam multis cōmunicabilem. Superioꝛa autem diciť forme cōpositionem ad inferioꝛa:ut patet ex quinto ꝛ septimo metaphysice.hinc est qō illa que ingrediuntť diffinitionē quiditatiuā cuiusmodi sunt genera ꝛ differētie diciť apud formalizātes qditates seu formalitates:qꝛ vo eadem res aliquando appellatur nomine secunde

substãtie:aliquãdo nomine prime:ut for. aliquãdo appellatur homo ⁊ aliquãdo for. ideo secũda substãtia videtur significare hoc aliquid sub figura appellationis;idest propter similitudinem appellationis. ¶ Quarta proprietas substantie est q substantie nihil est contrarium:sed hoc non est proprium substantie quia conuenit quãtitati ⁊ quibusdaz alijs. Ad cuius euidentiã sciendũ q ꝓprietas põt accipi duplr.s.large ⁊ stricte. Cõtraria stricte sunt forme positiue sub eodẽ genere posite maxime a se distantes:que in eodem susceptibili vicissim insunt. Large vo dicunt cõtraria que habent aliquas cõditiões requisitas ad ꝓprietatẽ:sed non omnes. Et sic sumẽdo cõtrarietatẽ substãtie inest ꝓprietas. forme enim substãtialis ignis ⁊ aque sic cõtrariant cũ sint forme positiue que nõ possunt eidem simul inesse: sed bene successiue. Non enĩ possunt reduci ad priuatiõem ⁊ habitum:qz lz vna forma includat priuationem alterius:nõ tamen precise. Sed ultra hoc dicit aliquid positiuũ.hoc etiã modo ponit ꝓtrarietas differentiarũ eiusdem generis 1° metaphysice Sumẽdo vo cõtrarietatem stricte cõtrarietas non inest substantie:qz ad minus ibi deest vna cõditionum requisitarũ ad cõtrarietatẽ videlicet q forme cõtrarie sint maxime distantes a se inuicem. Et sic loquit Aristo.5° physicorum:ubi pbat q ad substãtiam nõ est motus:qz substãtie nihil est cõtrarium. Motus aũt fit a cõtrario in cõtrariũ. Mã cũ de ratione mot⁹ sit q fiat in tẽpore impossibile est aliqd moueri ab vno in aliud nisi inter illa sit quedaz distantia ⁊ qdam gradus fm quos successiue eatur in illud. Cum ergo in forma substãtiali nõ sint aliqui gradus.forma enĩ substantialis cõsistit in indiuisibili nõ possumus intelligere q pprie sit distãtia inter formas substãtiales. Et sic nõ erit ibi cõtrarietas ppric:nec per cõsequẽs motus:lz enim iter substantias nõ sit ppric cõtrarietas quãtuz ad suas formas substãtiales:bene tamẽ est cõtrarietas quãtuz ad formas accidentales:ut caliditas ignis ⁊ frigiditas aque cõtrariant. Et si arguas q vnus homo alteri cõtrariat:qz vnus alium aliquãdo interficit. Respondeo q nõ ꝓuenit er cõtrarietate formaruz substãtialiũ:sed ex malitia eorũ. ¶ Quinta proprietas substãtie est q substãtia nõ suscipit magis ⁊ minus:ut vnus hõ non est magis homo in vno tẽpore q̃ in alio. Ad cuius euidentiam sciendũ q hec proprietas nõ intelligit q vna substantia non magis substet accidentibus q̃ alia:ut patet in precedentibus. Itez nõ intelligit q vna natura nõ sit perfectior alia. Natura enĩ bruti est perfectior natura arborũ cũ aia sensitiua sit perfectior aia uegetatiua.⁊ natura humana est perfectior natura bruti. Vñ dicit Ari.1° metaphysice:q in vnoquoq genere est vnũ primũ qđ est metrũ ⁊ mensura oĩum aliorũ:qđ non debet intelligi de mensura per replicationẽ: sicut ulna mensurat pãnum:sed de mẽsura fm perfectionẽ. Cognoscitur enim perfectio aialium fm accessum eoruz ad perfectionem nature humane:sicut ouis est perfectius aial q̃ asinus:qz magis habet accessuz ad humanã naturã q̃ asinus. Item nõ debet itelligi q vna substantia nõ sit perfectior altera etiã eiusdem speciei :lz Ari. videat sentire oppositum. dicere enĩ q aia christi uel virginis gloriose nõ sit nobilior etiã essentialiter q̃ aia iude non solũ est absurdũ:sed etiã tanq̃ erroneũ parisius ⁊ colonie cõdemnatũ. Sed qd dicemus ad philosophũ? Oportet dicere q loquitur fm opinionẽ doctorũ famosorum temporis sui: sicut a pluribus sepe asseritur in p̃dicamẽtis:ul oportet ipsum negare:qz lz non sit de facili cõtradicenduz auctoritati antiquoꝝ philosophoꝝ:ut ponit doctor subtilis.xiij.di.4.sen.tĩ ubi fides cogit sunt dimittẽdi. Est ergo intelligẽda ista proprietas de eadem substãtia in numero ita q demonstrata q̃cũq substantia puta hoie:nõ est uerum dicere q sit magis substãtia:uel magis participet rationẽ substantie absolutam que est per se stare vno tẽpore q̃ alio uel q sit magis homo uel pfectius participet naturam sue speciei vno tẽpore q̃ alio. Hanc ꝓprietatẽ sic intellectam pbat Ari.2° de generatiõe :qz si substantia suscipet magis ⁊ minus:tunc vna pars posset acquiri post aliam. Et per cõsequẽs ad substantiam esset motus. ¶ Notãduz tamẽ fm Ari.7° metaphysice:q substãtia bene suscipit magis ⁊ minus fm cõditiões materiales. Unde lz vn⁹ hõ nõ sit magis animal rationale vno tpe q̃ alio tpe:tamẽ magis põt uti rõne ꝓpter corporis dispositionẽ. Pueri enĩz nõ põt uti rõne ꝓpter idispositionẽ potẽtiarũ organicarũ. Dic etiã vnus homo est maior in vno tempore q̃ alio quãtum ad quantitatũ molem: lz non magis homo. ¶ Sexta proprietas substantie est q maxime ꝓprium substãtie est q cum sit vna ⁊ eadem numero est susceptibilis cõtrariorũ fm sui mutationẽ:ut for.aliquãdo est alb⁹ aliquãdo niger. ¶ Circa qđ notandũ q substãtia sic suscipiens contraria oportet q mutet ab vno in aliud:cuz ipsa nõ possint eidẽ simul inesse.⁊ iõ dicit fz sui mutationẽ. Est autem hoc ꝓprie ꝓprium substantie qz cõuenit omni ⁊ soli:lz enim hoc cõueniat primo primis substantijs:qz primo substãt accidentibus et cõsequenti tamẽ cõuenit secundis substantijs. Et si instet q esse susceptibile cõtrariorũ nõ cõuenit soli substãtie qz conuenit orationi que aliquãdo est uera ⁊ aliquãdo est falsa. Respondet auctor q hoc nõ est fm mutationem orationis sed fm mutatiõez rei. Ab eo enĩ q res est uel nõ est dicitur oratio uera uel falsa. vñ dicit q uerum ⁊ falsuz sunt in rebus:ut in subiecto ⁊ in oratiõe:ut in signo. vñ equiuocat modus essendi in:cum dicit uerũ ⁊ falsum sunt in rebus ⁊ in oratiõe. Silr equocat susceptibile cũ dicit cuz res uel oõ est susceptibilis ueri uel falsi:sicut equocat susceptibile cum dicit aial est susceptibile sanitatis ⁊ urina est susceptibilis sanitatis.aial enĩ suscipit sanitatem:qz est eius subiectũ:urina vo quia est signũ indicatiuum sanitatis:sic ueritas est in rebus:ut in subiecto ⁊ in oratiõe ut in signo. ¶ Circa qđ notãdũ q lz ueritas in re ⁊ in intellectu multipliciter sumãtur:ut habet videri 6° metaphysice:tamẽ quantuz ad presens spectat ueritas in re potest sumi pro cõformitate producti ad pducens:seu ideati ad ideã uel pro indiuisione actus ⁊ potentie. Falsitas autem pro priuatione hmoi indiuisionis:ut ponit Bonauentura. viij.di.p.sen. vnde accepta huiusmodi ratione. Homo est albus ueritas in re est indiuisio albedinis ab homine:sicut vnio albedinis cum homine. Et talis ueritatis res est subiectũ ⁊ illa oratio.homo est albus est eius signum. Veritas autem in intellectu est cõformitas intellect⁹ cõponẽtis uel diuidẽtis ad ipaz rẽ:ul sub alijs uerbis est adequatio rei ad intellectũ. Falsitas autẽ est diformitas seu inadeq̃tio rei ad intellectũ. ¶ Cõtra predictam ꝓprietatẽ arguit.⁊ primo q nõ cõueniat omni substantie: qz nõ conuenit deo. Non est enim

suſceptibilis cõtrariorum cum ſit ſumme ſimplex: ⁊ tamẽ deus eſt ſubſtãtia: cũ ſit ens per ſe ſtans. Itẽ angeli ⁊ corpora celeſtia nõ ſunt ſuſceptibiles cõtrariarum qualitatũ cuiuſmodi ſunt grauitas frigiditas ⁊ huiuſmodi cum ſint incorruptibiles. Item arguitur ꝙ non cõueniat ſoli ſubſtãtie: Cõuenit enim quantitati cũ ſuperficies ſit ſuſceptiua albedinis ⁊ nigredinis que ſunt ꝓtrarie q̃litates. ¶ Reſpõdeo ad ꝑmũ ꝙ deus non eſt ſubſtantia predicamẽtalis cum non ſit in genere: ut dictum eſt. ¶ Ad ſecũduz dico ꝙ lz angeli ⁊ corpora celeſtia nõ ſint ſuſceptibiles grauitatis caliditatis ⁊ frigiditatis: ⁊ huiuſmodi qualitatum actiuarũ ⁊ paſſiuarũ ad inuicem: tamen hoc non obſtante ſunt ſuſceptibiles aliquaruz cõtrariarũ qualitatum. Angeli eni naturaliter ſunt ſuſceptibiles virtutis ⁊ vitij: ⁊ corpora celeſtia habẽt diuerſas differẽtias poſitiõis: ut añ ⁊ retro ſurſum ⁊ deorſum. Itẽ ſunt ſuſceptiua raritatis ⁊ denſitatis. Vnde ſtella eſt denſior pars orbis ſm Ari. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ lz quãtitas ſit ſuſceptiua albedinis ⁊ nigredinis nõ tamen eſt ſubiectũ ultimate terminans earũ dependẽtiam. Et de tali ſubiecto intelligitur propꝛietas.

De quantitate.

q Uantitatis aliud continuũ aliud diſcretum. Quantitas continua eſt cuiꝰ partes copulant ad eundẽ terminuz cõmunẽ: ut partes linee copulant ad punctũ Eſt autem diſcreta quantitas ut numerus ⁊ oratio. vnde due ſunt partes eius. Nõ enim eſt in numero aliquis terminꝰ cõmunis ad quem partes eius copulant ut in decez qnqz ⁊ quinque: aut tria ⁊ ſeptez ad nullum terminum cõem copulant: ſed ſemꝑ diſcreta ſunt. Eſt autẽ numerꝰ multitudo ex vnitatibus aggregata. Similiter in oratione ſyllabe nõ copulãtur ad aliquẽ terminũ cõmunem ſed vnaquecqz ſeparata eſt ab alia.

p Oſt predicamẽtum ſubſtantie conſequẽter ponit auctor predicamentũ quãtitatis. Ad cuius euidentiaz ſciendum ꝙ ſm Scotum xij. diſtin. 4. ſen. q. ij. In ſubſtantia ut eſt primum entium eſt duplex ordo primitatis. vna in ſubſtando alijs quod includit recipere alia ⁊ perfici per illa. alia eſt primitas actualitatis. Et ſecũda eſt ſimpliciter perfectior ꝗz prima: qꝛ prima requirit illõ cui cõuenit eſſe potẽtiale. Quantitas autẽ eſt ꝓpinquior ſubſtãtie: ſm primã rationẽ: qꝛ immediatior ꝗz ratiõem ſuſceptiui. Qualitas vo ſm ſecundã. Ipſa enim eſt principium agẽdi nõ quãtitas. Vnde quãtitas ſequitur ꝑdicamẽtum ſubſtãtie ratione materie. qualitas vo ratione forme. Et ſic q̃litas eſt ſimpliciter perfectior. Quãdocũqz eni in aliquo cõcurrunt perfectiões diſtincte illud eſt ſimpliciter perfectius qõ eſt ſibi ꝓpinquius ſm illud cuius ratio eſt ſimpliciter perfectior. ſicut in deo maior ꝓfectio eſt intellectualitas ꝗz neceſſitas eſſendi: eo modo quo eſt ibi diſtinctio. Et ideo homo eſt ſimpliciter melior celo: ⁊ ſimilr muſca: qꝛ ſenſitiua magis appropinquat itellectiue ꝗz nõ ſenſitiua: ⁊ ſic eſt ꝓfectior celo quo ad hoc: lz igit qualitas ſit perfectior quãtitate: qꝛ tamẽ quantitas immediatius ineſt ſubſtantie quãtum ad rationẽ ſubſtãdi. Vnde alia accidentia inſunt ſubſtãtie mediante quantitate: ideo poſt predicamentũ ſubſtãtie immediate ponitur predicamentum quãtitatis.

¶ Et diuidit auctor quãtitatẽ di. ꝙ q̃ſtitatis aliud continuũ aliud diſcretũ. i. generis quãtitatis: aliud genus ſubalternũ eſt quãtitas cõtinua: ⁊ aliud quãtitas diſcreta. Si q̃rat quare nõ diffinit auctor q̃ſtitatez. Rñdeo ꝙ diffinitio ꝓprie ſumpta dat per genus ⁊ differẽtiam: quãtitas añt non habet genꝰ ſupra ſe. Et ſi queraꝭ quare nõ notificat diffinitiõe large ſumpta uel deſcriptione. Quare etiã non dicitur quãtitas eſt ſm quã q̃ſti eſſe dicimur: ſicut q̃litas eſt ſm quã q̃les dicimur. Reſpondeo ꝙ auctor diuidendo quãtitatẽ ipſam implicite deſcribit uel notificat. Notificat eni q̃ſtitas 5° metaphyſice per diuiſibilitatem tanq̃z per primã eius paſſionem: ut ibi magis videbiꝭ. vñ ibi Ari. dicit ꝙ quãtũ dicit qõ eſt diuiſibile in ea que inſunt. i. q̃ſtitas eſt diuiſibilis in partes que ſunt in ea. ita eni ineſt quãtitati diuiſibilitas ꝙ nihil poteſt diuidi niſi mediãte quãtitate. Vnde dicit Sco. xij. di. 4. ſen. q. ij. ꝙ ſi qualitas eẽt ſeparata a q̃ſtitate eſſet indiuiſibilis. ubi dicit ꝙ diuiſibile poteſt capi dupliciter: uel pro eo qõ eſt in potẽtia remota ul in potẽtia ꝓpinqua. Dicitur autẽ diuiſibile in potẽtia remota quod habet formã ſufficientẽ: nõ tamẽ ſub modo cõueniẽti ſub quo oporteꝛet eã habere ad hoc ꝙ diuidaꝭ. Diuiſibile añt in potẽtia ꝓpinqua dicit ꝙ ſic habet eã ꝙ ſtatim ceſſante impedimẽto põt ſequi actus. Albedo igitur ſeparata eſſet diuiſibilis potẽtia remota: qꝛ eſſet forma que ſm ſe eſſet diuiſibilis: nõ tamẽ potentia ꝓpinqua: qꝛ nõ ſub illo mõ eſſendi qui requiritur ad diuiſionem.

¶ Eſt autem q̃ſtitas diſcreta illa cuius partes nõ copulant ad aliquẽ terminũ cõmunem qui. ſ. ſit ꝑncipium vnius ⁊ finis alterius: ſed vna quecqz ipſarũ manet diſtincta ⁊ ſeparata ab alia: ut numerꝰ ⁊ oratio. Vnde partes numeri denarij que ſunt quinqz ⁊ quinqz uel tria ⁊ ſeptem non copulant ad aliquẽ terminum cõmunẽ. Ultima enim vnitas primi quinarij non copulaꝭ cum prima vnitate ſecundi. Ad cuius euidentiã ſciendum ꝙ tripler eſt numerus. ſ. numerus numerans: numerus numeratꝰ: ⁊ numerus quo numeramus. Numerus numerãs eſt alia numerãs ipſas res. Numerus numeratꝰ ſunt res numerate. Numerꝰ vo quo numeramꝰ eſt ipſa quãtitas diſcreta: de qua logmur in ꝓpoſito. Eſt autez numerꝰ multitudo ex vnitatibꝰ aggregata. ¶ Sed cõtra ꝑdicta arguiꝭ triplr: ⁊ videꝭ ꝙ numerꝰ nõ ſit q̃ſtitas diſcreta. Et primo ſic. ex nõ q̃ſtis nõ fit quãtitas: ꝗz vnitates nõ ſunt quãte cũ ſint indiuiſibiles ergo numerꝰ ex ipſis ꝯſtitutus nõ eſt quãtitas. Itez diffinitio quãtitatis diſcrete non cõuenit numero. ergo nõ eſt quãtitas diſcreta. cõſequẽtia patet a diffinitiõe ad diffinitũ. ꝓbaꝭ antecedẽs qꝛ duo numeri qnarij copulant ad denariũ quẽ ꝯſtituũt. Itez numerus nõ eſt ens reale. ergo nõ eſt ſpẽs quãtitatis que eſt ens reale. cõſequentia eſt nota ꝓbaꝭ antecedẽs: qꝛ accidẽs reale habet vnũ ſubiectũ ut albedo Numerus añt nõ habet vnũ ſubiectũ ſed plura: ut numerus trinarius eſt in tribus ſubiectis. i. in tribꝰ rebus numeratis. ¶ Rñdeo ad ꝑmuz cũ arguiꝭ ex non quãtis non fit q̃ſtitas ꝓcedo ex nõ q̃ſtis actu ſed potẽtia. Unitates añt lz nõ ſint q̃ſte actu: tñ ſunt q̃ſte in potentia. ¶ Ad ſecũduz qñ dicit ꝙ duo qnarij copulant ad denariũ. Reſpõdeo ꝙ nõ copulant

idest non continuant:sed bene aggregant ad cõstitutionez ipsius. ℂ Ad tertiũ dicit ꝙ numer⁹ nõ est vn⁹ nisi tm̃ vnitate aggregatiõis:ꝛ illa vnitate habet vnum subiectũ. ℂ Sed cõtra quia vnitas aggregatiõis est minima vnitas:ut determiat Sco. ij.di.p̃.sen. Est eni mior vnitas ꝙz sit vnitas entis per accidens:qꝛ in ente per accidẽs est in formato vnius ab altero:nõ aũt in aggregatiõe. Et tũc etiã sequitur ꝙ numerus minus erit per se in genere ꝙz ens per accidẽs:qõ est aggregatũ ex rebus diuersorum generum. Et sic non erit spẽs quãtitatis. Dico igitur ꝙ in numeris est considerare vnitates in duplici differẽtia:qꝛ q̃dã sunt vnitates materiales ꝛ quedã formales. exẽplũ. In ternario sunt tres vnitates materiales ex quib⁹ materialiter integrat:ꝛ est vnitas a qua numer⁹ ternarius est vn⁹ spẽ que est eius forma specifica uel passio cõsequẽs ipsam. Et sic numer⁹ nõ tm̃ habet vnitatez aggregatiõis Et tunc ad argumẽtũ qm̃ dicebat ꝙ numerus ternarius nõ habet cẽ in vno subiecto sed in tribus. Dico ꝙ illa tria habẽt rationẽ vnius subiecti respectu numeri que est forma discreta: qꝛ hec est rõ forme discrete ꝙ habeat cẽ in ſbiecto in actu diuiso in plures partes nõ copulatas in aliquo termio cõmuni. ℂ Deide determinat auc. ꝙ oratio est quãtitas discreta di. ꝙ silr in oratiõe syllabe ad nullũ terminũ cõmunez copulant:sed vnaquaqz separat ab alia. Ad cuius euidẽtiã sciendũ ꝙ oratio põt sumi triplr uel in mẽte. ꝛ sic ptinet ad p̃mã spẽm qualitatis:uel in scripto. ꝛ hoc est dupliciter:ul' qꝛ ipa sumitur pro ipsa materia cuiusmodi est incaustrũ. ꝛ sic ptinet ad genus substãtie:uel pro tractiõe litterarũ. ꝛ sic pertinet ad quartã spẽm qualitatis. tertio sumit oratio in uoce animatorum. ꝛ sic potest sumi tripliciter. Uno modo pro ipso sono uel uoce prolata: ꝛ sic est in tertia specie qualitatis:qꝛ infert passionẽ sensui. alio modo pro discretiõe siue mẽsura syllabarũ platarum sibi succedẽtiũ. ꝛ tertio modo pro motu acris ꝛ instrumẽtoꝝ qbus uox format. ℂ Ad ꝓpositũ dico ꝙ oratio nõ sumit pro isto motu nec pro mẽsura huiusmodi motus:qꝛ tẽpus est mẽsura eius. Sed oratio sumit pro mẽsura syllabarum ꝓlatarũ. Unde Ari. ꝓbans oratiõem cẽ quãtitatẽ discretã dicit mensurat aũt syllabas. Itẽ sciẽdum ꝙ oratio nõ sumitur in ꝓposito ꝓut uox cõplexa distinguit a uoce incõplexa:sed dicitur oratio quasi oris ratio. Unde sumit pro mensura uocis ꝓlate siue sit cõplexa siue incõplexa. Item sciendũ ꝙ oratio in ꝓposito distinguitur a numero:qꝛ numerus est mẽsura discretorũ ꝑmanentiũ:oratio aũt discretoꝝ sibi succedentiuz. Distinguit aũt a tẽpore. qꝛ tempus est mẽsura cõtinuorum successiuorũ:oratio vo discretorũ:qꝛ igitur mensura est passio quãtitatis:ut patet 5° ꝛ 1° metaphysice. ideo numerus oratio ꝛ tẽpus que habẽt rationem mẽsure ponunt in genere quãtitatis: ꝛz mẽsurata ponant in alijs generibus:ut motus qui mẽsurat tẽpore ponit in generib⁹ rerũ ad quas est motus. ꝛ sic de alijs. Et si arguatur ꝙ Aristo. in quinto metaphysice nõ posuit oratiõem inter species quãtitatis. ℜ Rñdeo ꝙ oratiõem satis expressit ponẽdo duas spẽs quãtitatis. s. multitudinẽ ꝛ magnitudinẽ. per multitudinez enī intelligit numer⁹ qui est mẽsura discretorum ꝑmanẽtiũ:ꝛ oratio que est mẽsura discretorum sibi succedẽtium.

Quantitatis continue alia linea. alia superficies. alia corpus. alia tempus. alia locus. vñ quinqz sunt species eius. ꝙ autẽ linea sit quãtitas continua patet quia partes eius copulantur ad aliquem terminum communẽ:puta ad punctum. Et partes superficiei ad lineaz partes corporis ad supficiem. partes autem temporis ad nunc:ut preteritum ꝛ futurũ ad presens. partes autem loci ad eundem terminum copulant ad quẽ corporis particule.

ℜ Tractat ulterius auctor de quãtitate ꝯtinua vnde quãtitas cõtinua est cuius partes copulant ad aliquez terminũ cõmunẽ:ut partes linee ad punctũ:partes supficiei ad lineaz: partes corporis ad superficiem: partes vo tẽporis ad nũc:ꝛ ꝑteritũ ꝛ futurũ ad presens. ℙ Partes vo loci ad eundem terminũ ad quẽ corporis particule.

ℂ Circa qõ sciendũ ꝙ linea est longitudo sine latitudine cuius extrema sunt duo puncta. supficies vo est longitudo cũ latitudine cuius extrema sunt due linee. Corpus vo in ꝓposito sumit pro trina dimẽsione. s. longitudine latitudine ꝛ ꝓfunditate. ℙ Nõ autẽ pro re habente trinam dimẽsionẽ:qꝛ tũc pertinet ad predicamentũ substãtie:ut dictum est in ꝓceden tibus. ℂ Item notãdum ꝙ duplex est punctus in linea:scilicet in actu ꝛ in potentia. pũctus in actu est punctus lineam terminans distinguẽs ꝛ separans sicut differentia distinguit vnã spẽm ab alia. ℙ Punctus in potentia est punctus cõtinuãs partes linee ad invicem:qꝛ inter duas partes semp est punctus in potentia medius. Et iste punctus in potentia nõ est in fine linee:nec in p̃ncipio:ꝛz in tota linea ubiqz per totum. Dicit autem in potẽtia ut potentia opponitur actui distinguẽdi ꝛ separandi:non actui essendi:qꝛ uere est aliquid positiuũ existẽs extra nihil sicut partes linee habentes suã entitatem in linea. Et sic apparet quomodo partes linee copulant ad punctum non in actu:qꝛ ille est tm̃ in fine linee uel in principio sed in potentia:qꝛ ille est iter quaslibet partes linee cõtinue:nõ vnus numero sed plures: non in actu sed in potentia que per actionẽ diuidentis cõtinuũ reducunt ad actum. Si autez realitas puncti non remaneret in cõtinuo difficile esset videre quomodo punct⁹ continuaret lineam ꝛ copulat partes linee. Et si arguat ꝙ tunc puncta in linea se habebunt ꝙsequẽter ex quo realitates eorũ remanent in cõtinuo. ℜ Respondeo ꝙ nõ sequit quia non sunt ibi in actu sed in potentia:ꝛ sunt vnus punct⁹ per carentiam diuisionis. Unde cõtinua dicuntur quorũ ultima sunt vnum. s. per indiuisionem. De hoc dicit Sco. di. xij. 4. sen. ꝙ partes cõtinui in potentia dicunt fieri in actu quãdo partes indistincte reducunt ad actũ distinctum. Ulterius sciẽdum ꝙ partes corporis copulant ad superficiẽ imediate: copulantur vo ad lineã mediate. Et sic potest intelligi qõ dicit de partibus loci ꝙ copulantur ad eundem terminũ ad quẽ corporis particule nõ imediate:sed mediate. Ubi sciendũ ꝙ locus est ens per accidens aggregatũ ex rebus diuersoꝝ generũ:ꝛ ideo non est in aliquo vno genere per se: nec numeratur a philosopho 5° metaphysice inter species quãtitatis. Locus autem ut habet 4° physicorũ est ultima superficies corporis corporis cõtinentis. Et sic dicit duo. scilicet superficiẽ corporis cõtinentis. ꝛ ultra hoc addit relationẽ cõtentiui ad contentuz que est respectus extrinsecus aduenies cũ nõ sequatur

naturam fundamẽti posito termino nisi vnũ alteri applicetur. Ille autem respectus videt ptinere ad p̃dicamentũ ubi: superficies vo ad p̃dicamentũ quãtitatis. philosoph⁹ aũt in loco isto loquit ꝺz opinionem famosam tẽpore suo. De tempore aũt videt q̃ non debeat poni inter species quantitatis: qr in 5° metaphysice ponit quãtitas per accidẽs. Item videt q̃ philosophus sit hic diminut⁹: uel in 5° metaphysice superflu⁹: qr ibi enumerat motuz nõ aũt hic. ¶ Ad p̃mũ dico q̃ Arist. 5° metaphysice ponit duos modos q̃ztitatis per accidẽs: quoz vn⁹ est ꝺz q̃ aliq̃ dicunt quãta per accidẽs ex hoc solũ q̃ sunt accidẽtia alicuius quãti: sicut albũ ꝛ musicuz. Hec nõ sunt de p̃dicamẽto quãtitatis. alio modo aliqua dicũtur quãta per accidens ex eo q̃ sunt quãta per aliud inquãtuz. ſ. diuidunt ad diuisionẽ alicui⁹ quãtitatis: ut tẽpus ꝛ mot⁹. Motus enĩ diuidit ad diuisionẽ magnitudinis in qua fit motus. tẽpus autẽ diuiditur ad diuisionẽ mot⁹. hoc aũt non impedit qn tẽpus sit ꝓsone in genere quãtitatis. Nõ enĩ sequitur. musca est effective animal per aliud. ergo non est formaliꝫ aial: sic in ꝓposito. ¶ Ad secundũ dico q̃ philosophus nõ est hic diminutus nec in 5° metaphysice superfluus. Ibi enim tractat de tpe ꝛ motu: ut ostendat quomodo sunt quãtitates per accidens hic aũt ponit tẽpus inter spẽs quãtitatis non autez motum: qr tẽpus formalius iportat quãtitatem q̃z motus cũ sit eius mẽsura. Motus autem formaliter est actus imperfect⁹: seu forma in fluxu ſm Arist. 3° physicorum. Et ideo ponit ibidem in eodẽ genere cũ rebus ad quas est motus: qr tamẽ in acqsitiõe eius forme que per motũ acquirit est successio ꝛ cõtinuitas: ideo quo ad hoc motus reductiue põt poni in eodem genere cũ tẽpore: cum sit eadem quãtitas realiter utriusq̃z: ut videbit 4° physicoꝝ. Non est autẽ incõueniẽs q̃ Arist. aliq̃ in aliqb⁹ libris omittat. ꝛ illa in alijs exꝑmat: quia sacra scriptura que est maioris auctoritatis q̃z philosophia sepe eadez realiter sub alijs uerbis exꝑimit: modo omittens aliqua ꝛ alibi exꝑimẽs dimissa: ut declarat doctor subtilis in 3°. sen.

¶ Posita diuisione quantitatis in partes subiecti uas ponit Arist. aliã diuisionẽ ſm quã diuidit eaz in partes integrales di. q̃ q̃dam quãtitates cõstãt ex suis partib⁹ positiõem habẽtib⁹: quedã vo nõ. Circa qõ cõsiderãdum est q̃ ut dicit Boetius: ꝛ potest elici ex textu Arist. Ad positiõem partium tria requiruntur. p̃mo ut partes sint alicubi. 2° ut partes sint permanẽtes ꝛ non pereãt. 3° ut ille partes se cõtingant. Linea ergo superficies ꝛ corpus ꝓstant ex partibus positionem habentib⁹. Numerus vo oratio ꝛ tẽpus sunt ex partib⁹ positionez non habentibus.

His visis dicenduz est de coꝛtatib⁹ quãtitatis. Prima cõmunitas est: quãtitati nihil est contrarium ut bicubito tricubito: ul' superficiei nihil est contrariũ quia contrarietas primo inest qualitatibus non omnibus sed quibusdam. quantitas autem non est qualitas. quare sequitur q̃ contrarietas non est in quãtitate. Itez quãtitas non suscipit magis neq̃ minus. Nõ enim vna linea est magis linea q̃ alia: nec numerus ternarius est magis numerus q̃ binari⁹. ꝛ sic de alijs. Item proprium est quãtitati ſm eam equale uel inequale dici ut vnus numerus est equalis uel inequalis alteri numero. ꝛ vnum corpus est equale uel inequale alteri. ꝛ vna linea est equalis uel inequalis alteri linee.

¶ Deinde ponit auctor ꝓprietates quãtitatis: q̃rũ prima est q̃ quãtitati nihil est cõtrarium: ut bicubito ꝛ tricubito nihil est cõtrariũ. Contrarietas enim primo inest qualitatibus ꝛ non oĩbus sed qbusdaz. quãtitati vo inest ꝓprietas. Ad cuius euidẽtiã sciendum q̃ ꝛz cõtrarietas ꝓprie dicta nõ insit quãtitati: bene tamen ipsi inest cõtrarietas large sumpta. Est enim in quãtitate ꝓprietas differẽtiarũ sicut in alijs generib⁹. Sed cõtra hãc ꝓprietatẽ arguit qr si quãtitati nihil sit cõtrariũ sequit q̃ in quãtitate nõ erit motus. consequẽs est falsuz ex 5° physicoꝝ. probat consequẽtia. Sic enim arguit Arist. non esse motuz in substãtia: qr substãtie nihil est cõtrarium. Respõdeo q̃ non eodẽ modo arguit in ꝓposito de substãtia ꝛ quãtitate. Cuius ratio est qr substantie deest quedam cõditio cõtrarietatis requisita ad motum que tamẽ cõditio bene repit in quãtitate. Est autẽ ista cõditio q̃ ꝛtraria sunt duo termini maxime distantes inter quos cadunt oĩa que sunt illius generis: ita q̃ cõtingit continue deuenire de vno extremo ad aliud extremũ per mediuz ordinate: sicut se habent albũ ꝛ nigrũ in genere colorꝝ. Talis cõtinuitas non inuenit in substãtia: qr eẽ substãtiale cuiuslibet rei ꝓsistit in idiuisibili. forma enĩ substãtialis in quolibet singulari est determiata ad certũ gradũ Et ideo ibi nõ est mot⁹. Materia etiã duz eruitur vna forma potest indifferenter recipe diuersas formas absq̃ ordine. Unde Arist. dicit in 2° de generatione: q̃ cũ ex terra fit ignis nõ oportet q̃ fiat trãsit⁹ per media elementa. Illa aũt cõditio cõtrarietatis que requirit ad motũ bene repit in quãtitate accipiendo duo extrema nõ ſm cõmunem rationẽ quãtitatis sed accipiẽdo ipsa in aliqua re determinata sicut in aliq̃ specie aĩalis ul' plante est aliqua mima quãtitas a qua incipit motus augmẽtii: ꝛ aliq̃ maxima ad quã terminat. Non est tamẽ ꝓprietas ꝓprie dicta in quãtitate: qr ꝓpria mutuo se expellũt. In augmento aũt quãtitatis nõ expellitur minor quãtitas per aduentum maioris.

¶ Secũda ꝓprietas quãtitatis est. Quãtitas non suscipit magis ꝛ minus. Sed ꝓtra hoc arguit qr in quãtitate est mot⁹. ergo est ibi magis ꝛ minus ꝓbat cõsequẽtia: qr ad hoc q̃ aliq̃d moueat de vno in aliud: oportet q̃ sint ibi gradus per quos successiue eatur de vno in aliud. ¶ Respondeo q̃ ibi sunt bene gradus qui attendunt ſm maius ꝛ minus: qr vna quãtitas bene est maior altera: sed nõ ſm magis ꝛ minus: qr linea maior nõ magis participat naturã ꝓprie spẽi q̃z mior: ꝛz aũt vna q̃ztitas nõ magis participet naturã ꝓprie spẽi q̃z alia: tñ vna spẽs q̃ztitatis bñ est pfectior altera. sicut vnus numer⁹ est pfectior alio. Inter spẽs enĩz quãtitatis est ordo perfectionis: sicut inter species aliorum generum ex 8° metaphysice.

¶ Tertia ꝓprietas quãtitatis est q̃ ꝓpriũ est quãtitati ſm eam equale uel ineq̃le dici. Cõtra hãc proprietatẽ arguit dupliciter. Et ꝓmo sic. Aliquid dicitur equale ſm equalitatẽ ergo nõ ſm q̃ztitatez. patet qr cõcretũ denotatur ab abstracto: ꝓbatur cõsequẽtia: qr equalitas nõ est quãtitas sed relatio. Itẽ in diuinis est equalitas personarũ: ꝛ tamẽ ibi nõ est

equalitas

quantitas: cū deus nō sit in genere ergo hoc non est ppriū quātitati. ¶ Rūdeo ad ꝑmū ꝙ aliqd eē equale alteri ſm aliud pōt itelligi dupliʒ: uel formaliʒ: uel fūdamētaliʒ: tūc dico ꝙ ꝗlibz res est eqlis alteri per eqlitatē formaliʒ: qz eqlitas est a forma a qua aliqd denoiat eqle ſz vo quātitatē aliqd dicit equale uel inequale fundamētaliʒ: qz ꝗtitas nata est fundare relatiōem eqlitatis uel inequalitatis. Res eni habentes eandē quātitatez sunt equales. habētes aut quātitatē differentē sunt inequales. ¶ Ad scām dico ſm Sco. xxxj. di. ꝑ. sen. ꝙ duplex est quātitas: qz quedā est quātitas molis. alia virtutis uel pfectionis. Prima est in genere quātitatis. secūda vo est transcēdens cū cōpetat his que non sunt in genere. Sic duplex est equalitas. ꝗdā de genere relationis z fundamētū huius est quātitas de genere quātitatis. Et de hac itelligiʒ hec ꝓprietas. alia est equalitas trascēdens z hec fundaʒ in quātitate virtutis: z reperiʒ in diuinis. ¶ Circa hoc est notādū ſz eūdem doctorē subtilē. viij. di. ꝑ. sen. ꝙ sicut de rōne generis generalissimi nō est habere plures spēs sīb se: sed nō habere aliud supraueniēs genus sicut ꝑdicamētū qñ. qz nō habet aliqd genus supraueniēs est genus generalissimū: lz paucas habeat spēs aut nullas ita trāscēdens dicit qdcūqz qd nō habet aliqd genus nisi ens sub quo ꝓtineaʒ: sed ꝙ de sua rōne ipz sit cōmune ad mlta inferiora: hoc sibi accidit: hoc patet qz ens nō tm habet passiones ꝙuertibiles. s. vnum uerū bonū: sed etiā habet aliquas passiones ubi opposita distinguūtur ꝓtra se: sicut necesse uel possibile: actus uel potētia finitū uel infinitū: sicut aūt passiones ꝙuertibiles sunt trāscendētes. ita z passiōes disiuncte: z tm vnū membrū illius disiūcti nō ꝙuenit nisi vni enti: sicut infinitas uel necessitas soli deo: sic pōt sapiētia poni transcēdens: z qdcūqz aliud quod est cōmune deo z creature.

B aliquid vo talia dicunt quecūqz hoc ipsum quod sunt aliorū dicunt uel quōlibet aliter ad aliud ut dupluz dimidij duplū. et dimidiuz dupli dimidiū pater filij pater. filius patris filius: et maius minore maius: et minus maiore minus: uel sub habitudie alterius casus: ut similis simili simili is vicinus vicino vicinus.

a

Jc tractat auc. de ꝑdicamēto relatiōis. Circa qd sciēdum ꝙ lz ꝗlitas sit prior relatione sicut absolutū est ꝑus respectiuo: qz tamē plerūqz relatiōes fundanʒ in quātitatib⁹ z ꝗlitatibus: ideo iter illa ꝑdicamēta ponit ꝑdicamētum ad aliqd. ¶ Item notādū ꝙ lz cōcretū de genere accidentis nō sit per se in aliquo vno genere: cū icludat res diuersorū generū: qz tamē idē significat ꝓcretū z abstractū: lz nō eodē modo: ideo reductiue ꝓcretū ponit in eodē genere cū abstracto: qz vo relatio est minime entitatis: z ex ꝓsequēti minime cognoscibilitatis: qz sicut res se habet ad esse: ita ad cognosci. 2° metaphysice: z ꝓcretū est notius abstracto: ideo auctor hic tractat de ꝑdicamēto relatiōis in cōcreto. ¶ Jtē notādū ꝙ sunt duplicia relatiua. ꝗdam ſz eē z ꝗdā ſm dici. Relatiua ſz esse sunt illa que eēntialiter includūt respectū ad aliud: ut pater z filius. Illud eni abstractū paternitas eēntialiter dicit relationē seu dependentiā patris ad filium. Relatiua vo ſm dici sunt illa que nō includūt eēntialiter respectū ad aliud: lz eni talia ꝓstruanʒ cū alijs sub habitudine alicuius casus oblig. hoc tamen est per respectum ad fundamētū in sua essentia: sicut scia refert ad scibile. Hoc eni absolutū sciētia nō est essentialiʒ relatio: sed sciētia dicit duo. dicit eni quādā ꝗlitatē z quādā relationē illi qualitati annexā: ꝓpter ꝑmū est in genere ꝗlitatis: ꝓpter scām est in genere relatiōis. ſm eni Arī. in ꝑdicamentis nihil ꝓhibet idē in diuersis generib⁹ enumerari. qd̄ est uerū ſm sco. xij. di. 4. sen. q. j. in solutione qōnis. de aliquo vno per accidēs ꝓpter multa per ipm ꝓportata. Nō aūt est uerū de aliquo per se vno: qz diuersorū generuz diuerse sunt spēs. ¶ Jtē sciēduz ꝙ Arī. notificat relationes per hoc nomē ad aliqd: qz relatio essentialiter dicit respectū vni⁹ ad aliud. Et est ista diffinitio cōis tā relatiuis ſz esse qz relatiuis ſm dici. Relatiua ergo dicunt. s. a doctorib⁹ antiqs ad aliqd. i. relatiua quecūqz dicunt alio z. i. ꝓstruunt cū alijs sīb habitudine genitiui casus ſm hoc ipm qd̄ sunt. i. ſz illud qd̄ per ipm nomen ꝓportat: uel quōlibet aliter ad aliud. i. que ad aliud referuntur sub habitudine alterius casus obliqui.

Relatiorum tres sunt spēs. Quedā dicūtur secūdū equipantiam: ut quecūqz eodē nomine dicunt: ut similis simili similis: et equalis equali equalis: z vicin⁹ vicino vicinus. Alia secūdū superpositiōez dicuntur ut duplum triplū. qz ista supraponūtur alijs sicut dominus seruo supponitur. Alia vo secundū suppositiōez: ut seruus domio supponit et fili⁹ ꝑi et dimidiū duplo duplo dimidiū ¶ Deinde ponit tres spēs relatiorum di. ꝙ ꝗdam sūt relatiua equipantie: ut illa que eodē noie nominant: ut silis simili silis: equalis eqli equalis. Alia aūt dicunt suppositiōis: ut dns: pater: duplū. Alia vbo suppōnis: ut ſu⁹: fili⁹: dimidiū: qz ista supponūtur alijs: ut ſu⁹ dño: filius patri: z dimidiū duplo. Alia vo supponunt. s. ut dns supponit ſuo: pater filio: z duplū dimidio. Pro quo notandū ꝙ ista diuisio trimēbris pōt reduci ab bimēbrē sic. Quedā eni sunt relatiōes equipantie que etiā dicunt relationes cōes: z ꝗdam disquipantie. Relatio equipantie est illa que ſm eandē rationē fundamenti est in supposito qd̄ refert: z in supposito ad qd̄ refertur: ut dicit Sco. xij. di. ꝑ. sen. q. j. Sicut filitudo requirit eandē rationem albedinis in hoc z in illo. Relatio aūt disquipantie nō sic requirit eandē rōnez fundamenti: ut paternitas z filiatio: quorū vnū fundaʒ in potentia actiua generādi: aliud vo in passiua. Hec aūt diuidit in relationem superpositionis z suppositionis.

Post hec sequuntur cōitates relationis. Prima est ꝙ contrarietas ineſt relationi. ut virtus est cōtraria vitio: cū utrunqz eorū sit ad aliquid: hoc autē non ꝙuenit oi relationi duplo enim nihil est contrariuz neqz triplo. Jtez relatiua suscipiūt magis et minus: ut similile dicit magis z minus simile: et similiter inequale. sed hoc non cōuenit omnibus relatiuis. duplū eniz non dicitur magis et min⁹ duplum neqz triplū neqz pater. Jtem relatiua dicunt ad cōuertentiā: ut pater filij pater filius patris filius. Jtem relatiua sunt simul

b

d

nã. sic enī sunt duplū ⁊ dimidiū pater ⁊ filius. Jtē relatiua posita se ponūt: ⁊ perēpta se perimūt. ut si duplū est: dimidiū est ⁊ ecōtra. ⁊ si duplum non est dimidiū non est ⁊ ecōtra. ¶ Consequenter ponit auc. ꝓprietates relatiuorū quarū ꝑma est q ꝙtrarietas est in relatiōe: ut virtus ꝓpriaꝫ vitio: cū utrūq; illorū sit ad aliqd. ¶ Hoc aūt nō ꝙuenit oībus relatiuis. duplo enī nihil ꝓpriaꝫ nec triplo. Circa qō sciendū q aliqua relatiua fm dici opponunꝫ ꝓprie rōne ꝓpriarum qualitatuꝫ in qb⁹ fundanꝫ huiusmodi relatiōes: nō aūt fm respectū quē hñt ad sua correlatiua. Virt⁹ enīꝫ nō ꝓpriaꝫ virtuoso ad quē referꝫ nec vitiū vitioso: sed bene virt⁹ ꝓpriaꝫ vitio. ¶ Jteꝫ notādū q vitiū pōt sumi duplr. vno modo ꝓut dicit ꝑuationē virtutis: ⁊ sic vitiū ⁊ virtus opponunꝫ ꝑuatiue. alio modo ꝓ habitu vitioso ⁊ sic opponunꝫ ꝓprie. ¶ Jtē notādū q virtus ⁊ vitiū dicunꝫ esse ad aliqd: q; facilitāt seu disponūt ad bñ uel male agēdū: uel fm Sco. in quolibetis. q. xiij. ꝓpter relatiōes circūstātiarū. ¶ Scōa ꝓprietas relatiuoꝝ est q relatiua suscipiunt magis ⁊ minus. ut simile dicitur magis ⁊ minus simile. Sed hoc non conuenit omnibus relatiuis: ut duplum nō dicitur magis ⁊ min⁹ dupluꝫ. ¶ Pro quo notandū q aliqua relatiua suscipiūt magis ⁊ min⁹ rōne sui fundamenti: qō suscipit magis ⁊ minus: ut aligs dicit magis ul min⁹ similis ꝫ q magis ⁊ minus participat qlitatem ut albedinē uel nigredinē que est fundamētuꝫ silitudinis. ¶ Sꝫ occurrit duplū de inequalitate: q; aliqd dicit magis uel min⁹ inequale: ⁊ tamē quātitas que est fundamētū inequalitatis nō suscipit magis ⁊ minus. ℜ Rñdeo q ꝫ quātitas nō suscipiat magis ⁊ min⁹: tñ suscipit maius ⁊ min⁹. Et sic fm maiorē uel minorē differētiā in qtitate dicit maior uel minor iēqlitas. ¶ Tertia ꝓprietas est q oia relatiua dicunꝫ ad ꝙuertentiā. ubi notādū q differunt ꝙuersio ꝙuertibilitas ⁊ ꝙuertētia. Conuersio enī est ꝓpositionū. Cōuertibilitas vo est inter subiectū ⁊ ꝓpriā passionē: que de se inuicez vniuersalr predicanꝫ: ut ois hō est risibilis: ⁊ oē risibile est hō. ℜ Relatiua vo dicunꝫ ad ꝙuertentiā: q; sicut vnū refertur ad aliud: ita ecōuerso: ut sicut pater refertur ad filium: ita filius ad patrē. ¶ Quarta ꝓprietas est q relatiua dicunꝫ simul natura. i. simul naturali itelligentia: ꝓbat q; posito vno ponit reliquū: ⁊ destructo vno destruit reliquū. ergo cognito vno cognoscitur reliquū. ꝓbat ꝙsequētia q; sicut res se habet ad esse: ita ad cognosci. 2° metaphysice. ¶ Cōtra hoc arguit q; pater habet esse ante q ꝫ sit filius: ⁊ destructo patre adhuc remanet filius. ℜ Rñdeo q ista ꝓprietas itelligit de fundamētis ut sunt sub relatiōib⁹: ꝫ enī illa res que est pater possit bene esse sine filio ⁊ ecōtra: tamē illa res nō pōt eē sub relatiōe paternitatis sine filio: nec fili⁹ est filius nisi habeat patrē: ꝫ bene sit homo.

Jteꝫ alia diffinitio relatiuoꝝ talis est. Ad aliquid sunt quib⁹ hoc ipsuꝫ esse est ad aliud quodāmodo se hēre. ⁊ hec diffinitio est ꝓpria relatiuorū. Jteꝫ ꝓpriū est relatiuoruꝫ q sigs diffinite nouerit vnū relatiuoꝝ diffinite noscet ⁊ reliquum. ut si diffinite nouerit qd sit duplū. diffinite noscet id cuius est duplum. Necesse est enim in utrorunq; rationibus utriusq; uti.

Jterius ponit auc. diffinitionē ꝓpriam relatiuorū di. Ad aliqd sunt qbus hoc ipm eē est ad aliō quodāmodo se habere. i. illa sunt uere ⁊ ꝓprie de ꝑdicamēto relatiōis que essentialr includūt respectū seu dependentiā vnius ad aliud ut paternitas essentialiter dicit relationē seu depēdentiā patris ad filiū. Et dicit quodāmodo: q; videlicet relatio dicit quādā spālez depēdentiā vni⁹. s. ut fundamēti. ad aliud ut ad terminū siue depēdētie. Talē nēpe depēdentiā nō dicūt accidētia absoluta: ꝫ enī dependeāt actu uel aptitudie ad suū subiectū: nō tñ dicūt dependentiā fundamēti ad terminū sicut accidētia relatiua. ⁊ dicit eēntialr ad ꝛiaꝫ relatiuoꝝ ꝫ dici. ¶ Est aūt notādū circa ꝑdicta q ꝫ relatio sit inter duo extrema. s. relatiuū ⁊ correlatiuū. tñ nō est in ambob⁹ ut in subiecto: ꝫ in vno tñ ut in subiecto: ⁊ in alio ut in termino: ut paternitas que est respect⁹ patris ad filiū est in patre: ut in subiecto: ⁊ in filio ut in termio. silr filiatio est in filio ut in subiecto: ⁊ in patre ut in termino. Ex ꝑdictis patet q relatio nō pōt esse sine fundamēto ⁊ termino. Nō ꝓbat Sco. xij. di. 4. sen. q. j. in solutiōe qōnis. ⁊ in ꝑ° libr di. xj. q. ij. q: cū respect⁹ sit eēntialr habitudo ꝫter duo extrema: ideo tollere terminū ad quē est respect⁹ ⁊ fundamētū cuius est respect⁹ est tollere respectū ⁊ destruere rōnem respect⁹. ⁊ sic ꝑdictio est respectū esse sine fundamento ⁊ termino. Circa hoc tñ est aliter dicēdū in relatiōe actuali ⁊ aptitudinali. ℜ Relatio enī actualis regrit terminū in actu. relatio enī aptitudinalis tñ regrit terminū in aptitudine: ut risibilitas est ad actū ridendi que est in potētia ꝫ nō sit in actuali existētia. ¶ Cōtra ꝑdicta tamen arguit ⁊ videt q relatio pōt esse sine fundamēto: q; deus pōt supplere causalitatē cuiuslibet cause extrinsece: ꝫ fundamētū est tñ causa extrinseca respectu relatiōis cū nō sit materia ex qua ꝫ in qua ut efficiēs. ergo poterit facere relationē sine fundamēto. ℜ Rñdeo ad maiorē q de⁹ pōt supplere causalitatē cause extrinsece: ubi nō est iplicatio ꝛdictiōis. respectū aūt esse sine fundamēto iplicat ꝛdictionē: q; tūc respect⁹ nō eēt respect⁹ cū eēntialr dicat dependentiā fundamēti ad terminū: ut patet ex diffinitione relatiuorū. Ex ꝑdicta aūt diffinitiōe infert auc. q siqs diffinite nouerit vnū relatiuorū noscet ⁊ reliquum. ꝓbatur q; cū eē relatiui sit ad aliud. s. ad correlatiuū oportet q diffiniatur per ipm cū diffinitio sit oratio indicans esse rei. Cōtra hāc diffinitionez arguit dupliciter. primo sic. pater pōt cognosci nō cognito filio nō est necesse vnū poni in diffinitione alterius. Jtē si pater diffiniat per filiuꝫ ⁊ ecōtra: tūc erit circulus in diffinitiōe: idē erit notius ⁊ ignoti⁹. ꝓbatur consequētia q; si pater diffiniat per filiū pater erit ignotior filio. ⁊ ultra si filius diffiniat per patrem pater erit notior filio. ¶ ℜ Respondeo ad ꝑmū ⁊ dico q illa res que est pater pōt cognosci nō cognita illa re que est filius: tamē pater inquātū pater nō potest diffinite cognosci: nisi in ei⁹ diffinitiōe ponatur filius ⁊ ecōtra. Unde si diffiniat pater dicet q pater est ille qui de substātia sua habet alium genitum. s. filium. Si aūtē diffiniat paternitas dicet q paternitas est relatio seu dependentia patris ad filium. ¶ Ad secundum dicenduꝫ ut dicit Scotus xxx. ⁊. xxxv. di. ꝑmi senten. q absolutum filij terminat dependentiam patris. ⁊ econtra absolutum patris terminat dependentiam filij. ℜ Pater igitur inquantum pater diffinitur per absolutum filij.

⁊ filius

ꝛ filius inquãtum filius per absolutuꝫ patris. Et sic non est circulus in diffinitione nec idem est notius seipso.

¶ Ad intelligentiã predictoꝝ notandũ qꝫ lꝫ relationes habeant distinctiões specificas ꝑm suas ꝓprias differentias sicut alia ꝑdicamẽta: tamẽ quia sunt nobis ignote accipim⁹ distictionẽ earũ per fundamenta per que circũloqmur huiusmodi differẽtias specificas que forte ꝓpter earũ modicam entitatem latent nos: ita qꝫ ex fundamẽtis inotescit nobis distinctio earũ relationũ: siue effective: siue materialiter. ¶ Itẽ notandũ qꝫ lꝫ relatio nõ possit esse sine fundamẽto ꝛ termino: ut dictũ est tamẽ fundamentũ aliqũ bene posset esse sine relatiõe. Relatio enim duplicit̃er põt se habere ad absolutũ. vno modo continet ꝛ per accidẽs: sicut homo põt eẽ sine paternitate, alio modo necessario sicut relatio creature ad deũ. Nemo enim põt esse creatura sine relatiõe dependentie ad deũ cõseruantẽ eam in esse: lꝫ autẽ talis relatio sit eadem realiter cũ fundamẽto nõ tamen formaliter: cum respect⁹ non possit esse de essentia absoluti ex 4° metaphysice: tũc enim idẽ eẽt essentialiter absolutum ꝛ respectiuũ. de quo Sco. ĩ di. 2. sen. q. v. ¶ Ulteri⁹ notãdũ qꝫ relatio est nomẽ equiuocũ uel relationẽ realem ꝛ relationẽ rationis: sicut ens ad ens reale ꝛ relationis. Et ideo relatio ratiõis nõ est in genere relationis: cũ ꝑdicamenta sint entia realia ex 5° metaphysice: ubi ens per se diuiditur in decẽ ꝓdicamẽta. Ad relationẽ aũt realem tria requirunt ꝑm Sco. xxĩ. di. ꝑ. sen. in soluti one questiõis. ꝛ. vĩ. q. quolibetoꝝ. ꝑmo qꝫ extrema sint realia. ſ. fundamẽtũ ꝛ termin⁹. secũdo qꝫ sint realiter distincta. tertio qꝫ ex natura extremoꝝ sequatur talis relatio absqꝫ operatione alicuius potẽtie comparantis vnũ alteri. Relatio autẽ rõnis est fabricata per aliquã potẽtiã cõparantẽ vnũ ad aliud ut vniuersalitas est relatio rõnis causata per intellectũ cõparantẽ vnũ supius ad multa inferiora: ꝛ si illud supius imediate cõparet ad singl'aria dicitur ſpẽs que est nomẽ ꝓpositum ad significãdũ huiusmodi respectũ rõnis. Si vo illud cõe nõ imediate comparet ad singularia dicit genus ꝓmũ uel subalternum: ꝛ sic semꝑ ascendendo usqꝫ ad genus generalissimũ imo usqꝫ ad ens qđ est ꝑmũ vniuersale cõissimũ. Et tales relatiões rationis sunt intẽtiões secunde de qbus est ꝓsideratio logica. Et generaliter oĩs relatio in qua deest aliq̃ trium cõditionũ ꝑdictarũ est relatio rationis: ꝓpter ꝑmã oppositio ꝑdictoria est relatio ratiõis: qꝛ vnũ ꝑdictoriũ nihil ponit. ꝓpter secũdam relatio eiusdẽ ad se est relatio rationis: qꝛ nõ sunt ibi extrema realiter distincta. ꝓpter tertiam relatio dei ad creaturã est rõnis qꝛ est per intellectũ cõparantẽ deuꝫ ad creaturã: lꝫ creature ad deũ sit relatio realis. Ubi sciendũ qꝫ qñ est relatio realis mutua duoꝝ extremoꝝ ad inuicem in quolibet extremo est rõ fundãdi vnã relationẽ ꝛ terminãdi aliã: ut iter patrẽ ꝛ filiũ pater fundat relatiõez paternitatis ꝛ terminat relationẽ filiatiõis. Filius vo fundat relationẽ filiatiõis ꝛ terminat relationẽ paternitatis. In ꝓposito nõ sic lꝫ enim creatura possit fundare relatiõem realẽ ad deũ: nõ tamẽ ecõuerso. Quꝫ enim deus sit ita simpler qꝫ est qcqd habet nõ põt fundare relatiõem realẽ ad creaturã. qꝛ tũc illa relatio eẽt deus. Ex quo ulterius sequeretur cũ relatio coerigat extremũ ad sui esse qꝫ deus non posset esse sine creatura: ꝛ sic nõ posset esse summe necessarius: qꝛ secluſa creatura posset nõ eẽ. De relationibus etiã multa habent ꝛ° phȳsicoꝝ ꝛ 5° metaphȳsice. ideo magis succinte ꝑtrãseo. Ibi aũt ponunt tres modi relatiuoꝝ ꝑm diuersa fundamẽta relationũ. ꝑm⁹ modus est relationũ fundatarũ sup numerũ ꝛ vnũ: sup numerũ ut sunt ꝓpoꝛtiões numerales: ut duplũ ꝛ dimidiũ. Sup vnum aũt in substãtia fundat relatio idẽtitatis. Sup vnũ vo in quantitate relatio equalitatis. Sup vnũ aũt in qualitate relatio similitudinis. Secundus modus relationox est relationũ fundatarũ sup potẽtiã actiuã ꝛ passiuam: ut paternitas fundat sup potẽtiã actiuaꝫ generandi: ꝛ filiatio sup potẽtiam passiuam. Tertius modus est relationũ fundatarum sup mẽsurabile ꝛ mensurã: ut scia refert ad scibile. ꝛ intellectio ad intelligibile: qđ est uerũ non de mẽsura quiditatiua sꝫ ꝑm eẽ ꝛ ueritatẽ. Actus enim intelligẽdi est apt⁹ nat⁹ mẽsurari. i. actualiter depẽdere in entitate ꝛ cognoscibilitate ab obiecto participãdo ipꝫ sicut filius do illud cuius est. Est aũt ibi relatio realis aptitudinalis ꝛ non actualis. Et ideo notãter dicit mẽsurabilis ad mẽsuram ꝛ nõ mensurati. Qñ enim obiectum non existit uel sciẽtia causat a deo tũc nõ mensurat actu a scibili: ut declarat Sco. xiĩ. q. quolibetoꝝ. Et si arguit qꝫ obiecto nõ existẽte nõ habet scientia de eo: qꝛ ut dicit hic Aristo. Corrupta re scibili corrumpit sciẽtia que est de eo. Rñdeo qꝫ illa auctoꝛitas philosophi est uera: corrupta re scibili quãtũ ad esse essentie ꝛ esse existentie. Et si arguas qꝫ si corrũpat res quãtum ad esse existẽtie: corrũpit quãtũ ad esse essentie: cũ nõ sit dare eẽ essentie sine esse existẽtie. Rñdeo qꝫ eẽ eẽntie nõ remanet extra intellectũ sine esse existẽtie: bene tamẽ remanet in itellectu ꝛ hoc sufficit. ꝑm enim Sco. vĩ. q. quolibetoꝝ articulo 2°. Sciẽtia nõ regrit existẽtiã sed solas qditates in aĩa. Est aũt in ꝑmis duob⁹ modis relatiuoꝝ mutua depẽdentia. Duplũ enim realiter refert ad dimidiũ: ꝛ ecõuerso. silr pater realiter refert ad filium ꝛ ecõuerso. Nõ sic in tertio modo lꝫ enim scia realr refert ad scibile: nõ tamẽ ecõuerso. Ex quo patet qꝫ illa ꝓprietas qꝫ relatiua dicunt ad cõuertẽtiã nõ conuenit nisi relatiõib⁹ ꝑmi ꝛ secũdi modi loquẽdo de ꝙueniẽtia reali. lꝫ enim sciẽtia realr referat ad scibile nõ tñ ecõuerso. Illa enim res que est scibilis: utpote lapis nõ refert realiter ad scientiam: lꝫ etiã scibile inquantuꝫ scibile referatur ad sciẽtiam nõ tamẽ relatiõe reali: sꝫ rationis tñ.

De qualitate.

q Ualitas est ꝑm quaꝫ quales esse dicimur. ut ꝑm albedinẽ dicimur albi. ꝛ ꝑm colorẽ colorati. ꝛ ꝑm iustitiã iusti.

b Ic auc. determinat de ꝑdicamẽto q̃litatis: ꝛ describit q̃litatẽ di. qꝫ q̃litas est ꝑm quam quales eẽ dicimur: ut ꝑm albedinẽ dicimur esse albi. Ad cuius euidẽtiã sciẽdũ qꝫ qualitas põt sumi dupliciter. vno modo ꝓ forma de genere q̃litatis que q̃lificat subiectũ accidẽtaliter. Alio modo ꝓ differentia essentiali cuiuslibet generis que ꝑdicat in quale. In diuinis aũt lꝫ nõ sit differẽtia ꝓprie: tñ illa que habẽt rationẽ actus uel quasi forme põt dici qualitates. Unde ꝑm Sco. di. xxvĩ. ꝑ. sen. in solutione ar. Attributa diuina dicent illa que ꝑficiũt essentiã in eẽ 2° quasi qualitates: ut caritas: sapientia: ueritas: bonitas. Non sic aũt se hũt intellectus ꝛ uolũtas: sed sunt q̃dam ꝑfectiões intrinsece in eẽntia ꝑsupposite oĩ quãtitati ꝛ qualitati. ꝛ sic qualitas non est in genere sed sumit trãscendenter. ¶ Itez

notandū q̄ ly abstractū sit p̄ius natura ꝙ creto sicut causa suo effectu formali tamē cōcretū est nobis notius: ⁊ ideo qualitas notificat̄ per suum cōcretū: ut per notius nobis. Quale vō notificat̄ per abstractū ut per p̄ius simpliciter. Notandū etiaꝫ q̄ hec dictio dicimur in hac descriptiōe refert̄ ad substantiaꝫ in cōmuni. Qualitas ergo est ſm quā nos substātie dicimur. i. denoiamur accidentaliter quales. Et ponitur accidentaliter ꝓpter differētias essentiales a qbus essentialiter dicimur quales.

Qualitatis quatuor sunt spēs. ¶Prima est habitus et dispositio. Differt autē habitus a dispositione. q̄ habitus permanētior est et diuturnior ut sunt virtutes et scientie. Sciētia enī difficillime est mobilis nisi forte grandis p̄mutatio fiat: uel ab egritudine ul' ab aliquo huiusmodi circa scientez. Similr de virtute. Justitia enim uel castitas non cito de facili permutātur. Dispositiones vō dicūtur que de facili permutant̄. ut calor frigiditas egritudo sanitas. Ūñ habitus possunt dici dispositiones et non ecōuerso. Illi enim qui habitū habent quodāmodo sunt dispositi uel melius uel peius ad ea que habēt. dispositiones autē non sunt habit⁹. Unde habit⁹ pōt sic diffiniri. ¶Habitus est q̄litas difficillime mobilis. Secunda spēs q̄litatis est naturalis potētia uel impotentia aliquid facile faciēdi uel patiendi. ut sanatiuus dicit̄ qui habet naturalē potentiaꝫ ut nihil ab aliquibus accidētibus egritudinē inferentibus patiat̄ ⁊ egrotatiuus dicitur qui habet naturalē impotentiam aliquid patiēdi. Durum autē dicitur habere naturaleꝫ potentiā resistēdi sectioni. ⁊ molle naturalē impotentiā q̄ cito secat̄ Cursores ⁊ pugillatores dicuntur similiter de ista specie: non q̄ exerceāt actus suos: sed quia habēt naturalem potentiā hoc faciendi Tertia spēs qualitatis est passio ⁊ passibilis qualitas ut ille qualitates que efficiūr in sensibus passiones. ut in gustu dulcedo amaritudo ⁊ filia. et etiā ille q̄litates sunt in hac specie que ab aliquibus passionibus generātur uel facile uel difficile mobilibus et p̄manētibus. siue eniꝫ nigredo ab aliqua passiōe naturali generetur siue ab egritudine uel ab estu. qualitas passibilis dicitur. Quarta vō spēs qualitatis est forma et circa hoc aliqd ꝟstans figura ut dispositio corporis. ut triāgulatio quadrāgulatio rotūditas curuitas rectitudo.

¶Qualitatis q̄tuor sunt spēs. Hic pōit auc. q̄tuor spēs. quarū p̄ma est habit⁹ ⁊ dispositio. Est aūt dispositio qualitas de facili mobilis. habit⁹ vō de difficili mobilis. Unde habit⁹ ⁊ dispositio tantū differunt ſm p̄fectuꝫ ⁊ imperfectū. Et ideo faciūt p̄maꝫ spēm qualitatis. ¶Perfectū enim ⁊ imperfectuꝫ ut vir ⁊ mulier nō uariāt spēm ſm Ari. in libro de animalibus. Unde eadē qualitas ut virt⁹ uel scientia duꝫ est in fieri ⁊ in esse imperfecto dicit̄ dispositio: dum vō habet esse perfectū p̄manens ⁊ radicatum in subiecto dicit̄ habitus. Et dicit auctor q̄ oīs habitus potest dici dispositio: ly nō ecōuerso: qđ est uerum nō q̄dem sumēdo dispositiōem stricte p̄ro qualitate de facili mobili: sed large p̄ro oi q̄litate disponente subiectū suum ad operationē: siue p̄fecte: siue imperfecte. Et oēs tales qualitates ponunt̄ in hac specie: siue sint corporales: ut calor frigiditas egritudo sanitas: siue spūales ut actus intellect⁹. Un⁹ enim act⁹ ad alium actū inclinat: ⁊ ex ipsis generātur habit⁹. Itē spēs intelligibiles habit⁹ intellectuales: ut intellectus sapientia. ⁊ morales ut iustitia ⁊ castitas ⁊ huiusmodi. ⁊ virtutes infuse: ut fides spes caritas ponunt̄ in hac specie. ¶Notandū tamē q̄ habit⁹ potest tripliciter sumi. Uno modo p̄ro quacūq; forma habēte p̄uationē sibi oppositā. Alio modo p̄ro inherētia corporis ad ea que sunt circa corpus. Et sic est p̄dicamētum distinctū ab alijs. Tertio modo p̄ro qualitate disponēte suū subiectuꝫ ad operationē: ⁊ sic sumit̄ in ꝓposito. ¶Contra tamē p̄dicta arguit̄ sic. Nullum ens rationis est de genere qualitatis: cū qualitas sit ens reale: sed scientia est ens rationis: ergo nō est de genere q̄litatis. Respondeo q̄ ens rōnis pōt sumi tripliciter ſm Sco. j. di. 4. sen. q. ij. articulo p̄mo. Uno modo ꝑ illo q̄ habet eē in aīa subiectiue: ut spēs actus ⁊ habitus. alio modo obiectiue: sicut uniuersalia sūt in aīa per spēs a reb⁹ causatas uel adeo ipressas. tertio modo p̄ro cōparatiōe qua itellect⁹ cōparat unū obiectum cognitū ad aliud obiectū cognitū. Quꝫ ergo dicit̄ q̄ nullū ens in aīa est de genere qualitatis: uerū est de ente in aīa tertio modo dicto. Tale enī ens est relatio rationis cuiusmodi sunt secūde intētiones nec hūt aliq̄ esse reale: sed hūt tm̄ eē obiectiue in intellectu. ¶Secūda spēs q̄litatis est naturalis potentia uel ipotētia aliqd facile faciēdi ul' patiēdi: ut sanitatiu⁹ dicit̄ aliqs: q: habet naturalē potentiā ad facilr resistendū suis ꝺrijs ⁊ nociuis. egrotatiu⁹ vō eo q̄ habet naturalē ipotētiā ad huiusmodi: sic durū habet naturalē potētiā: ut nō cito secet̄. Molle vō hꝫ naturalē potētiā ad huiusmodi. Cursores quoq; ⁊ pugillatores dicunt̄ nō qui act⁹ illos exercēt: ſꝫ qui hūt naturalē potētiā ad facilr huiusmodi act⁹ exercēdos. ¶Circa q̄ notādū q̄ p naturalē potētiā ul' ipotētiā circūloquit̄ Ari. quādā spēz ſbalternā q̄litatis cōpr̄e hēdentē oēs facilitates uel difficultates naturales ad agēdū ul' patiēdū. ¶Itē notādū q̄ potētia pōt capi triplr. Uno modo p̄ro respectu potētie ad opationē: ⁊ sic ptinet ad gen⁹ relatiōis: uel p̄ro fundamēto talis respect⁹: qđ est absolutū ⁊ p̄ncipiū opatiōis: sicut intellect⁹ ⁊ uoluntas sunt p̄ncipia p̄ductiua intellectiōis ⁊ uolitiōis: uel p̄ro facilitate ⁊ agilitate utēdi huiusmodi potētia. ¶Doc 3° modo sumit̄ naturalis potētia in ꝓposito ſm Sco. xvj. di. 1. sen. in solutiōe arg. ut patet per exēplū de cursore ⁊ pugillatore. nō aūt secūdo modo. Intellectus ⁊ uolūtas cum sint p̄fectiōes intrinsece ipsius aīe. ⁊ ſm Aug. 5° de tri. sunt una mens una eēntia una uita nō sunt accidentia ipsius aīe ꝙ ponūtur in eodē genere cū ipa ¶Hoc idē ponit sanct⁹ Bonauētura. ly aūt huiusmodi potētie sint idē realiter cū aīa distinguunt tm̄ formaliter de quo alꝫ magis videbit. ¶Itē notandū q̄ p̄ma ⁊ secūda spēs qualitatis differūt: q: facilitates naturales ponunt̄ in secūda spē. Dispositiones vō ⁊ habit⁹ acq̄siti in p̄ma: ut facilitas naturalis ad pugnāduꝫ ponit̄ in secūda specie. Acquisita vō per

artem

artem ⁊ exercitiũ ponũtur in ꝑma. Sic egrotatiuus ꝓpt dicit difficultatẽ naturalẽ ad resistenduz ꝓxijs ⁊ egritudinem causantibus ponit in secũda specie. Ipsa vo egritudo acquisita ponit in prima: que si sit de facili curabilis dicit dispositio: si vo sit incurabilis dicit habitus. Itẽ naturale põt capi dupliciter. vno modo qz ortũ habet a natura: ⁊ sic pertinet ad hanc spẽm. alio modo qz ineſt alicui a ꝑncipio cõditionis nature: nõ tamẽ naturaliter: sed gratuite seu per donũ naturalib⁹ supadditum: sicut angelis a ꝑncipio creatiõis fuerũt impzesse spẽs seu sil'itudines oĩum naturarũ: ⁊ virgini purissime in instanti creationis anime eius fuit collata gratia equalens iustitie originali: per quã fuit a peccato originali ꝑseruata. ⁊ tale naturale nõ spectat ad secũdam spẽm qualitatis: sed ad primam.

¶ Tertia spẽs qualitatis est passio ⁊ passibilis qualitas. Uñ in hac specie ponunt oẽs qualitates sensibiles que sunt obiecta sensuũ que dicunt passibiles qualitates: quia sunt nate inferre passionẽ sensib⁹: ut sonus: color: lux: caliditas: frigiditas: ⁊ huiusmodi. Et oẽs q̃litates que ab huiusmodi generant ut sunt spẽs obiectoꝝ recepte in potẽtijs organicis ⁊ passiones appetit⁹ sensitiui. ut delectatio: tristitia ira. Tales aũt qualitates lz sint ꝑfectiones potentiarum organicarũ: dicunt tamẽ passiones eo q̃ recipiuntur in ipsis organis. Recipere enim large dicit pati: sic lumen qđ est species lucis ponit in hac spẽ a Sco. xiij. di. 2. sen. in solutiõe questionis. Differũt etiã passio ⁊ passibilis qualitas. passibilis qualitas dicit tales qualitates subesse ꝑfecto permanenti in subiecto: ut rubedo que ꝓuenit in aliquo a natura. sed passio dicit illas qualitates ſm esse impfectũ ⁊ non permanẽs: ut rubedo que ꝓuenit in vultu hominis er uerecũdia: cui⁹ causa est qz facies est ſbiectum uerecũdie. Et ideo sanguis qui est amicus nature uadit ad corroborãdum membrũ lesum quãtuz põt. Sic homo efficit pallidus ꝓpter timorem qz inter cetera membra cor magis timet: ⁊ ideo ad ipm cõfortandũ sanguis exit de facie: ⁊ sic remanet pallida.

¶ Circa ꝑdicta põt dubitari de caliditate que ponitur a philosopho in ꝑma ⁊ tertia specie q̃litatis. Ad quod põt dici q̃ hec spẽs distinguit a prima: qz forma per cõparationẽ ad actũ quez põt efficere dicitur dispositio quo ad primaz spẽm. ⁊ sic caliditas ponitur in prima specie per cõparationẽ ad calefacere. forma vo ꝓducta ab agente inquãtum recipitur in passo dicit passio. ⁊ sic caliditas ponit in tertia specie: uel inquãtũ nata est inferre passionez sensui. De operatiõibus etiã imanentibus cuiusmodi sunt intellectio ⁊ uolitio que sunt uere q̃litates: ⁊ videt q̃ sint in ꝑdicamento actionis: dicit Sco. xiij. q. quolibetoꝝ: q̃ videt rõnabilius ipsas ponere in prima specie qualitatis in qua ponunt oẽs qualitates spirituales: siue sint in fieri ut opatio: siue in esse perfecto ⁊ pmanẽti ut habit⁹: sed si sit in esse ĩperfecto dicit dispositio. In tertia aũt specie solũ exemplificat Ar. de qualitatib⁹ corporalibus. Dicit tamen q̃ forte huiusmodi opationes possent poni in hac specie: cũ sint quedã passiones. Et tunc oporteret dicere ad Ar. q̃ solũ ponit exempla de qualitatib⁹ sensibilib⁹ tanq̃z de magis notis. per has etiaz itelligẽs spirituales. De hac materia dicit Sch̃ã q̃ nõ est intentiõis philosophi ponere q̃ iste spẽs a se mutuo vniuersaliter remoueant: sed q̃ de se mutuo saltim particulariter ꝑdicent. Et er hoc monetur q̃ Ar. ponit caliditatem in prima ⁊ tertia specie qualitatis.

¶ Quarta spẽs qualitatis est forma uel circa aliqd constãs figura. Circa qõ sciendũ q̃ lz forma posset sumi pro forma substantiali uel accidentali: ut alibi dictum est: tamẽ in ꝓposito forma ⁊ figura sumunt pro eodem videlicet pro dispositione uel terminatione quãtitatis. Unde in aliqua re figurata possumus cõsiderare tria: videlicet ipsam rẽ ex qua constat: utpote lignũ. Et quo ad hoc pertinet ad genus substantie. Secũdo possumus cõsiderare quãtitatẽ eius terminatam linealiter ⁊ superficialiter. Et sic ptinet ad genus quãtitatis. Tertio considerare possum⁹ terminationẽ uel dispositionez qualitatis que põt dici forma uel figura eius: ⁊ de hac in ꝓposito. Figure igitur uel forme sic accepte reponuntur in hac specie: ut rectitudo curuitas triãgulatio quadrangulatio.

q Ualia vo dicuntur que ſm hec denominatiue dicũtur uel quõlibet aliter ab his: ut a grãmatica grãmatic⁹ a iustitia iustus. Uel quecũq̃ dicũtur ab aliqua qualitate nõ denoiatiue eo q̃ nomẽ nõ est impositũ ipi qualitati ut cursor et pugillator. Et nota q̃ cursor ⁊ pugillator dicunt dupliciter. Uno mõ dicũtur cursor et pugillator ab arte currẽdi et pugillandi. et sic sunt in prima spẽ qualitatis: qz iste artes sunt hĩtus. Alio mõ dicitur cursor nõ q̃ hẽat artez currendi: ſz qz habet naturalẽ potentiã ad actuz currẽdi: et pugillator nõ q̃ habeat artẽ pugillãdi ſz qz habet naturalẽ potentiã ad actũ pugnãdi. Et isto mõ dicũtur qualia ab istis naturalib⁹ potẽtijs ſz non denoiatiue eo q̃ nomina nõ sunt imposita istis naturalibus potẽtijs a qbus dicũtur qualia: Et sic cursor et pugillator sunt in secũda spẽ qualitatis. Alia aũt dicũtur qualia nõ denoiatiue quãdo nomen est impositũ qualitati ſm quaz dicitur quale ſz eã non participat ſm illud nomẽ: ut studiosus a virtute. et sic sunt tres modi sumendi quale a qualitate.

b Ie notificat auctor cõcretũ qualitatis dicẽs q̃ illa dicunt qualia que ſz qualitates denominatiue dicunt: ut grãmaticus dicit denominatiue a grãmatica. Quedaz etiã dicunt qualia ab aliqua qualitate: sed nõ denomiatiue: qz scilicet nõ est ibi denominatio uocalis. Et hoc dupliciter. Uno modo qz nomẽ non est impositũ illi qualitati: ut cursor dicit ab arte currẽdi: uel a naturali potentia cui tamen nõ est nomẽ impositum. Et ideo lz sit ibi denoiatio realis: nõ tamen uocalis. Alio modo quia lz sit nomen impositũ illi qualitati: tamẽ concretũ non participat illud nomẽ: ut studiosus dicit a virtute: ubi tamẽ non est participatio in uoce cuz non cõueniant in ꝓncipio uocis: ⁊ sumit studiosus pro virtuoso.

Est autem contrarietas in qualitate: ut albedo contrariatur nigredini. iustitia iustitie hoc autem non est ꝓprium qualitati qz non

cõuenit omni qualitati. figura enim non habet aliquod contrariũ neq; aliquis medius color ut rubedo albedo. Et sciendũ q; si vnũ cõtrariorũ fuerit quale: reliquũ erit quale: ut iustitia est q̃litas ergo iniustitia iustũ est quale ergo iniustũ. Itez qualitas suscipit magis ⁊ minus. Dicit̃ enim iustus magis ⁊ min⁹ iustus ⁊ albus ⁊ grãmaticus. sed hoc non est ꝓpriuz qualitati. q; quadratũ nõ suscipit magis neq; min⁹. neq; circulus neq; quadrãgulatio neq; circulatio. Itẽ ꝓpriũ est qualitati ꝟz eam simile ul' dissimile dici. ut alb⁹ albo similis dicit̃ ⁊ iustus iusto. albus autem nigro dissimilis dicitur.

¶ Consequẽter ponit auc. ꝓprietates seu cõitates qualitatis: quarũ prima est q; cõtrarietas inest qualitati: ut albedo cõtrariat̃ nigredini: ⁊ iustitia iniustitie. Hoc patet per diffinitionẽ cõtrariorũ. Cõtraria eni sunt forme positiue sub eodez genere marie distantes. que vicissim insunt. inter se mutuo expellẽde. Plures aũt qualitates sunt huiusmodi. ergo cõtrarietas inest q̃litati. Sed cõtra hoc arguit̃ q; albedo ⁊ nigredo nõ sunt forme maxime distãtes: ergo nõ contrariant̃. cõsequẽtia est nota: ꝓbat̃ antecedens: q; plus distant supficies ⁊ albedo que sunt diuersorũ generum ꝙ albedo ⁊ nigredo que sunt eiusdem generis. ¶ Ad hoc rñdeo dupliciter. ꝓmo q; maxima distantia ꝯriorũ intelligit̃ de distantia eorum que sunt eiusdẽ generis. In genere aũt colorꝭ maxime distãt albedo ⁊ nigredo: cũ sint duo ultima inter que cõtinent̃ oẽs medij colores. ¶ Secundo rñdeo q; aliqua magis distare põt intelligi dupliciter: uel q; minus cõueniunt in aliquo cõi: uel q; magis repugnãt. Primo modo magis distãt supficies ⁊ albedo q; nõ cõueniunt in aliquo genere. Albedo ẽo ⁊ nigredo sunt eiusdem generis. Secũdo modo magis distinguunt̃ albedo ⁊ nigredo: q; est repugnãtia eorũ ad esse simul. Nõ sic de supficie ⁊ albedine q; simul esse pñt. Hec aũt est distantia ꝯriorum quia mutuo se expellunt. Hoc aũt non est ꝓpriũ qualitati: q; nõ cõuenit omni qualitati cuiusmodi sunt figure circulatio triãgulatio. nec etiã cõuenit coloribus medijs: ꝛz enim mediũ per cõparationẽ ad extremũ habeat rõnem alterius extremi: ut rubr̃ũ cõparatũ albo habet rationẽ nigri: tamẽ nõ est ibi ꝯrietas stricte sumpta: sed tñ large cũ inter illa nõ sit maxima distantia.

¶ Secũda ꝓprietas qualitatis est q; si vnũ cõtrariorũ sit quale reliquũ erit q̃le: ut si iustum sit quale iniustũ erit quale. ꝓbat̃ q; ꝯria sunt que ponunt̃ sub eodem genere. Si ergo vnum sit in genere qualitatis ⁊ reliquum.

¶ Tertia ꝓprietas est q; qualitas suscipit magis ⁊ minus: patet q; suscipere magis ⁊ minus est in sua essentia itẽdi ⁊ remitti perfecti⁹ ul' imperfecti⁹ participãdo naturã sue spẽi. plures aũt qualitates sunt huiusmodi: ut calor ⁊ frigus aliquãdo itẽdunt̃ ⁊ aliquãdo remittunt̃: ꝛz eni gradus ꝟm quos forme intẽdunt̃ nõ sint de eẽntia spẽi: q; sicut spẽs abstrahit a differentia indiuiduali sic ab huiusmodi gradib⁹ tamẽ faciũt vnũ per se cũ natura specifica ita q; idiuiduũ ꝟstitutũ ex forma specifica ⁊ ꝓprietate indiuiduali cõtinet̃ vnitiue istos gradus. Hoc aũt nõ cõuenit oi q̃litati. Circulatio eni ⁊ q̃drãgulatio nõ suscipiunt magis ⁊ min⁹. ¶ Et notãdũ q; q̃litates ꝟz se suscipiunt magis ⁊ min⁹: nõ per cõparatiõem ad subiectũ: seu ꝓpter maiorẽ radicationẽ in subiecto: ut quidam falso opinant̃: ut patet 8° metaphysice. ⁊ xvij. di. p. sen. Sco. ⁊ ideo succincte ptranseo.

¶ Quarta ꝓprietas est q; ꝓpriũ est qualitati ꝟm eũ sile uel dissimile dici. Sicut enim quãtitas nata est fundare relationẽ equalitatis: sic q̃litas relationez silitudinis uel dissilitudinis. Sed ꝓtra hoc arguit̃ q; in diuinis est silitudo: cuz ꝑsone diuine sint siles in sapiẽtia: ⁊ tamẽ nõ est ibi q̃litas cũ deus nõ sit in genere. Respondeo sicut dictũ est q; q̃dam est qualitas de genere qualitatis ⁊ q̃dã trãscẽdens. sic q̃dã est silitudo de genere relatiõis: ⁊ illa fundat̃ in qualitate generica. alia est silitudo transcendens: ⁊ illa fundat̃ in qualitate transcendenti. Illa aũt dicunt̃ silia que hñt eandẽ qualitatẽ uel in numero sicut in diuinis: uel in specie sicut in creaturis. Unde in diuinis est maxima silitudo equalitatis ⁊ idẽtitatis: cũ ꝑsone diuine habeãt eãdem sapientiã potẽtiaz ⁊ essentiã in numero nõ sic in creaturis.

De actione.

Actio est ꝟm quã in id q; subicit̃ agere dicimur. ut secãs aliquis dicit̃ agere in eo q; secat. vnde sectio est actio. ⁊ ꝟm sectionem agit secans in eo quod secat. Et pcussio est actio. Proprium actiõis est esse inferre passionẽ. Recipiũt autẽ agere ⁊ pati cõtrarietatez. Calefacere eniz est ꝯrariũ ei q; est frigidũ facere. ⁊ delectari est contrariũ ei quod est tristari. Recipiũt agere ⁊ pati magis ⁊ minus. calefacere eniz magis ⁊ minus dicitur. ⁊ calefieri dicit̃ magis ul' minus. Et similiter delectari ⁊ tristari.

b Ic auctor determinat de ꝑdicamẽto actionis. Pro cuius declaratiõe ꝟz mentẽ doctoris subtilis. xiij. di. 4. sen. q. j. ⁊ xiij. q. quolibetorũ sunt aliqua notãda. Et ꝓmo q; actio dicit respectũ agentis ad passum trãsmutatũ. Sciẽdum 2° q; respectus in genere est duplex. vn⁹ intrinsec⁹ adueniens. ⁊ alius extrinsec⁹. Voco aũt respectũ itrinsecus adueniẽtem: qui sequit̃ necessario ambo extrema posita in actu. uel q; idem est q; necessario sequit̃ suum fundamẽtum posito termino. Et talis respectus est tñ de genere relatiõis. Voco aũt respectũ extrinsecus adueniẽtem q; nõ necessario sequit̃ posita extrema siml' in actu. Et sub isto mẽbro cadunt ista sex ultima ꝑdicamẽta: de qbus Ari. parũ locutus est. De his eni multa cõsiderat philosoph⁹ naturalis. ⁊ de his tractat auc. ser ꝓncipio ꝛ. patet eni de actiõe ⁊ passione q; possibile est eẽ actiuũ ⁊ passiuũ ⁊ etiã approximata: ⁊ tamẽ nõ habere istũ respectũ. ſ. q; agens sit id a quo passiuuz trãsmutet̃: nec passum id q; ab ipso trãsmutet̃: puta si sit aliq; ipediẽs actionẽ. Et pro tãto ista ser ꝓncipia nõ sunt spẽs relatiõis: qz relatio dicit respectũ intrinsecus adueniẽtẽ: ista aũt nõ. Item sciẽdũ q; agens creatum habet quẽdã respectũ ad passum qui est extrinsecus adueniẽs ⁊ de genere actiõis: ut dictum est. Et habet aliũ respectũ ad ꝓductũ: ut pater ad filium: ⁊ iste est intrinsecus adueniẽs ⁊ de genere relatiõis: ⁊ ptinet ad scõz modũ relatiuorũ. Itẽ duplex ẽ actio ſ. imanẽs ut visio: itellectio. ⁊ trãsiẽs: ut calefactio ꝟm q; ponit philosoph⁹ 9° metaphysice. q; sic põt

declarari

declarari. Operatio enī siue actio imanēs duas habet cōditiōes: in qbus cōuenit cū actione transeūte Prima est q̄ semp est in fieri: nō dico in fieri successiue: q̄r operatio est idiuisibilis: sed sic in fieri: q̄r est in cōtinua dependentia ad causam eandē ꝛ ſm idez: sicut dependētia rei create ad causam cōseruantez ſ. deum. Secūda cōditio est q̄ opatio quasi transit in obiectum sicut in terminū: ly non accipientē esse per ipsam: sed p̄supponit in suo esse. Et ꝓpter istas duas cōditiōes pōt opatio dici actio. ꝛ per istas significat grāmatice per vbū actiuū. actio aūt trāsiēs ultra istas duas cōditiōes addit tertiā. ſ. q̄r est p̄ductiua alicuius termini: ut accipiētis eē per eā: ut calefactio est ꝑductiua caloris in ligno ultra passionē quā infert. ſ. calefieri. Ista aūt distinctio actiōis sic itellecta nō est generis in spēs ſz uocis in significatiōes. Nam actio trāsiens est uere actio de genere actiōis. Actio vo imanēs est uere qualitas: ut intellectio visio. Sed equoce dicit actio ꝓpter cōditiones p̄dictas in qb⁹ cōuenit cū actione de genere actionis. Notandū insup q̄ aliter calidū caloꝛe calefacit: ꝛ aliter calefacit calefactiōe. Calidū enī caloꝛe calefacit in ratiōe p̄ncipij formalis remoti q̄ō est ratio agendi. Calefacit aūt calefactiōe in ratiōe forme ꝓmo denominātis: sicut simile formaliter dicit simile similitudine: ꝛ fundamētaliter dicitur simile albedine. In diffinitiōe ergo actiōis quādo dicit q̄ actio est ſm quā ꝛc. ly ſm dicit habitudinē forme ꝓme denominātis. Respect⁹ enim quem ꝑportat actio nō est rō agendi: sed est dispositio media iter agens ꝛ effectū ꝑductuz. Actio ergo est ſm quā ut formā ꝓmo denominātem: dicimur agere id q̄ō subicitur. ſ. passum.

¶ Deinde ponit auc. ꝓprietates actiōis di. q̄ proprium actiōis est ex se inferre passionē. Hoc aūt est ꝓprie ꝓpriū actiōi: ſz eni qualitas que est ratio agēdi inferat passionē. hoc tm̄ nō est imediate: sed mediante actiōe. Ulterius ponit auc. aliquas cōitates actiōis ꝛ passionis. p̄ma est q̄ inter actiōes est ꝗrietas: ut calefacere ꝛ frigefacere ꝗriant. ꝛ hoc est rōne qualitatū ꝗriarū: que sunt rōnes agendi ut calor ꝛ frigus. Similr̄ inter passiones est ꝗrietas ut calefieri ꝛ frigefieri ꝗriantur. Secunda ꝓprietas cōis est: videlicet q̄ recipiunt magis ꝛ minus. Calefacere enī ſz q̄ō est agere magis ꝛ minus dicit. silr̄ ꝛ calefieri q̄ō est pati. hoc etiā ipsis cōpetit rōne qualitatum suscipientiū magis ꝛ minus.

De passione.

p Assio est effectus illatioq̄ actiōis: ut calefieri infertur ex calefacere ꝛ efficit Proprium autez passionis est primo inferri ex actiōe. Item passio nō est in agente sed in patiente. De reliquis vo que prius dicta sunt modo sufficiant. Que sequuntur de alijs quatuor predicamētis non sunt data a petro hispano.

p Ost p̄dicamentū actiōis tractat auc. de p̄dicamēto passionis describēdo seu notificādo qd est passio di. q̄ passio est effect⁹ illatioq̄ actiōis. i. effectus qui infert ab actiōe: sicut calefieri infert ex calefacere. Ubi notādū q̄ sicut actio formaliter dicit respectum agentis ad passum: sic passio dicit formaliter respectū patiētis ad agens: seu trāsmutati ad trāsmutans. passio ergo est illa relatio passi ad agens que infert ab actiōe. Ponit auc. alias duas ꝓprietates passionis: quarū p̄ma est q̄ proprius passionis est inferri ex actiōe imediate. ſ. Ex hoc patet q̄ auc. ꝑus notificat qd est passio per eius p̄prietatē. Sepe enī per ꝓprietatē circūloqmur differentias nobis ignotas. ¶ Secūda ꝓprietas est q̄ passio non est in agente ſz in patiēte. Pro quo notandū q̄ actio pōt sumi dupliciter. vno modo pro respectu agentis ad passum. alio modo pōt sumi actio pro forma acta q̄ dū est in fieri est motus. ſm enī cōmentatorē motus est forma fluens. Hec aūt forma inquātum est ab agente dicit actio ꝛ iquātum recipit in passo dicit passio. Unde dicit Ari. 2° phyſicorū: q̄ motus est act⁹ actiui ꝛ passiui: sed passiui ut in ipso: actiui aūt ut ab ipso. Actio igitur sumpta pro respectu agētis ad passuz est in agēte subiectiue ꝛ nō in passo. ꝓbatur q̄r in eodē est respectus ꝛ fundamētū. Ratio enī fundamēti videt hoc ostendere: nec oppositū est intelligibile: ſz potētia actiua que est fundamētū hui⁹ respect⁹ ꝛ actiōis est in agēte. ergo talis actio est in agēte subiectiue. Ipa ergo actio que est respect⁹ extrinsec⁹ aduenīs est in agēte sicut in subiecto. In forma aūt que dicit potētia est ut in fundamēto ꝓme. simili passio dicit respectū oppositū correspōdentē isti qui suo modo silr̄ est in passo ꝛ potētia passiua. Actio vo accepta pro forma acta seu ꝑducta per actiōez de genere actiōis est in passo ut in subiecto. Hoc patet per philosophū 9° metaphyſice dicētez. Edificatio est in edificato, accipitur ibi edificatio pro forma acta per edificationē. ꝓbat etiā q̄r talis forma acta duz est in fluxu est motus ut dictū est. Motus aūt est in mobili subiectiue ex 3° phyſicorū. Ex p̄dictis patet q̄ ſz actio ꝛ passio sint idem mot⁹ materialiter: cum tamē formaliter distinguātur: nec dicāt motū ſz se: sed per relationez ad agens ꝛ passum sunt diuersa p̄dicamenta. Motus vo cū formaliter sit forma in fluxu est in eodē genere cū forma quer per motū inducit. ¶ Si q̄r in quo habeat esse subiectiue creatio actio ꝛ creatio passio. Rūdeo ſz Sco. xiij. di. 4. ſen. q. j. ꝛ. xij. q. quolibeto: ū: q̄ nō est ꝓprie creatio actio: nec creatio passio cū actio ꝛ passio nō sint nisi respectu alicuius passi. Creatio aūt nō p̄supponit aliq̄ō passum. vñ creatio passio dicit relationem dependentie creature ad deū que est idem cū creatura. ꝛ sic est subiectiue in ipsa: cū nō possit esse sine tali dependētia. Est aūt idem respect⁹ a parte rei ad deū creantē ꝛ conseruantē: sed creari importat huiusmodi respectū cū respectu rationis ad nō eē p̄cedens. Cōseruari vo cū respectu ratiōis ad eē p̄cedēs. Et sic creatura nō creatur nisi in p̄mo instāti: nec cōseruat ꝓprie nisi post p̄mū instans: quia vo creatio passio est relatio realis creature ad deum: ideo creatio actio est relatio rationis dei ad creaturā correspondēs. Unde creatio actio formaliter dicit respectū huiusmodi includendo ꝛ connotando uolitionē diuinā transeuntē sup obiectū ꝑductū. Ille aūt respectus habet solū esse obiectiue in intellectu cōparante deū ad creaturā. Uolitio aūt diuina cōnotata est ipse deus. Obiectū vo sup qō transit est ipsa creatura ꝑducta. ¶ Dubitari ulteri⁹ posset de actuali inherentia accidētis absoluti ad subiectum in quo ponatur genere. Non enim ponit in genere relationis cū sit respect⁹ extrinsec⁹ aduenīens. Unde potest esse tale accidens absq̄ inherentia actuali: ut patet in sacramento altaris. Ad hoc

ñdet Sco. xij. di. 4. sen. q. j. in solutiõe qõnis. q talis respectus potest pertinere ad genus actiõis: posito q actio dicat nõ tñ respectũ agentis ad passiz sed forme informãtis ad illud qõ informatur. Uel põt ptinere ad gen⁹ passionis si passio dicat non tñ respectum passi ad agens sz ad formã. ¶ Circa qõ notãdũ q sz ois forma recepta siue in potẽtia cognitiua: siue in potẽtia appetitiua possit dici passio: siue fiat cũ trãsmutatione corporali: ut delectatio fit cũ cordis dilatatiõe. dolor vel tristitia cũ restrictione: siue fiat absq; huiusmodi transmutatiõe: ut cõceptus aie dicunt passiones. Unde in libro p⁰ per yermenias dicit q uoces sunt earuz que sunt in aia passionũ note. i. signa cõceptuũ siue rerũ cõceptarũ tamẽ huiusmodi forme in passo recepte nõ spectãt ad gen⁹ passionis. sed bene ipsa receptio huiusmodi formarũ. De ceteris aũt predicamẽtis. s. qñ ubi situs z habit⁹ nõ facit auc. mentionẽ nisi in generali z ideo de his breuiter me expediã. Et pmo de predicamẽto quãdo: quod sic diffinitur ab auctore sex principiorum.

De predicamento Quando.

q Uando est qd̃ er adiacentia temporis in re tẽporali derelinqtur: ut hodie esse cras fore. Itẽ duplex est quãdo. s. simplex et cõpositũ sicut duplex est tempus. Itez tres sunt ꝓprietates quãdo. ¶ Prima est q quãdo non suscipit magis neq; minus. Secũda est q quando nihil est cõtrariũ Tertia est q quãdo est in omni illo quod incipit esse in tempore.

a D euidentiã huius sciẽdum q qñ in ꝓposito tñ ualet sicut esse aliqñ uel in aliquo tpe: ut esse hodie eri cras: esse in tẽpore presenti ꝑterito z futuro. Est igit qñ respect⁹ causatus in re temporali ex adiacentia tẽporis ad ipsam. Ex quo patet q qñ est respectus extrinsecus adueniẽs: quia nõ necessario sequit extrema posita in esse. põt enim esse tẽpus z res tẽporalis absq; huiusmodi adiacẽtia: z sic absq; qñ: utputa si ponatur res tẽporalis extra celum. Tempus enim hic sumit⁹ ꝓ tpe quod est mẽsura motus celi. Et ideo illo tempore ꝓprie mẽsurant tẽporalia que habent mutabilitatez a motu celi. Unde dicit doc. subtilis. xlix. di. 4. sen. q. xij. in solutione ar. q mot⁹ corporis glorioſi nõ mẽsurabit tpe nostro: q nõ erit subiectũ uariatiõi: tunc corpus nostrum nec aggrauans.

De predicamento Ubi.

v Bi est circũscriptio corporis locati a loci circumscriptiõe ꝓcedens: ut in ecclesia esse in foro eẽ. Et diuidit ubi quia quoddã est ubi simplex. z est illud qd̃ a simplici loco ꝓcedit ut est locus pũctorũ. Et quoddã est ubi compositũ: et est illud quod a loco cõposito ꝓcedit. proprietates ubi sunt due. ¶ Prima est q ubi nihil est cõtrariũ. Secũda est q ubi nõ suscipit magis neq; min⁹ hoc est q ubi non recipit intensionem et remissionem.

u Bi vo est respectus corporis ad locꝫ circũscriptione ꝓcedens. Circa qõ sciendũ q ubi in ꝓposito est esse alicubi localiter: ut esse in ci uitate: in ecclesia: in domo: in camera. vñ ubi dicit respectũ corporis circũscripti seu locati ad locũ circũscribentez. Ipsa aũt circũscriptio actiua que fundat⁹ in loco circũscribẽte sz significet⁹ per modũ actionis: nõ tamẽ est actio sed relatio ptinẽs ad hoc genus ꝑz Sco. di. j. 2. sen. q. v. Quod er hoc patet qz superficies corporis cõtinẽtis cũ sit quãtitas que cõsequitur materiã nõ est forma actiua. Quod autẽ ubi sit respect⁹ extrinsecus aduenies patet cũ corpus z locus possint esse etiã approximata absq; circũscriptiõe locati seu coartẽsione: ut patet de corpore xpi in sacramẽto altaris qõ est ꝓsens spẽb⁹ panis z uini nõ tamẽ localiter cũ sit in ql̃ibet parte totũ: z sic nõ coartẽdit ipsis spẽbus. ¶ Posset etiã de⁹ facere corpus z locum absq; ubi etiã large sumpto qõ est esse tñ in loco presentialr: utputa formãdo aliqõ corp⁹ extra vniuersuz: z anihilãdo oĩa que sunt in superficie ꝓcaua celi: ut declarat Sco. xj. q. quolibet ox ar. 2⁰. Tũc enim essent corp⁹ z loc⁹ sine respectu ꝓsentialitatis. Et si qras in quo ꝑdicamento ponet⁹ ubi angeli cũ angelus nõ sit in loco circũscriptiue: sed tñ ꝓsentialiter seu diffinitiue. ¶ Rñdeo q accipiẽdo ubi ꝓprie ꝓut diffinit⁹ ab auctore sex ꝓncipiorũ non ponetur in hoc ꝑdicamẽto cũ angelus nõ circũscribat⁹ loco: sz bñ accipiẽdo large pro respectu ꝓsentialitatis ad locũ. Uñ Sco. x. di. 4. sen. q. j. dicit q lz non sint plura genera q̃z decẽ tamẽ rõnes eox nõ ita assignãtur generaliter sicut possent assignari. Cũ autez ubi sit respectus extrinsec⁹ aduenies: ita etiã erit situs uel positio cũ ꝓsupponat ubi.

De positione.

p Ositio est quedaz partium situs z generationis ordinatio: ut sessio statio: z sic de alijs. Item tres sunt ꝓprietates positiõis. ¶ Prima est q positio nõ habet contrariũ. Secunda est q positio nõ suscipit magis neq; minus. Tertia est ꝓpriuz est positioni substantie proxime assistere.

n Otandũ q situs uel positio ultra esse in loco dicit ordinẽ partium ad inicẽ z ad ipz locũ. Unde ꝑm Sco. ubi supra duplex est positio. Quedã enim dicit ordinẽ partiũ ad inicẽ. z hec est differẽtia quantitatis. alia dicit ordinẽ partiũ in loco que dicitur ꝑdicamẽtũ situs: ut stare sedere iacere.

De habitu.

h Abitus est corporũ z eoruz que circa corpus sunt adiacentia: ut tunicatum esse: loricatuz esse. Et tres sunt ꝓprietates eius. ¶ Prima est q habit⁹ suscipit magis z min⁹: ut eques est armatior pedite. Secunda est q habitus non habet contrarium. Tertia est q habitus semper est in pluribus scilicet in habente z in habito.

h Abitus aũt est corporũ z eoruz que circa corpus sunt adiacẽtia: ut armatio: induitio: calciatio. Quod autem habitus sit respect⁹ extrinsecus aduenies patet quia non necessario sequitur extrema posita in esse. ¶ Possunt enim corpus z arma esse sine tali respectu: utpote si vnum nõ applicetur alteri.

d Icitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter. Oppositorum enim quedam

quedam sunt relatiua: ut pater ⁊ filius. duplum ⁊ dimidiuz. Quedam sunt priuatiue opposita: ut ꝑuatio ⁊ habit⁹: visus ⁊ cecitas auditus et surditas. Alia sunt cõtrarie oppositа: ut albuz et nigrũ. Alia sunt cõtradictorie opposita: ut sedere nõ sedere. Que autẽ sunt relatiue opposita dictuz est in capitulo de relatiõe. Contraria sunt quecũqz sub eodez genere posita maxime a se inuicem distãt. mutuo se expellũt. et eidem susceptibili vicissim insunt. a quo mutuo se expellũt nisi alterum insit a natura: ut albedo in cigno: et nigredo in coruo ⁊ ethiopi. Caliditas autẽ non est in igne ut accidẽs in subiecto: immo ut substantiale in eo cui⁹ est substãtiale: sicut sunt quedã que cadũt in diffinitiõe alicuius. non ſz predicationẽ. ſz potius ut principiũ. ut punctus in diffinitione linee. et vnitas in diffinitiõe numeri Et iste modus eẽndi in cõtineꝫ sub quarto mõ ꝑm quez vnaquecz pars diffinitionis est in suo diffinito: et sic ignis non est subiectũ caliditatis: ſz materia ignis est subiectum ei⁹. hec enim susceptibilis est caliditatis et frigiditatis: vnde caliditas est in materia ignis ut in subiecto. in igne vo non ut in subiecto ſz ut substãtiale in eo cui⁹ est substãtiale

Priuatiue opposita sunt que hñt fieri circa idez subiectũ ordie irregressibili et tpe determinato a natura. Ordie irregressibili dico qz ab habitu in ꝑuationẽ deuenire possibile est. ſz non econuerso. Impossibile enim est a priuatiõe in habitũ regressum fieri: ut visus et cecitas hñt fieri circa oculũ. A visu aũt deuenire in cecitatẽ possibile est ſz nõ ecõuerso.

b Ic determinat auctor de post ꝓdicamentis: que ualẽt ad declarationẽ predicamentoꝝ. Et ꝑmo tractat de oppositione. Circa quod sciendũ ꝙ dupler est oppositio. quedã complexoꝝ: ⁊ de illa fit mẽtio in tractatu ꝓpositionũ. alia est incõplexoꝝ: ⁊ de hac habet in ꝓposito. est aũt oppositio formalis repugnãtia aliquoꝝ duoꝝ que impossibile est simul esse in eodẽ respectu eiusdẽ: ⁊ sunt quatuor spẽs eius. ſ. oppositio relatiua ⁊ contraria priuatiua: ⁊ cõtradictoria. Si arguat ꝙ oia opposita sunt relatiua: cũ oppositũ dicat habitudinẽ vni⁹ oppositi ad aliud. Est enim oppositio oppositorum oppositio: ⁊ oppositũ est oppositi oppositũ. ergo oppositio relatiua male ponit spẽs distincta ab aliis. Rñdeo ꝙ ſz opposita inquãtũ opposita siue quãtũ ad per se significationẽ uel intẽtionẽ oppositiõis seu repugnãtie dicunt relatiue ad inuicẽ: tñ quãtũ ad subſtractũ quod subest illi intẽtioni nõ oia opposita sunt relatiua. immo quedã sunt cõtraria: ut albũ ⁊ nigrũ. quedã relatiua: ut ꝑ ⁊ filius. Nõ est aũt inconueniẽs oppositionẽ esse de genere relationis: ſz opposita: ut albedo ⁊ nigredo ꝑ ⁊ filius sint diuersoꝝ generũ. Relationes enim eiusmodi fundant in reb⁹ diuersoꝝ generũ: ut identitas in substãtia: similitudo in qualitate: ⁊ equalitas in quãtitate. Illud etiã qõ est alicuius generis sicut concretũ generis relationis põt denoiatiue dici de plurib⁹ generib⁹ ꝑm Sco. xij. di. 4. sen. q. j.

Sũt aũt relatiue opposita que ad inuicẽ referuntur. ut pater ⁊ filius. que quidẽ nõ ꝓt simul inesse eidẽ respectu eiusdẽ: sed bñ respectu diuersoꝝ. differũt vo relatiua a cõtrijs: qz vnũ relatiuũ coercigit aliũ ad sui eẽ: ut pater nõ põt eẽ quin habeat filiũ: nõ sic de cõtrijs. Cõtraria aũt sunt que sub eodẽ genere posita maxime ad se inuicẽ distãt. ⁊ eidẽ susceptibili vicissim insunt vnũ alterũ expellẽdo: nisi alterũ insit a natura: ut albedo inest cigno ⁊ nigredo coruo. Ista descriptio cõioꝝ satis patet ex his que dicta sunt in ꝓcedẽtibus: ut albedo ⁊ nigredo cõiunct que maxime distãt in genere coloꝝ: nec ꝓt inesse eidẽ simul ꝑm idẽ ſz bene ꝑm diuersa. Et intelligit distãtia cõionũ de distãtia que dicit repugnãtiã formalẽ: nõ autem de distãtia locali. Sursum enim ⁊ deorsum ſz large possint dici cõia nõ tamẽ stricte: que quidẽ habẽt inter se distantiã localẽ: nõ tamẽ habẽt repugnantiaz formalẽ. Unde idẽ corpus virtute diuina posset eẽ sursum ⁊ deorsum: ut diffuse declarat Sco. x. di. 4. sen. q. ij. quia autẽ auctor fecerat mentionẽ de cõtrarijs que alicui insunt a natura: ut caliditas inest igni a natura: ideo dicit ꝙ caliditas non est in igne sicut accidens in subiecto: sed sicut substantiale in eo cuius est. Est tamẽ in materia ignis sicut accidens in subiecto. Ad cuius euidentiã notãdũ ꝙ ſz auctor nõ teneatur a pluribus eo modo quo sonãt eius uerba: potest tamẽ aliqualiter exponi. vnde substãtiale potest sumi vno modo ꝓ eo qõ est de ratiõe formali quiditatiua alicuius: sicut rationale hoc modo est de essentia hominis. alio modo ꝓ eo quod cõsequitur substantiã uel naturã alicuius. ⁊ sic risibilitas potest dici substantialis hominis: ſz nõ sit de diffinitione quiditatiua eius: sumẽdo igitur substãtiale primo modo caliditas nõ est substãtialis igni. Cum enim sit accidẽs alicuius entis nõ erit de substantia ignis. qz qõ nere est nulli accidit ꝑmo physicoꝝ. Sumẽdo vo substãtiale ꝓ eo qõ cõsequit naturam alicuius: sic caliditas potest dici substantiale igni. Est enim accidẽs inseparabile cõsequẽs naturã ignis: ⁊ eius ꝓprietas cõpetens omni ſz non soli. Et dicit auctor ꝙ est substãtiale igni sicut sũt ea que cadũt sub diffinitione alicuius nõ ꝑm ꝓdicationez eẽntialẽ supple: sed ut ꝓncipiũ: sicut punct⁹ ponit in diffinitione linee: qz est ꝓncipiũ uel finis linee: nõ tamen ꝓdicat eẽntialiter de linea: sic caliditas potest poni in diffinitione ignis nõ quiditatiua cũ nõ ꝓdicet eẽntialiter de igne: sed in diffinitione que datur per additamentũ. ſ. large sumpta seu descriptione tanꝫ eius ꝓprietas que est ꝓncipiũ quo ignis calefacit. Et notãdũ ꝙ in exẽplis nõ requirit oĩmoda similitudo: qz ubi est oĩno simile est magis idẽtitas qꝫ exẽplũ. ꝙ aũt nõ fuerit intẽtio auc. ponere ꝙ caliditas sit forma substantialis ignis: patet ex hoc qõ dicit ꝙ est in materia ignis sicut accidẽs in ſbiecto forma enim substãtialis nõ est in materia: ut accidẽs in subiecto: cũ ex ipsis cõstituat vnũ ens per se et nõ per accidẽs. Est aũt caliditas in materia ignis sicut accidẽs in subiecto: qz nõ cõsequit ipsam materiã inseparabiliter. Inest enim caliditas igni a natura nõ rõne materie ſz rõne forme: sicut risibilitas necessario cõsequit hoiez: nõ inquãtũ aial: sed inquãtuz rõnale ꝑm Sco. xxv. di. 2. sen. qz ergo caliditas non cõsequitur inseparabiliter materiã ignis: ideo dicit auctor ꝙ est susceptibilis caliditatis ⁊ frigiditatis.

nō est uerum mediante forma substātiali: quia. ſ. pōt informari aliqua forma quā cōsequitur frigiditas: ut forma aque uel alia quā cōsequitur caliditas ut forma aeris. Immediate autē nō pōt recipe materia aliqd accidēs. vñ opinio illa est falsa quaz ponit cōmentator primo physicoꝝ. videlicet q in materia rerū generabiliū ⁊ corruptibiliū oportet intelligere dimēsiones interminatas seu incōpletas ante aduentū forme substātialis: que quidez post eius aduentū accipiūt esse cōpletū ⁊ terminatū. Hāc enī improbat Sco. riij. di. 4. sen. q. vj. in corpore questionis. Tum qr forma de genere priori nō pōt pfice re susceptiuuz de genere posteriori. ergo nec forma substātialis dimēsiones. Tum quia forma substantialis est talis actus qui natus est cōstituere vnum per se cū suo pfectibili: sed nō pōt vnū per se constituere cū aliquo de genere quātitatis. Vñ quantitas nō est ratio media inter agēs ⁊ passum. Agēs enim naturale attingit materiā ſm essentiā nudā: ut passum ab eo imediate transmutatū. vnde q̄ ex aqua generatur aer prius natura corrūpuntur oīa accidētia aque cū eius forma substātiali q̄z in illa materia introducat forma aeris. Agens autē naturale sicut potest generare substantiā que nō prefuit: sic potest generare accidentia consequentia ipsam.

¶ Declarat hic auc. de corruptione dicens: corruptio est ꝓgressus ab eē ad nō esse. Et capit hic progressus pro mutatiōe in cōi que dicit dependētiam cuiuscqz forme siue substātialis siue accidētalis. Locus a corruptione est habitudo corruptiōis ad corruptum. ¶ Circa qđ notandū q non esse rei est opposituz ipsius esse rei: ⁊ ideo corruptio que essentialiter importat non esse rei est quodāmodo oppositaꝛ rei que corrumpitur. Non sic generatio opponitur rei que generat: sed generatio ⁊ genituz dicunt vnū ⁊ idē esse rei: ut ꝓmissuz est. Et inde est qđ arguit re spectu diuersoꝝ ꝑdicatoꝝ a corruptiōe ad corruptū ⁊ econuerso ꝛz in loco a generatiōe arguatur respectu eiusdē ꝑdicati. Vñ si arguit in loco a corruptiōe. Corruptio antixꝑi est bona. ergo antixꝑs est malus Maxima. Cuius corruptio est bona ipm quoqz malum est. uel sic. Corruptio domus est mala: ergo domus est bona. Maxima. Cuius corruptio est mala ipsum quoqz bonum est. Ratio hoꝝ patet: qꝛ corruptio dicit non eē rei. nō esse aūt boni est malū: ⁊ non esse mali est bonū. Similiter tenet locꝰ a corrupto ad corruptionē formādo eodem modo argumēta ⁊ maxias trāsponēdo terminos tm̄. ¶ Sed ꝓtra ꝓdicta arguitur sic. Non sequit. Latro est malus: ergo generatio eius est mala. qꝛ pōt stare q habuerit perfectam generationē. ergo nō tenet locus a generato ad generationem. Itez non sequit. Corruptio xꝑi fuit bona ergo xꝑs fuit malus. ergo locus a corruptione ad corruptum non semp tenet. ¶ Rūdeo ad ꝓmum dico q accipiendo malum vniformiter in generatione ⁊ generato bene sequit: ut si latro sit malus in esse moris: sequit q generatio eius inquātum huiusmodi: siue inquātuz latro fuerit mala. Et sic debent sumi bonū ⁊ malum: ad hoc ut huiusmodi loci ualeant. argumētum aūt ꝓcedit de generatione latronis in esse nature. Et si arguatur q generatio naturalis latronis fuerit ꝑfecta ⁊ bona in eē moris: qꝛ potuit generari a castis ⁊ sanctis parētibus. Rūdeo q talis non generat a sanctis parentibꝰ inquantum latro. sed inquātuz animal uel hō. ¶ Ad secundū dico q ꝛz corruptio xꝑi fuerit bona per accidens: siue quo ad nos: nō tamē fuit bona ſm se ⁊ inquantum destructiua xꝑi: ideo non fuit bona in ratione corruptiōis ⁊ perditionis ad corruptū. In istis aūt locis debet argui de bonitate ⁊ malitia que cōueniunt per se corruptioni ⁊ corrupto.

¶ Usus ut hic sumit est operatio rei siue exercitium ipsius. ut equitare est operatio equi ⁊ secare securis. Locus ab usibus est habitudo ipius operationis ad id cuiꝰ est opatio siue usus. ⁊ est constructiuus ⁊ destructiuus. Cōstructiuus sic. eqtare est bonū. ergo equꝰ est bonus. Maxima. Cuius usus bonꝰ est: ipm quoqz bonū est. Destructiuꝰ sic. occidere hominem malū est: ergo occisoꝛ est malus Maxia. Cuiꝰ usus malus est: ipꝫ quoqz usitatū malū est. Econtra est de loco ab usitato.

¶ Uterius declarat auc. de loco ab usibus. Et ꝓmo diffinit qđ sit usus di. q usus est opatio siue exercitiū rei. Est nāqz usus opatio qua utimur aliq̄ re: ut secare est opatio qua utimur securi: ut instrumento. ⁊ equitare est opatio qua utimur equo. Securis autē seu equus dicit res usitata. Locus ab usibus est habitudo usus ad usitatuz: ⁊ tenet affirmatiue respectu hoꝝ ꝑdicatoꝝ bonū ⁊ maluz ut secare est bonū: ergo securis est bona. Occidere est malum: ergo occisoꝛ est malus. Maxima. Cuiꝰ usus bonus est ipum quoqz bonū est. Et cuius usus malus est ipsum quoqz malū est. Quod nō est intelligendū de bonitate uel malitia simpliciter: sed per comparationē ad ipsum usum. ⁊ econuerso potest argui de usitato ad ipm usuz. ¶ Sz cōtra predicta arguitur sic. Non sequitur. usus legiz est malus: ergo leges sunt male: qꝛ antecedens potest esse uerum: ⁊ consequens falsum. Potest enim aliquis male uti

legibus

legibus:ut peruertẽdus iustitiã ꝛ oppꝛimendũ pau peres. Item põt aliquis male uti pane: ut si utatur pane ad percutiẽdum:ꝛ tamẽ nõ ſequꝛ q panis ſit malus. Item videꝯ q iſte locus non differat a loco cauſe finalis.qꝛ finis eſt illud ad qõ res oꝛdinaꝯ.ſed uſus eſt huiuſmodi reſpectu rei uſitate:ut equus oꝛ dinatur ad equitandũ:ergo locus ab uſibus ꝛ locꝰ a cauſa finali ẽrũt idem. ¶ Rñdeo ad pmum dico q uſus ad quẽ ſunt leges oꝛdinate eſt bonꝰ ſicut ꝛ ipſe leges. Sunt enĩ oꝛdinate ad pacẽ ꝛ iuſtitiam cõſeꝛ uandas. Si vo aliquis utaꝯ ipſis puerſe non utitur ipſis ad illud ad qõ ſunt inſtitute. Unde talis magis dicit abuti legibꝰ q uti. ¶ Ad aliud idem dicẽdus eſt de uſu panis. Ad aliud dico q qz uſus poſſit ha bere ratione finis:ut dictũ eſt in pcedentibꝰ iſti ta men loci ſunt diſtincti. Nõ enĩ eſt incõueniẽs ſuper eandẽ rem diuerſos locos fundari ſm diuerſas ha bitudines ibi cõſideratas. vñ ipſa opatio ſm q res uſitata eſt ad ipſam oꝛdinata poterit fundare locuz a cauſa finali:ſm vo q eſt per utentẽ exercitata fun dabit locum ab uſibus.

Cõmuniter accidẽtia ſunt duplicia. Que dam enĩz ſunt que aliqñ ſe conſequũtur ꝛ aliquãdo nõ:ut comtus ꝛ adulter.ꝛ ab his non ſumit locus dyalecticus: qz ſophiſticꝰ. Alia ſunt quoꝝ vnuz ſemp ſequitur ad aliud.ut penitere ſequit ad deliquiſſe.ꝛ ab his ſumit locus dyalecticus. Et tenet cõſtructiue ꝛ de ſtructiue. C Cõſtructiue ſic iſte penitet:ergo de liquit. Maxima. Si cõmuniter accidentiũ poſterius ineſt ꝛ pꝛimum infuit. Deſtructi ue ſic. Iſte non deliquit:ergo non penitet. Maxima. Si communiter accidentiũ pꝛiꝰ non ineſt:ꝛ poſterius non inerit.

¶ Deinde tractat auctoꝛ de loco a cõiter accidentibus. Talia vo ſunt duplicia ſicut patet in tertu. ¶ Cõtra hoc arguit dupliciter. pmo ſic. xps nõ delinquit ꝛ tñ penituit cuz peccata nꝛa in coꝛpoꝛe ſuo poꝛtauit ſup lignũ. Penitere enĩ eſt penã tenere.ergo in his nõ ualet argumẽtum negatiue. Itẽ deũ penituit hoiem feciſſe:ut habeꝯ in libꝛo Geñ. ꝛ tamẽ deus nõ delinquit.ergo in his nõ ualet argumẽtum a poſteriori affirmatiue. ¶ Rñdeo ad argumenta. Ad pmum dico q qz xps penã peccatoꝝ noſtroꝝ poꝛtauerit:nõ tamẽ penituit ppꝛie loquẽdo. Peni tentia enĩ pꝛopꝛie eſt doloꝛ uoluntarie aſſumptꝰ pꝛo peccato a ſe cõmiſſo. Dicitur tamẽ aliqs penitẽtiam agere pꝛo delicto alterius extenſo noie penitentie. ¶ Ad ſecũdum dico q ibi eſt locutio metapho rica. Dicimus enĩ deũ penituiſſe:qꝛ ad modũ peni tentis ſe habuit delendo opus qõ fecerat.

De locis extrinſecis.

Sequitur de locis extrinſecis. Quid autẽ ſit locus extrinſecus dictum eſt pꝛius. Locoꝝ autẽ extrinſecoꝝ aliꝰ eſt ab oppoſitis.alius a maioꝛi.alius a minoꝛi.aliꝰ a ſimili.alius a ꝓpoꝛtione.aliꝰ a trãſumptio ne.alius ab auctoꝛitate. Itez oppoſitoꝝ qua tuoꝛ ſunt ſpẽz.ſ.relatio.cõtrarietas.priuatio ꝛ cõtradictio. Relatiue oppoſita ſunt quoꝝ alterum ſine altero nõ poteſt eſſe. Locus a re latiuis eſt habitudo vnius relatiuoꝝum ad aliud.ꝛ eſt cõſtructiuus ꝛ deſtructiuus. Con ſtructiuus ſic.pater eſt:ergo filius eſt.ꝛ filius eſt:ergo pater eſt. Maxima. Poſito vno re latiuoꝝ neceſſario ponitur ꝛ reliquum. De ſtructiue ſic. Pater nõ eſt:ergo filius non eſt ꝛ ecõuerſo. Maxima. Remoto vno relati uoꝝum remouetur ꝛ reliquũ. Locus vo a re latiue oppoſitis tenet ſolũ deſtructiue ſic.ſoꝛ tes eſt pater platonis:ergo nõ eſt filius eius.

Poſtq̃z auc. determinauit in pcedẽtibꝰ de lo
p cis intrinſecis.hic ꝓſeq̃ntur determiat de lo cis extrinſecis. Eſt aũt locꝰ extrinſecꝰ qñ ter minus inferens eſt extra eſſentiã termini illati. Et diuidit per locum ab oppoſitis a maioꝛi:a minoꝛi: a ſimili:a ꝓpoꝛtione:a trãſumptione:ab auctoꝛita te. Locus ab oppoſitis eſt habitudo vniꝰ oppoſito rum ad reliquũ. Et diuidit ſm quatuoꝛ ſpẽs oppoſi tionis.ſ.oppoſitionẽ relatiuã cõtrariam priuatiuaz ꝛ cõtradictoꝛiã:de qbꝰ nota ea que dicta ſunt in poſt pꝛedicamentis. ¶ Circa relatiue oppoſita ſciendũ q alius eſt locus a relatiuis alius a relatiue oppo ſitis. Locus a relatiuis attendit ſm habitudinẽ coꝛ relatiuoꝝ ad inuicẽ:qꝛ vz poſita ſe ponũt ꝛ perem pta ſe perimũt:ut dictũ eſt in pdicamento ad aliqd ut ſi pater eſt filius eſt. Si pater nõ eſt filius non eſt: ꝛ ecõuerſo. Locus vo a relatiue oppoſitis attẽditur ſm repugnantiã quã habent ad eſſe in eodẽ reſpe ctu eiuſdem:ut ſi forꝛ.eſt pater platonis ſequit q nõ eſt filius eiꝰ. Maxima. Poſito vno relatiue oppo ſitoꝝum in vno ſubiecto ab eodẽ remouet reliquuz. Unde relatiue oppoſita ſe excludunt mutuo reſpe ctu eiuſdẽ. ¶ Sed cõtra pꝛedicta arguit ſic.antece dẽs ꝛ conſequẽs ſunt relatiua iter ſe cũ in oi loco ſit ha bitudo termini inferẽtis ad terminũ illatũ ergo oꝰ locꝰ eſt a relatiuis. Nõ ergo debet locꝰ iſte diſtingui ab aliꝭ locis. Itẽ nõ ſequit forꝛ.eſt pꝛ hois:ergo non eſt filiꝰ hois:ꝛ tamẽ arguit ibi a relatiue oppoſitis. ¶ Reſpondeo ad pmũ q qz in oi loco ſit habitudo termini inferẽtis ad teminũ illatum: nõ tamẽ ter mini ſubſtracti ſunt eſſentialiter relatiui:qõ requiri tur ad iſtum locũ. ¶ Ad ſecũdum dico q ibi nõ ar gmitur a relatiue oppoſitis:qꝛ forꝛ.non dicit pater ꝛ filius reſpectu eiuſdẽ:ſed reſpectu diuerſoꝝum.

Contrarietas eſt cõtrarioꝝuz oppoſitio:ut albi nigri. Contrarioꝝum quedam ſunt me diata:ut album ꝛ nigruz: iter que ſunt medij colores. Quedam vo immediata:ut ſanum ꝛ egruz circa animal. Locus a ctrarijs eſt ha bitudo vnius contrarioꝝum ad reliquum.ꝛ tenet cõſtructiue ꝛ deſtructiue. Conſtructiue ſic.hoc animal eſt ſanum:ergo non eſt egruz. Maxima. Poſito vno cõtrarioꝝum remo uetur ꝛ reliquuz. Deſtructiue tenet tñ in cõ trarijs immediatis cum cõſtãtia ſubiecti. ut hoc animal non eſt ſanum: ergo eſt egrum. Maxima. Remoto vno contrarioꝝum po nitur reliquum ſubiecto manente.

¶ Contrarioꝝum quedã ſunt mediata:ꝛ quedã im mediata. Contraria mediata ſunt illa inter que ca dit aliqua forꝛma media eiuſdem generis que parti cipat utrunqz extremũ:ut album ꝛ nigruz inter que cadunt rubeuz: viride:croceũ:ꝛ alij medij coloꝛes.

Immediata aũt dicunt illa inter que nõ cadit medium ſm formã. bene tamẽ cadit medium ſm ſubiectũ qđ dicit mediũ per abnegationẽ utriuſq; ut ſanum ⁊ egrũ: lignũ enim nec eſt ſanũ nec egrũ. Locus a cõtrarijs eſt habitudo vnius cõtrariorum ad reliquũ: ⁊ tenet affirmatiue. ſ. a poſitiõe vni⁹ ad remotionem alteri⁹ tam in cõtrarijs mediatis q̃ imediatis: ut ſor. eſt albus: ergo nõ eſt niger. ſor. eſt ſanus: ergo nõ eſt eger. Maxima. Poſito vno cõtrariorũ in aliquo ſubiecto ab eodẽ remouet reliquũ: qđ patet q⁹ cõtraria ſunt forme maxime diſtantes que vicißim inſunt: ⁊ mutuo ſe expellunt: ut patuit in poſt ꝑdicamẽtis. In ⁊trarijs aũt imediatis tenet deſtructiue. ſ. a negatiõe vnius de aliquo ſubiecto ad poſitionem alterius: ut ſor. nõ eſt ſanus. ergo eſt eger. Maxima. Remoto vno ⁊rioꝝ imediatoꝝ ponitur reliquũ. Ad hoc aũt duo requirunt. ꝓmo conſtantia ſubiecti: q⁹ videlicet ſubiectũ ſit in rerũ natura. Et ideo nõ ſequit. antixp̃s nõ eſt ſanus. ergo eſt eger. ſecũdo requirit q⁹ arguat reſpectu ſubiecti determiati: qđ videlicet ſit aptum natũ recipere huiuſmodi ⁊traria: ⁊ ideo nõ ſequit. Lignũ nõ eſt ſanũ: ergo eſt egrum. q⁹ lignũ non eſt ſubiectũ aptũ natum ad ſuſceptionem ſanitatis uel egritudinis. Sed ⁊tra p̃dicta arguitur de ſcuto cuius medietas eſt alba ⁊ medietas nigra: q⁹ nõ ſequit hoc ſcutũ eſt album: ergo nõ eſt nigrũ. ergo locus a ⁊ꝝ non tenet affirmatiue. Rñdeo q⁹ antecedẽs eſt falſum: q⁹ tale ſcutũ nec eſt ſimpliciter album: nec ſimpliciter nigrum: ſed tñ ſm quid.

Que autẽ ſunt priuatiue oppoſita dictum eſt prius. Locus a p̃uatiue oppoſitis eſt habitudo priuationis ad habitũ: uel habit⁹ ad priuationem. ⁊ tenet conſtructiue. ut iſte eſt videns: ergo non eſt cecus: uel eſt cec⁹: ergo nõ eſt videns. Maxima. Poſito vno priuatiue oppoſitoꝝ reliquum. Deſtructiue nõ tenet niſi cum conſtantia ſubiecti: ⁊ cum tpe determinato a natura. Catulus enim nõ dicit videns nec⁹ cec⁹ añ nonũ diẽ. Et puer nõ dicit edentulus añ tps determinatũ a natura.

¶ Deinde determinat auc. de p̃uatiue oppoſitis quoꝝ vnũ dicit negationẽ alterius in ſubiecto apto ad talem formã. ¶ Circa qđ notandũ q⁹ dupler eſt priuatio: quedã pfecta: alia impfecta. Priuatio pfecta ſiue ꝓprie ſumpta eſt que p̃uat habitũ ſeu formã ⁊ tollit principiũ ꝓximũ eius: ut cecitas que priuat viſum ⁊ tollit debitam diſpoſitionẽ oculi ad videndum. De iſta itelligit dictũ Ari. in p̃dicamẽtis q⁹ a p̃uatione in habitũ impoſſibilis eſt regreſſus. Alia eſt priuatio magis large ſumpta: q⁹ z priuet habitũ nõ tamẽ ei⁹ p̃ncipium corrũpit: ut quies eſt priuatio motus: ⁊ tenebra eſt priuatio lucis: ⁊ ignorãtia ſcientie. Et ab hac bene eſt poſſibilis regreſſus ad habitum ſeu formã quã p̃uat. Locus a p̃uatiue oppoſitis eſt habitudo p̃uatiõis ad habitũ ⁊ ecõuerſo: ⁊ tenet affirmatiue. ſ. a poſitione vnius ad negationẽ alterius: ut ſor. eſt videns. ergo nõ eſt cecus. uel eſt cec⁹ ergo nõ eſt vidẽs. Maxima. Poſito vno priuatiue oppoſitoꝝ remouet reliquum. Negatiue vo non tenet niſi cũ conſtantia ſubiecti ⁊ tempore determiato a natura. Unde nõ ſequit. Antichriſtus nõ eſt videns: ergo eſt cecus: q⁹ antixp̃s nondũ eſt. Item nõ ſequit Catulus ante nonũ diem non eſt videns: ergo eſt cecus: q⁹ non habet tempus determinatuꝝ a natura ad videndũ. Item nõ ſequitur. Lapis non eſt videns: ergo eſt cecus: q⁹ cecitas dicit carentiã viſus in ſubiecto apto nato cuiuſmodi nõ eſt lapis. Non ualet etiã argumẽtum a negatiõe actus ad poſitionẽ p̃uationis qñ priuatio dicit nõ ſolũ negationẽ actus: ſed etiã corruptionẽ principij ipſius: ⁊ iõ de illo qui dormit uel claudit oculos nõ ſequit: iſte non videt actu ergo eſt cecus.

Contradictio eſt oppoſitio cuius ſ̃z ſe nõ eſt dare medium. Locus a cõtradictorie oppoſitis eſt habitudo vni⁹ contradictorie oppoſitorũ ad reliquum ut ſortẽ ſedere eſt uerũ ergo ſortez non ſedere eſt falſuz. Maxima. Si vnũ ꝯdictoriorum eſt uerũ: reliquũ erit falſum. ¶ Conſequẽter auc. agit de ꝯdictione ipſam diffiniendo ſic. Contradictio eſt oppoſitio cui⁹ ſm ſe nõ eſt dare mediũ. ¶ Circa qđ notandũ q⁹ carere medio aliter cõuenit contrarijs imediatis uel priuatiue oppoſitis: aliter ⁊tradictorijs. Contraria enim imediata ſ̃z nõ habeãt mediũ ſm ſe ſiue ſm formaz habent tamẽ mediũ per accidens ſiue ſm ſubiectũ ut lapis nec eſt ſanus nec eger. Contradictoria vo nullo mõ habẽt mediũ. ꝓbaf q⁹ quãdo aliqd per ſe ieſt alicui eius oppoſitũ ſibi nõ ꝓuenit nec per ſe nec per accidens. Sed carere medio ineſt cõtradictioni per ſe: ut patet ex eius diffinitiõe: ergo nullo modo ſibi cõuenit habere mediũ. Eſt aũt dupler cõtradictio. ſ. ꝓpoſitionũ ternioꝝ. ⁊ de ꝑma dictũ eſt in primo tractatu. de ſecũda vo dictum eſt in poſt predicamẽtis. Termin⁹ enim ſumpt⁹ cũ negatiõe ⁊ ſumptus ſine negatiõe cõtradicũt: ut homo ⁊ nõ homo. Unde de quolibet uerum eſt dicere q⁹ eſt homo uel nõ homo: ut ibi fuit declaratũ. Locus a cõtradictorijs eſt habitudo vnius cõtradictorij ad reliquum. ⁊ poteſt ſumi ſm vtrãq; contradictionẽ. Sed in cõtradictiõe propoſitionũ debet argui reſpectu horũ p̃dicatorũ uerum ⁊ falſum: ut ſor. currere eſt uerum ergo ſor. non currere eſt falſum. Maxima. Si vnũ cõtradictoriorum eſt uerũ reliquũ eſt falſum. In cõtradictione vo terminorum debet argui ab affirmatione vnius ad negationẽ alterius: ut ſor. eſt homo. ergo ſor. non eſt nõ homo. ¶ Et notãduz q⁹ Ariſto. in tertio thopicorũ ponit duas conſequẽtias circa oppoſita: quarũ vna dicit conſequẽtia ecõtrario. alia vo conſequẽtia in ipſo. conſequẽtia ecõtrario eſt quando ex oppoſito conſequentis infert oppoſitũ antecedẽtis: vt ſi eſt homo. eſt animal: ſi nõ eſt animal. ergo nõ eſt homo. conſequentia autẽ in ipſo eſt in qua ex eo q⁹ aliquod predicatũ affirmatur de aliquo ſubiecto oppoſitũ p̃dicati affirmat de oppoſito ſubiecti: ut iuſtitia eſt virt⁹: ergo iniuſtitia eſt vitiũ. Si enim oppoſitum in oppoſito ⁊ propoſitũ in ꝓpoſito. hoc eſt ſi oppoſitum vitij inſit oppoſito iniuſtitie: vitium inerit iniuſtitie. ¶ Sed ⁊tra hoc arguit ⁊ videtur q⁹ inter contradictoria ſit medium: q⁹ ibi eſt cõtradictio media. ergo ꝛc. ¶ Reſpondeo q⁹ z inter cõtradictoria ſit cõtradictio uel relatio ratiõis media: ⁊ ſic ſit ibi medium ſm rationẽ: non tamen ſm rem. Ipſa etiam relatio rationis non ſic mediat inter contradictoria quin de illa dicatur altera pars contradictionis. ⁊ non ambe partes ſimul. eſt enim ens uel non ens.

Sunt autem alia oppoſita que dicuntur

diſpara

diſpatà que nõ ſunt oppoſita ſm aliq̃ gen⁹ predicte oppoſitionis: ſz ſunt diuerſa. ut homo ⁊ aſinus. ⁊ a talibus ſumitur ſic argumẽtum. ſortes eſt hõ: ergo non eſt aſinus. ℳaior patet. ℳinor. De quocunq; dicitur vnum diſpatoꝝ abſtractiue: ab illo eodem remouetur ⁊ reliquum. dicitur notãter abſtractiue: quia ſi concretiue ſumerentur tũc nõ ſequereꝫ. qz nõ ſequiꝫ hoc eſt albũ: ergo nõ eſt q̃tũ: ſz bñ ſequiꝫ hoc eſt albedo: ergo non eſt quãtitas.

¶ Ulterius determinat auctor de loco a diſpatis. Sunt aũt diſpata illa que ſic habẽt rationes ſeparatas q̃ de inuicẽ non poſſunt uerificari: ut homo ⁊ aſinus. quãtitas ⁊ albedo: ſz aũt talia poſſent reduci ad aliquã oppoſitionum predictarũ ſub nulla tamen earuz per ſe: ⁊ formaliter includunt. ℒocus a diſpatis eſt habitudo vnius diſpatoꝝ ad reliquum ⁊ tenet affirmatiue. ut ſor. eſt hõ. ergo nõ eſt aſinus. ℳaxima. De quocũqz dicit vnuz diſpatoꝝ ab eo remouet reliquum. Nõ tenet aũt negatiue. nõ enim ſequit. non eſt homo ergo eſt aſinus. Accidẽtia etiam in cõcreto cum de ſe inuicẽ uerificentur nõ ſunt diſpata: ut albũ eſt quantum: ſed bene in abſtracto. Albedo eni non eſt quãtitas.

ℳaior ut hic ſumit̃ eſt quod ſupponitur alicui in potẽtia ⁊ virtute. ℳinus eſt qđ ei ſupponitur. ℒocus a maiori eſt habitudo ipſius maioris ad min⁹. ⁊ eſt ſemper deſtructiuus. ut rex non poteſt expugnare caſtrum ergo nec miles. ℳaxima. Si id quod magis videtur ineſſe non ineſt: nec id qđ min⁹ videt̃ ineſſe non inerit. ℒoc⁹ a minori eſt habitudo minoris ad maius. ⁊ eſt ſemp conſtructiu⁹. ut miles poteſt expugnare caſtrũ: ergo ⁊ rex. ℳaxia. Si id qđ minus videt̃ ineſſe ineſt: ⁊ id quod magis videur ineſſe inerit.

¶ Deinde determiat auc. de loco a maiori. Eſt autem maius ſicut patet in textu. ¶ Sed cõtra hunc locum arguiꝫ ſic. Epiſcopus nõ põt ducere vroꝛem ergo nec ruſticus. ⁊ tamen arguitur a maiori ad minus negatiue. ¶ Reſpõdeo q̃ ſz epiſcopus ſit maioris poteſtatis q̃ ruſticus: tamẽ illud p̃dicatuz ducere uroꝛẽ non magis videt̃ ineſſe epiſcopo q̃ ruſtico: imo ſibi repugnat. In hoc autẽ loco nõ debet argui a maiori ad minus abſolute: ſed debet argui reſpectu predicati quod magis videtur ineſſe vni q̃ alteri.

Similitudo eſt rerum differentium eadẽ qualitas. ℒocus a ſimili eſt habitudo vnius ſimilium ⁊ reliquum. ⁊ tenet ⁊ ſtructiue ⁊ deſtructiue. ℭonſtructiue ſic. ſicut riſibile ineſt homini: ita hinnibile ineſt equo. ſed riſibile ineſt homini ut propriuz: ergo hinnibile ineſt equo ut propriũ. ℳaxima. De ſimilib⁹ idez eſt iudiciũ. Deſtructiue ſic. ſicut riſibile ineſt hoi: ita hinnibile ineſt equo: ſz riſibile nõ ineſt hõi ut gen⁹: ergo nec hinnibile ieſt equo ut gen⁹. ℳaxia. De ſilibus idẽ eſt iudiciũ.

¶ Conſequenter determinat auc. de loco a ſimili. ℒocus a ſimili eſt habitudo vnius ſimilis ad reliquũ: ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue. Affirmatiue ſic Sicut riſibile ineſt homini ita hinnibile equo: ſed riſibile eſt ꝓpriũ hominis. ergo hinnibile equi. ℳaxima. Si vnũ ſimiliũ ineſt ⁊ reliquũ: uel de ſil'ib⁹ idez eſt iudiciũ. Negatiue ſic. Sicut riſibile eſt hois ita hinnibile eq: ſz riſibile nõ eſt accidens hõis: ergo nec hinnibile eq. ℳaxima. Si vnũ ſil'iuz nõ ineſt: nec reliquũ. Et debet argui per hũc locũ. de ſimilib⁹ iquã tũ ſunt ſimilia: ⁊ non inquãtũ ſunt diſſimilia. ¶ Sz cõtra arguiꝫ ſic. In loco dyalectico inferens debet eẽ noti⁹ illato: ſed vnum ſimile nõ eſt notius altero ergo locus a ſimili nõ eſt locus dyalectic⁹. maioꝛ eſt nota. minoꝛ ꝓbatur: quia ſimilia ſunt relatiua que ſunt ſimul natura. ¶ Reſpõdeo q̃ ſimile põt capi dupliciter uel formaliter ꝓrelatiõe ſimilitudinis uel fundamentaliter. p̃mo modo vnum ſimile non eſt notius altero: quia ſimilia ſunt relatiua equiparantie. ſecũdo modo vnum eſt notius ineſſe alicui ſubiecto q̃ aliud alteri: ſicut notius eſt riſibile ineẽ homini q̃ hinnibile equo. Et hoc modo ſumiꝫ loc⁹ a ſimili. ſcilicet pro fundamẽto quod denominatur a relatione ſimilitudinis. ℙrimo autẽ modo arguendo a ſimili ſm relationem ſimilitudinis eſt loc⁹ a relatiuis. ut ſoꝛ. eſt ſimilis platoni: ergo plato eſt ſimilis ſorti.

ℙroportio eſt rerum differentium eadez habitudo. ℒoc⁹ a proportione eſt habitudo vnius proportionabilium ad reliquuz. ut ſicut ſe habet rectoꝛ nauis ad nauem: ita ſe habet rectoꝛ ſcolarium ad ſcolas: ſed in naui regenda eligendus eſt rectoꝛ non ſorte ſed arte. ergo in ſcolis regendis eligendus eſt rectoꝛ non ſorte ſed arte. ℳaxima. De proportionalibus idem eſt iudicium. Differt autẽ iſte loc⁹ a loco a ſimili. quia in loco a ſimili ſumitur comparatio ſecundum ſimilitudinez inherentie. ut ſicut riſibile ineſt homini: ita hinnibile ineſt equo. In loco autez a proportione non attenditur ſimilitudo inherentie. ſed comparatio habitudinis. ut ſicut ſe habet rectoꝛ nauis ad nauem: ita ſe habet rectoꝛ ſcolarium ad ſcolas.

¶ Inſuper determinat auctoꝛ de loco a ꝓportione di. q̃ ꝓportio eſt rerũ differentiũ ſimilis habitudo. ¶ Circa qđ notandũ q̃ proportio ꝓprie eſt habitudo vnius quãtitatis ad aliã: ⁊ hec eſt dupler. ſ. equalitatis: cum. ſ. numerus equalis comparaꝫ numero equali: ut duo ad duo. Alia eſt ꝓportio inequalitatis cum ſcilicet numeri ſunt inequales. Unde aliquando numerus maioꝛ continet minoꝛem bis: ut ſe habent quatuoꝛ ad duo. ⁊ ſic eſt ꝓportio dupla. aliquã do continet ipſum ter: ut ſex ad duo: ⁊ ſic eſt ꝓportio tripla. aliquãdo vo quater. ⁊ ſic eſt ꝓportio quadrupla. ⁊ ſic in infinitum. aliquando vo numerus maioꝛ continet totum minoꝛem numerum ⁊ aliquam partem eius: ⁊ hoc fit multis modis. Si enim cõtineat totum ⁊ mediã partem eius dicitur proportio ſerquialtera: ut tria ad duo. Si autẽ contineat totũ ⁊ tertiam partem eiꝰ dicitur ſerquitertia: ſicut quatuoꝛ ad tria. Si vo totum ⁊ quartam partem contineat dicitur ſerquiquarta. ut quinqz ad quatuoꝛ. ⁊ ſic deinceps: de quo pamplius alias videbiꝫ. ℙroportionalitas autez fundatur ſuper proportiones.

Est enim ut dicit Euclydes 5° geometrie similitudo proportionum. Et hoc dupliciter q:uel ſm identitatem exceſſus uel ſm identitatez ꝓportionis ſi ſit identitas uel equalitas exceſſus dicitur proportionabilitas ariſmetrica. ut ſicut ſe habent ſex ad quatuor ita octo ad ſex. Sicut enim ſex excedũt quatuor in duab⁹ vnitatibus ſic octo ſex. Si autẽ ſit equalitas proportionis ſic dicit proportionalitas geometrica eo q maxime ualet ad geometricas mẽſuras Geometre enim ſm candẽ menſurã proportionez menſurant: ut ſicut ſe habet ſex ad quatuor: ſic duodecim ad octo. Sicut enim ſex ad quatuor eſt ꝓportio ſexquialtera ſic duodecim ad octo. Eſt ergo ibi identitas proportionis nõ tamẽ idẽtitas exceſſus plus enim duodecim excedit octo q̃ ſex quatuor. Sicut autem ſumit proportio in numeris ſic ſuo modo poteſt ſumi in magnitudinibus. Notandũ inſuper q ꝓportio aliquãdo ſumit a doctoribus pro habitudine rerum eiuſdem generis que in quadaz cõmenſuratiõe cõſiſtit ſm quã exceſſum aliquotiẽs ſumptum reddit excedens. ¶ Proportionalitas vo pro ſimili habitudine rerũ alterius generis. Sepe tamen vnũ ſumitur pro reliquo. Unde ꝓportio large poteſt ſumi pro quacũq; habitudine ubi etiaz eſt cõuenientia ſm analogiam. Locus a proportiõe eſt habitudo vnius proportionaliũ ad reliquũ: ut ſicut ſe habent quatuor ad duo ita ſex ad tria. ſed quatuor ad duo eſt ꝓportio dupla: ergo ſex ad tria eſt proportio dupla. Maxima. De proportionabilib⁹ idẽ eſt iudicium. Et per hũc locum põt argui a trãſmutata ꝓportione: quia ſm Euclydem. Si alique quãtitates proportiõabiles fuerint permutate proportionabiles erunt: ut ſicut ſe habent quatuor ad duo ita ſex ad tria: igitur comparando primũ ad tertiuz ⁊ ſecundũ ad quartũ: ſicut ſe habent quatuor ad ſex ſic duo ad tria: ſed quatuor ad ſex eſt proportio ſubſexquialtera: ergo duo ad tria erit proportio ſubſexquialtera. Differt autem locus iſte a loco a ſimili: q: ſimilitudo proprie dicit cõuenientiam in qualitate. Eſt enim ſimilitudo rerũ differẽtium eadẽ qualitas. lz poſſet extendi ad qualitatem eſſentialem. Unde dicit auctor q in loco a ſimili accipit comparatio ſm ſimilitudinem inherentium. Inherentia enim proprie reperitur in accidẽtalib⁹: lz large extendatur ad formas ſubſtantiales. Inter accidentia autem ſenſibilior eſt qualitas. ideo magis percipitur ipſam inherere. ¶ Proportio autem dicit comparationem quantitatum. ⁊ large extẽditur ad ſimilem habitudinem quarumcunq; rerum: ubi etiam nulla eſt cõuenientia in qualitate eſſentiali uel accidentali: ſed tñ ſm analogiam.

Tranſumptio eſt duplex. Quedam enim eſt quando dictio uel oratio vnuz ſignificãs tranſumitur ad ſignificandum aliud propter ſimilitudinem aliquam in eis reptam: ut hec dictio ridere tranſumitur ad ſignificandum florere: cum dicitur pratum ridet. Similiter oratio tranſumitur cum dicitur. littus aratur ideſt opera perditur. ſicut ſolet dici cuz quis inuanum laborat. ⁊ hec trãſumptio pertinet ad ſophiſticum. Alia eſt quando nomen magis notum ſumitur pro nomine minus noto: ut ſi debeat probari q philoſophus non inuidet ⁊ fiat tranſumptio ad hoc nomen ſapiens. ⁊ iſta trãſumptio pertinet ad dyalecticum. Locus a trãſumptione eſt habitudo trã ſumptionis ad tranſumptum. ut ſapiens nõ inuidet: ergo philoſophus nõ inuidet. Maxima. Quicquid alicui conuenit ſub nomine magis noto: eidem conuenit ſub nomine minus noto. differt autem iſte locus a loco a nominis interpretatione: quia in loco a nominis interpretatiõe accipitur diffinitio ſiue expoſitio nominis: ut ſi exponatur hoc nomen philoſophus per hoc quod eſt amator ſapientie. In loco autem a tranſumptione non accipitur expoſitio ſiue deſcriptio nominis ſz pro vno nomine min⁹ noto accipitur aliud nomen magis notum: per quod faciliter poteſt probari propoſitum.

¶ Ulterius determinat auctor de loco a tranſumptione. Eſt autem duplex tranſumptio. Quedã eſt quando vna dictio uel oratio ſignificãs vnum trãſumitur ad ſignificandum aliud propter ſimilitudinem in eis repertam: ut ridere quod ſignificat riſuz per os emittere trãſumitur ad florere: q: vtrũq; eſt gaudioſum. ⁊ iſta trãſumptio pertinet ad ſophiſticum. Alia eſt tranſumptio quãdo nomen magis notum ſumitur pro nomine minus noto: ut ſi ponatur ſapiẽs pro philoſopho: ⁊ iſta ptinet ad dyalecticum. Locus a tranſumptiõe eſt habitudo nominis magis noti ad nomen minus notũ. ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue: ut ſapiẽs currit: ergo philoſoph⁹ currit. Maxima. Quicqd ꝓuẽit alicui ſub noie magis noto ꝓuẽit ei ſub noie min⁹ noto. Et differt loc⁹ iſte a loco a nois iterpretatiõe: q: ibi accipitur diffinitio nominis: hic autem nomen magis notum pro minus noto. ¶ Circa quod notãdum q ſm aliquos iſte locus eſt idem cum loco a nominis interpretatione. quia tranſumptio ⁊ trãſumptum eandem rem important: ſicut interpretatio ⁊ interpretatuz. Alij vo ſequentes auctorẽ diſtinguunt locum iſtum ab illo: quia in loco a nominis interpretatione ſumitur diffinitio nominis que cõuertitur cuz interpretato. In hoc autem loco nomen magis notum ſumit pro nomine minus noto ſiue ꝓportent eandẽ rem ꝓuertibiliter ſiue non.

Auctoritas ut hic ſumitur eſt iudicium ſapientis in ſua ſcientia. Unde iſte locus ſolet denominari a rei iudicio. Locus ab auctoritate eſt habitudo auctoritatis ad illud quod per eam probatur. Et tenet conſtructiue ſolũ ut aſtronomus dicit celuz eſſe uolubile: ergo celum eſt uolubile. Maxima. Unicuiq; experto in ſua ſcientia credendum eſt.

¶ Demum determinat auctor de loco ab auctoritate. Eſt autem auctoritas iudiciuz ſapiẽtis uel experti in ſua arte. vnde auctoris iudicio denotat⁹ locus iſte. Locus ab auctoritate eſt habitudo auctoritatis ad aliud qõ per eã ꝓbat. Et tenet affirmatiue ut philoſoph⁹ dicit celũ ee uolubile ergo eſt uolubile Maxima. Cuilibet experto in ſua ſcientia credendum eſt. Quod eſt intelligendum de his que dicuntur ab experto inquantum expertus. Et ideo nõ ſequitur Ariſto. dicit mũdum nõ incepiſſe: ergo mundus non incepit. Non enim Ariſto. fuit expertus in omnibus

omnibus dictis suis. Iste autē locus nō tenet negatiue. vnde non sequitur. Aristotiles non dicit esse decem orbes celestes. ergo non sunt. De hoc dicit frater Ocham q̄ loc⁹ ab auctoritate est debilis nisi arguatur ab auctoritate illius qui fallere nec falli potest. Et ideo non sequitur. Aristo. dicit hoc: ergo est uerum quia ipe decipi potuit. Nec sequit Astrologus dicit sic: ergo ita est: quia quilibet astrologus decipi ⁊ decipere potuit. Multi etiam putātur experti qui non sunt ⁊ lz habeant memoriam eorum que viderunt uel audierunt: de his tamen certum iudicium non habent. Multi nāq; memoria vigētes habent iudicium ualde debile: uerūtamen qui experti communiter reputantur est reuerentia exhibenda: ⁊ dicta eorum non spernātur: nec reprobētur nec negentur ante q̄ cōstiterit q̄ sint dissona ueritati: sed suspensa teneatur sentētia: siue sint dicta antiquorum: siue modernorum.

De locis medijs.

Sequitur de locis medijs. Quid autē sit locus medius dictus est prius.

s

Locorum mediorum alius a coniugatis. alius a casibus. ⁊ alius a diuisione. Cōiugata ⁊ casus differūt sic. quia vniuocus siue principale siue abstractum quod idem est dicitur coniugatus cum suo denominatiuo. ut iustitia ⁊ iustū albedo ⁊ albus. Casus aūt dicunt̄ ea que cadūt a principali: ut iustū ⁊ iuste a iustitia. Et differentiam hanc assignat aristotiles in secūdo thopicorum. Locus a coniugatis est habitudo vnius coniugatorus ad reliquum: ut iustitia est bona: ergo iustum est bonum. Maxima. Quicquid conuenit vni coniugatorum conuenit ⁊ reliquo. ⁊ si vnus coniugatorum inest: inest ⁊ reliquum. Loc⁹ a casibus est habitudo vni⁹ casus ad reliquū ut iustum est bonus: ergo quod iuste fit bene fit. Maxima. Quod vni casui cōuenit: conuenit ⁊ reliquo. Et econuerso sumitur argumentum a casibus ⁊ a cōiugatis. Diuisionum alia fit per negationem. ut sortes est homo aut non homo sed non est non hō: ergo est homo. Maxima. Si aliqua duo condiuidant aliquod tertius: posito vno remouetur reliquum. Alia autem fit non per negationē ⁊ hec fit ser modis. tribus per se: ⁊ tribus per accidēs. Prima diuisio per se est generis in species. ut animalium aliud homo aliud brutum. Secunda est toti⁹ integralis in suas partes: ut domus. alia pars est paries. alia tectū alia fundamentum. Tertia vo est uocis in significata. ut canis alius latrabilis. ali⁹ piscis marinus. alius sydus celeste. Diuisionū vo per accidens. Prima est subiecti in accidētia ut animalium aliud sanum: aliud egrum. Secunda diuisio est accidentis in subiecta. ut sanorum aliud brutum aliud homo. Tertia est accidentis in accidentia. ut sanorū aliud calidum. aliud frigidus. Locus a diuisione est habitudo vni⁹ condiuidentius ad reliquū ut si sortes est animal. aut est animal rōnale aut irrationale. sed non est irrationale ergo rationale. Maxima. Posito vno membrorum diuidentium in aliquo subiecto: remouetur reliquum. ⁊ similiter in qualibet alia diuisione. Et hec de locis dicta sufficiant.

Istō; auctor determinauit de locis extrinsecis. hic consequēter determinat de locis medijs. Prius autez auctor determinat de locis extrinsecis q̄; medijs: q: intrinsecum ⁊ extrinsecum opponūtur. Opposita autem iurta seposita magis elucescunt. Quid autem sit loc⁹ medius dictum est prius: ⁊ diuiditur per locum a coniugatis a casibus ⁊ a diuisione. Coniugata sunt abstractū ⁊ ꝯcretus. Abstractum vo dicitur principale: ⁊ cōcretum dicitur sumptum q: sumitur ab alio: ut album ab albedine. Que dicuntur coniugata propter cōnexionem quā habent ad inuicē. Significat enim idē lz alio modo: quia concretum significat formam cū cadentia siue inherētia ad subiectum. abstractum vo sine tali cadentia. Locus a coniugatis tenet affirmatiue: ut albedo est color: ergo album est coloratum. Maxima. Si abstractum dicatur de abstracto: ⁊ concretum de concreto: ⁊ ecōuerso. ¶ Circa quod notandum q̄ hec non habet ueritatem in cōcretis de genere substantie. Unde non sequitur: homo est animal: ergo humanitas est animalitas. Itē non tenet iste locus nisi in predicatis per se. Unde non sequitur: album est quantū: ergo albedo est quātitas. Notandum insuper q̄ abstractum potest dupliciter considerari. vno modo ut informat suū subiectum: ⁊ dat ei esse: ⁊ sic ab abstracto ad ꝯcretus est locus a causa formali ad suum effectus. Alio modo inquantum partim cōuenit cū ipo: ⁊ partim differt ⁊ sic sumitur ab eis locus a coniugatis. Casus dicuntur concretum cum aduerbio que dicuntur casus: quia cadunt ab abstracto: ut bonus ⁊ bene a bonitate: lz autem in coniugatis vnum cadat ab alio: non tamen ambo a tertio. Locus a casibus est habitudo vnius casuum ad reliquus: ut iustum est bonū: ergo quod iuste fit bene fit. Maxima. Si concretū asseratur de concreto: ⁊ aduerbium de aduerbio.

¶ Diuisionum alia fit per negationem: ut sortes aut est hō: aut nō hō. Alia fit per affirmatiōes: ⁊ hec fit trib⁹ modis per se: ⁊ trib⁹ modis p accidēs. Prim⁹ modus per se est diuisio generis in suas spēs uel differētias. ut animalium aliud rationale: aliud irrationale. uel animalium aliud homo aliud brutus. Secundus est diuisio totius integralis in suas partes: ut domus alia pars est tectus: alia paries: alia fundamentum. Tertius est nominis uel uocis in significationes: ut canis: alius latrabilis: alius piscis marinus: alius sydus celeste. ¶ Et notandum q̄ lz significata accidant uoci ꝑm se considerate: ut est quedam qualitas. de tertia specie qualitatis continentur tamen per se sub ea inquantum est significatiua.

¶ Diuisio etiam per accidens est tripler. quedam enim est subiecti in accidentia: ut animalium aliud

sanū aliud egrum. secunda est accidentis in subiecta. ut sanorum aliud est homo aliud brutum. tertia est accidentis in accidentia. ut sanorum aliud est album aliud nigrum: ⁊ dicitur hec diuisio per accidens: quia membra diuidentia accidunt diuiso: nec per se continentur sub eo. Locus a diuisione est habitudo vnius diuidentium ad reliquum ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue quando diuisio fit per duo membra immediata: ut homo est animal rationale uel irrationale: sed est animal rationale. ergo non est irrationale. Sortes est homo uel nō homo: sed non est non homo. ergo est homo. Maxima. Posito vno condiuidentium immediatorum in aliquo subiecto ab eodem remouetur reliquum: ⁊ remoto vno ponitur reliquum. Et hoc habet ueritatē quādo vnum diuidentium asseritur uel negatur de aliquo contento sub diuiso. ⁊ ideo non sequitur. Lapis non est animal rationale: ergo est irrationale: quia lapis non continetur sub animali. In diuisione autem que continet plura membra que non sunt immediata bene arguit affirmatiue sed non tenet negatiue nisi a negatione sufficienti ceterorum membrorum ad positionem vnius: ut sor. nec est albus nec rubeus nec viridis: ⁊ sic de alijs medijs coloribus. ergo est niger. ¶ Et notandum q̄ mēbra diuidentia alicuius diuisionis possunt dupliciter considerari. vno modo ſm rationes proprias eorum: ⁊ sic sunt opposita uel disperata. Et ab ipsis sumitur locus extrinsecus. Alio modo considerantur inquātum partim conueniunt cū diuiso ⁊ partim differūt ⁊ sic faciunt locum a diuisione.

Incipit sextus tractatus.

8 Yllogismorum alius demōstratiuus: alius dyalecticus: aliꝰ sophisticus siue litigiosus. Syllogismꝰ demonstratiuus est qui ex primis ueris ⁊ immediatis est syllogizatus: aut ex talibus que per aliqua prima ⁊ uera principium sue cognitionis sumpserunt. Dyalecticus est qui ex probabilibꝰ est syllogizatꝰ. Sophisticus ut diffinitur ab aristotile in elenchis est qui apparet esse syllogismus ⁊ non est: aut qui est syllogismus sed non est conueniens rei. Disputatio est actus syllogisticus vnius ad alterum ad aliquod propositum ostendendum. Disputationis quatuor sunt species. scilicet doctrinalis. dyalectica. tēptatiua ⁊ sophistica. Disputatio doctrinalis est que syllogizat ex proprijs principijs vnius cuiuscz̄ discipline: ⁊ non ex his que videnť respondenti. Et huius disputationis instrumentum est syllogismus demonstratiuus. Disputatio dyalectica est que ex probabilibus syllogizat: ⁊ est collectiua cōtradictionū. ⁊ eius instrumentū est syllogismus dyalecticus. Temptatiua vō disputatio est que syllogizat ex his que vidētur respondenti: ⁊ necesse est eum scire qui se similat habere scientiā Huius autē disputationis instrumentum est syllogismꝰ tēptatiuꝰ. Syllogismꝰ tēptatiuꝰ est qui procedit ex his que videntur respondenti. Disputatio sophistica est que ꝓcedit ex his que videntur probabilia ⁊ non sunt. Huius autem disputationis instrumentum est syllogismus sophisticꝰ. Syllogismus sophisticus ordinatur ad quinq̄ methas: que sunt redargutio. falsum. inopinabile. soloecismus ⁊ nugatio. Est aūt metha incōueniens quoddam ad quod opponens sophista nititur videri ducere respondentem. Redargutio est prenegati concessio uel preconcessi negatio in eadem disputatione vi argumentationis facta. vnde nisi vi argumentationis hoc quis faciat: nō propter hoc erit redargutus. Similiter nec in diuersis disputationibus. Falsum ut hic sumitur est manifeste falsum. Nam si sophista ducat respondentem ad falsum occultum: non propter hoc assequitur suum finem. Inopinabile est quod est cōtra opinionem omnium uel plurium uel maxime sapientum: ut matrem nō diligere filiū. Soloecismus est vitium in contextu partium orationis contra regulas artis grammatice factum: ut vir mea. Nugatio est vniꝰ ⁊ eiusdem ex eadem parte inutilis repetitio: ut homo currit. dico autem ex eadem parte: quia si in diuersis partibus idem repetatur non erit nugatio. ut homo est homo. risibile est risibile. Dico autem inutilis repetitio. quia si idē repetatur ad maiorem expressionem laudis affectionis uel vituperij. non esset nugatio. ut deus deus meus. latro latro quo uadis. Iste autem quinq̄ fines ulterius ordinātur ad vnum finem principalem qui est apparens sapientia ⁊ non existēs. Sophista autem non ducit ad istos fines suum respondentē: nisi per eos deueniat ad ultimum finem principalem qui est apparens sapientia uel scientia. Et cum quilibet debet premeditari suum finem: ideo determinatio finium debet precedere determinationem fallaciarum.

p Postq̄ auctor determinauit in precedentibus de syllogismo dyalectico. Hic consequēter determinat de syllogismo sophistico. Ad cuius euidentiam diuidit syllogismum in demonstratiuum dyalecticum ⁊ sophisticum. Syllogismus demonstratiuus est qui ex primis ueris est syllogizatus: aut ex talibꝰ que per aliqua prima ⁊ uera principium sue cognitionis sumpserunt. demonstratio enim aliquando fit ex principijs simpliciter ꝑmis que cognoscunť cognitis terminis ita q̄ cognitio eorum non dependet ex alijs prioribus: ⁊ quo ad hoc syllogismus demonstratiuus dicitur esse syllogizatus ex primis ueris. aliquando vō demonstratio fit ex principijs que nō sunt simpliciter prima que tz sint principia respectu aliquorum: sunt tamen conclusiones respectu primorum principiorū: ut dictū est. secūdo capitulo de locis dyalecticis

⁊ quo

ꝛ quo ad hoc dicitur aut ex talibus que per aliqua prima ꝛ uera principium sue cognitionis sumpserunt. Talia enim ly non sint simpliciter prima: tamen euidenter possunt demonstrari ex primis ꝓncipijs. Notandum autem ꝙ in demonstratiõe propter quid ꝛ potissima diffinitio subiecti est medius ad probandum passionem de subiecto. Et ideo de tali dicit Aristo. primo posteriorũ ꝙ augentur demõstrationes nõ per media sed in post assumẽdo ꝛ in latus. Cum enim vnius rei sit tñ vna diffinitio quiditatiua non poterit in tali demonstratione eadem passio ꝓbari de subiecto per plura media. Et ideo demonstrationes nõ augent seu non multiplicantur per media sed in post assumendo bene multiplicant: videlicet sumendo sub maiori extremitate: ut si arguatur sic. Omnis substãtia corporea animata sensibilis est egrotabilis. Omne aial est substantia corporea animata sensibilis: ergo omne animal est egrotabile. Et tunc potest multiplicari hec demonstratio sumẽdo sub animali aliquod iferius sic arguendo. Omne animal est egrotabile: omnis hõ est animal: ergo omnis homo est egrotabilis. ℙotest etiã multiplicari in latus assumẽdo videlicet plures species ꝓtentas sub medio: ut equus est substantia aiata sensibilis: ergo equus est egrotabilis. ꝛ sic de alijs. ℙer syllogismũ autez demonstratiũ ageneratur in nobis sciẽtia. Est enim demonstratio syllogismus faciẽs scire. ℍoc aũt non intelligitur de sciẽtia cõiter sumpta: que est apprehẽsio neritatis qualitercũqz se habẽtis: sed de sciẽtia prop prie sumpta: que ꝑm Sco. in ꝓlogo ꝑ. sen. est cognitio certa absqz deceptiõe uel dubitatiõe. de cognito necessario. causata a causa euidente. per discursum syllogisticum. hoc apparet ex diffinitiõe scire ꝑmo posteriorũ: ubi dicit ꝙ scire opinamur vnũquodqz simpliciter ꝛ nõ sophistico modo qui est secundum accidens cũ causam arbitramur cognoscere ꝓpter quã res est: ꝛ quoniã illius rei est causa ꝛ nõ est contingere aliter se habere: ubi per illud quod dicitur: ꝛ nõ sophistico modo qui est secũduz accidẽs: excluditur ois incertitudo ꝛ cognitio apparens ꝛ ꝑm qd ℙer hoc autem ꝙ dicitur arbitramur cognoscere causam rei designatur notitia euidens principioꝝ. ℙer hoc autẽ ꝙ dicitur ꝛ quoniam illius est causa denotatur applicatio principiorũ ad conclusiones per discursum syllogisticum. ℙer hoc autem ꝙ dicitur: non contingit aliter se habere notatur necessitas conclusionis: ubi est necessaria cõnerio predicati ad subiectum. ꝛ sic est imutabilis ueritatis quantum ad esse quiditatiuũ ꝛ specificũ quod abstrahit ab existentia que de se est uariabilis. Ex quo infert philosophus ꝙ demonstratio per quam agenerat scientia est ex primis immediatis prioribus notioribus causisqz conclusionis. ℙer prima intelligit principia que sunt immediata: ꝛ propositiones per se notas non indigentes per aliud probari. que sunt priores natura ꝛ notiores ipsa conclusione cum dependeat ab ipsis.

¶ Syllogismus dyalecticus est qui ex probabilibus est syllogizatus. Sunt autez probabilia que videntur omnibus aut pluribus aut sapientibus. Aliqua nanqz apparẽt uera omnibus: ut ꝙ omnis mater filiũ diligit. Aliqua vo non omnibus sed pluribus: ut ꝙ omnis homo desiderat scire. Alia vo solum sapientibus: ut ꝙ sol sit maior tota terra. ℙer syllogismum autem dyalecticuz generatur opinio qua quis adheret alicui parti contradictionis cum formidine de opposito. ꝛ ly iste syllogismus aliquãdo procedat ex necessarijs sicut demonstrativus nõ tamen ex euidenter notis.

¶ Syllogismus sophisticus est qui apparet eẽ syllogismus ꝛ non est: uel qui est syllogismus: sed non est conueniens rei. In hac diffinitione ponunt due partes. ℙrima est ꝙ syllogismus sophisticus apparet esse syllogismus ꝛ non est. In quo denotatur syllogismus peccans in forma. Talis enim nõ est syllogismus: quia in ipso non seruatur forma syllogistica ꝑm debitum modum ꝛ figuram: ut homo est species. ſor. est homo: ergo ſor. est species. Secũda pars huius diffinitiõis est ꝙ syllogismus sophisticus est qui est syllogismus: sed non conueniens rei. In quo tangitur syllogismus peccans in materia: quando videlicet aliqua premissarum est falsa. Talis enuz ly sit uere syllogismus. quia indebito modo ꝛ figura non tamen est conueniens rei: quia non procedit ex probabilibus realiter: sed tñ apparenter: ut ois homo est species: ſor. est homo: ergo ſor. est species ℍliquis vo syllogismus peccat in utroqz tam videlicet in materia q̃z in forma. ut ois homo est aial: nullum risibile est homo: ergo nullus risibile est animal: qui quidem peccat in materia: quia minor est falsa: ꝛ in forma: quia disponitur in prima figura in qua minori existente negativa: nihil sequitur. In ꝑsenti igitur tractatu agitur de syllogismo sophistico quantum ad eius compositionem ꝛ solutionem qui dicitur tractatus fallaciaruz: quia sophista per huiusmodi syllogismum intendit fallere respondẽtem. Et est iste tractatus utilis quia non potest malum euitari nisi cognoscatur. ℙer huiusmodi nãqz tractatum potest studiosus deprehendere omnes defectus argumentorum peccantium in forma in quacunqz materia fiant. ¶ Dicitur etiam de syllogismis sophisticis elenchis: idest apparentibus ꝛ nõ existentibus. Verus enim elẽchus est syllogismus contradictionis conclusionis. Sophista autem nõ uere sed apparenter tñ infert contradictionẽ conclusionis respondẽtis. ¶ Dicitur quoqz syllogismus sophisticus apparens ꝛ non existens: non ꝙ sit non ens simpliciter: sed ꝙ non est talis qualis apparet esse. Apparet enim esse dyalecticus ꝛ non est: sicut auricalcum ly sit aliquod ens existens: non tamen est aurum quod apparet esse.

¶ Notandum insuper ꝙ ly habitus logice qui docet componere syllogismum sophisticum ꝛ ipsum soluere sit habitus scientificus. Sophista tamẽ ꝑz ipsum non est sciens: qđ est intelligendum quantũ ad habitum ageneratum per syllogismum sophisticum. ℙer ipsum enim non generatur habitus sciẽtificus. Sed talis syllogismus ordinatur ad deceptionem respondentis ꝛ apparentem scientiaz opponentis. Item notandum ꝙ ad syllogismum sophisticum potest reduci syllogismus falsigraphus qui. ſ. procedit ex principijs alicuius scientie male intellectis. Exemplum. principiũ est in geometria ꝙ circulus est figura plana vnica linea contenta in cuius medio est punctus a quo omnes lince ducte ad circumferentiã sunt equales. Si igit aliquis ab illo puncto qui dicit centrũ circuli ducat duas lineas ad circumferentiã vnã recte ꝛ aliã tortuose: ꝛ arguat sic. Omnes linee ducte a centro circuli ad circũferentiam sunt equales: linea recta ꝛ curua sunt huiusmodi: ergo sunt eq̃les: talis facit syllogismuz

falsigraphum:procedēdo ex illo principio male intellecto. Illud enim principiū intelligit in lineis rectis:ꝛ ipse arguit ex vna linea recta ꝛ alia curua.qꝛ vo syllogism⁹ est instrumētū disputationis,syllogismus siquidē demōstratiuus est instrumentū disputationis doctrinalis.dyalecticus autē disputationis dyalectice tēptatiue.ꝛ sophistic⁹ disputationis sophistice. Jō auc.ꝓueniēter describit disputationē dicens ꝙ ¶ Disputatio est actus syllogisticus vnius ad alterum ad ꝓpositū ostendēdū. Circa qđ notandū ꝙ aliter disputatio est actus syllogisticus siue factus per syllogismū:ꝛ aliter est actus vnius ad alterū seu opponētis ꝛ respondētis . Est eniz actus syllogismi ut instrumenti per qđ fit disputatio ꝛ est actus opponētis ꝛ respondētis:ut efficiētis p̄ncipalis:ꝛ talis actio ordinatur ad ꝓpositū ostendendū: seu aliquid concludendū ꝫz quatuor fines ad quos ordinaꝯ iurta ei⁹ quatuor spēs:que sunt doctrinalis dyalectica tēptatiua ꝛ litigiosa seu sophistica .

¶ Disputatio doctrialis est que ex ꝓprijs p̄ncipijs alicui⁹ scie syllogizat ꝛ nō ex his que videtur rndē ti. Cū enim doctrinalis sit generatiua habitus scientifici per syllogismū demonstratiuū:oportet ꝙ ꝓcedat ex ꝓprijs principijs scientie que generaꝯ:siue respondēti videanꝯ siue nō. Unde ipsum addiscentē oportet credere magistro docēti.

¶ Disputatio dyalectica est que est ex ꝓbabilibus ꝛ collectiua ꝺictionū. ꝓcedit nāqz ex ꝓbabilib⁹ qꝛ ordinaꝯ ad generādū opinionē que generaꝯ ex ꝓbabilibus:ꝛ sic est collectiua contradictionuz:quia ex ꝓbabilibus potest argui ad utrāqz partē cōtradictionis.ꝛ lz huiusmodi disputatio nō possit generare firmā opinionē de duobus cōtradictorijs in eodez tēpore ꝛ respectu eiusdē:quia nullus pōt simul contradictoria opinari:bene tamē pōt in diuersis temporibus ꝛ etiā in eodē tēpore respectu diuersorum . Dicitur etiā collectiua cōtradictionū : quia potest causare dubitationē de utroqz cōtradictorioꝝ:lz autem disputatio dyalectica ordinetur ad generādū opinionē ex consequēti:tamē ordinatur ad disciplinam uel scientiā ad quā opinio disponit.

¶ Disputatio tēptatiua est que ex his que videnꝯ respondēti syllogizat:ꝛ que necesse est illū scire quorum se simulat habere scientiā. Cum eniz talis disputatio sit ad habendū experientiā de scientia respondentis ꝛ huiusmodi experientia sumatur arguendo ex his que videtur respondēti:oportet in hac disputatione ꝓcedere ex his que sibi sunt ꝓbabilia siue sint uere ꝓbabilia siue apparenter. Ex quo patet ꝙ non solū syllogismus dyalecticus sed etiā sophisticus potest esse instrumentū isti⁹ disputationis Et quia in qualibet scientia ꝓsupponunꝯ p̄ncipia cōmunia ꝛ ignorantez cōmunia necesse est ꝓpria ignorare:ideo hec disputatio habet fieri ex principijs cōmunibus que necesse est illum scire qui habet aliquā scientiam.si etiam examen fiat in ꝓprijs oportet etiam tentandum scire ꝓpria.

¶ Disputatio sophistica est que ex apparenter probabilibus syllogizat. Cuius ratio est quia ipsa fit ad generandū apparenter scientiā in opponente ꝛ deceptionem in respondente. Quod habet fieri procedendo ex apparentibus.ꝛ ordinatur ad quinque methas:de quibus consequenter dicetur. Talis etiam disputatio dicitur litigiosa propter cōmotionē ad iram ꝛ rixam. ¶ Et notandū ꝙ iste quatuor species nō sunt ꝓprie species disputatiōis : sicut nec syllogismus sophisticus peccans in forma est species syllogismi:quia ratio seu diffinitio syllogismi sibi non conuenit:quia non est ꝓprie syllogismus sed paralogismus seu apparēs syllogismus . Sic etiaz diffinitio disputationis nō cōuenit disputationi sophistice.dicunꝯ igitur spēs large ꝛ modi seu maneries.ꝛ lz non sint nisi tres spēs syllogismi ſm triplicem materiā syllogismi. Syllogism⁹ enim demōstratiuus procedit ex necessarijs ꝛ euidētib⁹. Dyalecticus autē ex ꝓbabilibus. Sophisticus vo ex apparētibus. ¶ Donunꝯ tamē quatuor spēs disputationis iurta ei⁹ quatuor fines. Disputatio eni doctrinalis ordinaꝯ ad generādū sciētiā. Dyalectica ad opinionem. Temptatiua ad sciētiā exprendā in respōdēte.ꝛ sophistica ad apparētē scientiā opponētis ꝛ deceptionē respondētis:lz autē apparēs scientia sit finis p̄ncipalis sophistice: sunt tamē alij qnqz fines minus p̄ncipales ordinati ad illū finem. Sophista enim nō ducit aliquē ad illos fines min⁹ p̄ncipales nisi ut appareat cē sapiēs:ꝛ illi fines dicunꝯ methe Est aūt metha incōueniēs ad qđ opponēs sophista nititur ducere respondentē : qđ quidē dicit metha trāsumptiue . Metha eniz ꝓprie dicta est termin⁹ alicuius spatij:ꝛ dicit de metior metiris qꝛ per tales terminos metit quātitatē agri uel alicui⁹ spatij Metha igit disputationis sophistice est terminus ultra quē non ꝓcedit disputatio sophistica:sed ipso habito cessat disputatio.ꝛ sunt quinqz.ſ.redargutio falsum:inopinabile:soloecismus:ꝛ nugatio.

uis est qui deprimitur in fine. Acutus accentus est qui in fine eleuatur uel acuitur. Circũflexus est qui acuitur ⁊ deprimitur simul. uel circũflexus est qui procedit ab imo ⁊ ꝓcedit in altum ⁊ finaliter tendit in imum: ut hierusalem. Fallacia accẽtus est idoneitas decipiendi ꝓcedens ex multiplicitate dictiõis eiusdem ſm substantiam: diuerse ſm modũ proferendi diuersa significãtis. Causa apparẽtie huius fallacie est vnitas dictionis ſm materiam uel ſm substantiam solum. Causa defectus est diuersitas significatoruz. Istius fallacie duo sunt modi. Primus modus prouenit ex eo q̄ aliqua dictio potest proferri diuersis accentibus: ut hic omnis populus est arbor. gens est populus ergo gens est arbor. Dicendum est q̄ maior est duplex. quia prima syllaba huius dictionis populus potest proferri longa ⁊ sic est uera ⁊ nõ sequitur conclusio. uel potest esse breuis ⁊ sic est falsa ⁊ sequitur conclusio. Similiter hic omnis ara est in templo. stabulum porcorum est ara. ergo stabulum porcorum est in templo dicendũ hic sicut prius. similiter hic. Quicqd hamatur hamo capitur. mulier amatꝝ ergo mulier hamo capitur. Dicendũ est q̄ maior est duplex ideo q̄ hec dictio hamatꝝ potest proferri cuz aspiratione uel sine aspiratione. si primo mõ sic est uera ⁊ non sequitur conclusio. si secũdo modo sic est falsa ⁊ sequitur conclusio. uel sic. Quoscunq̄z viros iustuz est pendere dignũ est penam pati: sed iustos viros iustuz est pẽdere ergo iustos viros dignum est penaz pati. Unde utraq̄z premissarum est duplex eo q̄ hec dictiõ pendere potest ꝓferri media lõga uel breui. Secundus modus prouenit ex eo q̄ aliqua uox potest esse dictio uel oratio. ut hic. Tu es quies: sed quies est reqes ergo tu es requies. Dicendũ q̄ maior est duplex eo q̄ quies potest esse dictio uel oratio. si sit dictio tunc est falsa ⁊ sequitur conclusio. si sit oratio sic est uera ⁊ non sequitꝝ conclusio. Similiter hic. Quicquid fecit deus inuite fecit deus coacte. sed deus fecit vinum in vite. ergo deus fecit vinum coacte. Dicendũ q̄ maior est duplex eo q̄ in vite potest eẽ oratio uel dictio. si dictio sic est uera ⁊ non sequitur cõclusio. uel potest eẽ oratio ⁊ sic est falsa ⁊ sequitur conclusio. Similiter quicunq̄z habet dilectionem supernam habet dilectionez dei. usurarius habet dilectionez supernam. ergo usurarius habet dilectionez dei. Dicenduz q̄ hec dictio supernaz potest capi dupliciter vno mõ ut est dictio ⁊ sic minor est falsa. ⁊ sequitur conclusio. Alio modo potest esse oratio. ⁊ sic est uera ⁊ non sequitꝝ cõclusio. similr

hic metuo longanas pcunte noctes lidia dormis. vnde hec dictio metuo potest esse dictio uel oratio.

Jc auctor determinat de fallacia accentus.

b ⁊ primo determinat quid sit accētus di. q accentus est recta lex uel regula ad eleuandum uel deprimendum syllabam vnuscuiusq dictiōis ꝓpter quo notādum q accent⁹ pōt sumi dupliciter. Uno modo pro eleuatione uel depressione syllabe. Allio modo pro regula exprimēte modū talis eleuationis uel depressionis. ⁊ hoc secūdo modo diffinit ab auctore. Dicit aūt accentus de accēto as quod est iuxta cantare: q talis eleuatio ul' depressio fit in prolatiōe facta circa cantum ul' quasi in cantu. Jn prolatione nāq breuium uel longarū est quidā cantus cum vna sepe eleuet ⁊ alia deprimat. ⁊ diuidit accentus in acutum grauem ⁊ circūflexum. Accentus acutus fit per syllabe eleuationē: ⁊ dicitur acut⁹ q sicut corpus acutū mouet tactū faciliter pūgēdo sic talis accentus penetrat auditū syllabas eleuando. Accentus grauis fit per syllabe depressionez qui dicit grauis ad similitudinē corporis grauis qō tēdit deorsuz. Circūflexus partim deprimit ⁊ parti eleuat. Considerat quoq accentus a grāmatico ⁊ a logico aliter ⁊ aliter. A grāmatico sigdē ut est accidēs syllabe uel dictiōis. A logico aūt inquātum ad uariationem accent⁹ sequit uariatio significatiōis. Fallacia accentus est idoneitas decipiendi ꝓueniens ex multiplicitate dictiōis eiusdez ſm materiā ⁊ diuerse ſm modū ꝓferendi. Causa apparentie est materialis entitas dictiōis rōne cuius videt tīn habere vnū significatum. Causa defect⁹ est diuersitas significatoꝝ ꝓz diuersos modos ꝓferēdi illius dictiōis. huius aūt fallacie sunt duo modi. ℙrim⁹ modus ꝓuenit ex eo q aliqua dictio pōt regi diuerso accentu ⁊ ſm hunc modū sic paralogizat. Omnis ara est in templo: stabulū porcoꝝ est ara. ergo stabulū porcoꝝ est in templo. Utraq p̄missarū est duplex: q hec dictio ara qū habet p̄mā breuem significat stabulum porcoꝝ: ⁊ qū habet p̄mam longā significat altare iuxta illum uersum. Est ara porcoꝝ simul est ⁊ ara deorū. Si igit illa dictio in p̄missis sumat pro stabulo porcoꝝ tunc maior est falsa: ⁊ sic bene segtur ꝯclusio falsa. Si aūt in maiori sumatur pro vno ⁊ in minori pro reliquo tūc p̄misse bene sunt uere: sed nō segtur cōclusio q mediū uariat ⁊ cōmittitur hec fallacia: ſm etiā hunc modū sic paralogizat. Quicqd hamat hamo capitur: vinū amat: ergo vinū hamo capit. soluit ut precedēs. Illa eni dictio amo aliō significat sine aspiratiōe ⁊ aliud cū aspiratione. Mā sine aspiratiōe significat diligere. cū aspiratiōe autez pisces cū clauo curuo capere. Uariatio aūt aspirationis facit uarietatē accent⁹: q syllaba cū aspiratiōe plata magis eleuat cum ibi sit maior spūs emissio ꝙz sine aspiratiōe plata magis deprimit. ꝙz etiā hūc modum pōt distingui illa propositio. Justos viros oportet pēdere: illa eni dictio potest scribi per. e. ul' per. a. Si scribit per. e. tūc aut habet mediam longam: ⁊ sic est infinitiuus huius uerbi pendeo pēdes. ⁊ tunc significat penam pati siue suspendi. Aut habet mediam breuem: ⁊ sic est infinitiuus huius uerbi pendo pendis: ⁊ tūc significat penā inferre seu suspendere. Si vo scribat per. a. tunc est infinitiuus huius uerbi pando pandis ⁊ significat manifestare Secūdus modus ꝓuenit ex eo q aliquid potest eē dictio uel oratio. ut hic tu es quies: sed quies est requies: ergo tu es requies. Utraq premissarum est dupler. q: quies pōt esse vna dictio uel plures. ⁊ ſm hoc habet diuersa significata. ſm hunc modū etiaz est hec distinguenda. Deus nihil facit inuite: q: si inuite sit vna dictio tunc est uera. Sensus enim est q deus nihil facit coact⁹. Ille enim dicit inuit⁹ aliquid agere qui aliqd agit illud vitare nō ualēs. Si aūt inuite sunt due dictiōes tunc est falsa: cū deus ꝓducat racemos inuite. Similiter est hic distinguēda. Metuo longas pereunte noctes lidia dormis. Metuo nanq pōt esse vna dictio: ⁊ tunc significat idem q timeo. Unde sensus est. Lidia tu dormis ⁊ ego timeo longas noctes: uel sunt ibi due dictiōes ſ. me ⁊ tuo: ⁊ est sensus. Lidia tu dormis longas noctes me sponso tuo pereunte: uel sunt ibi tres dictiones. ſ. me ⁊ tu ⁊ o: ⁊ est sensus o. Lidia tu dormis lōgas noctes me pereunte.

Equitur de fallacia figure dictionis.

s Fallacia figure dictionis ultimo ponitur iter fallacias in dictione quia facit multiplex fantasticū. Figura enim est que termino uel terminis clauditur. termio ut circulus. terminis ut triangulus quadrāgulus ⁊ similitudinarie. fallacia figure dictionis est similitudo dictionis cum dictione penes finalem terminationem in parte non idem significante ⁊ facit multiplex fantasticum. Est autem multiplex fantasticum quādo aliqua dictio significat vnum ⁊ videtur significare aliud propter similitudinem quam habet in parte cū alia dictione: ut videre significat passionem: ⁊ videtur significare actionem ꝓpter hoc q est simile huic uerbo agere. Causa apparentie huius fallacie est similitudo dictionis in parte cū alia dictione non idem significante. Causa defectus hui⁹ fallacie est diuersitas eoꝝ que videntur esse similia. Jsta autē similitudo fit tribus modis. ſ. uoce significatione ⁊ suppositione. ⁊ ſcōm hoc tres sunt modi huis fallacie. ℙrimus modus prouenit ex simili terminatione dictionis cum alia dictione: ut qualiscūq est musa talis est poeta sed musa est feminini generis: ergo poeta est feminini generis. Dicendū q non sequitur q si aliqua sint eiusdez terminationis: q sint propterea eiusdem generis. similiter hic. oīs aqua est humida: fluuius est aqua: ergo fluuius est humida. Dicenduz q non oportet q si fluui⁹ sit aqua q ergo quicquid dicatur de aqua q hoc etiam dicatur de fluuio sub eadē determinatione. uel sic. Omnis homo est albus mulier est homo: ergo mulier est albus. Unde in oībus predictis paralogismis masculinuz interpretatur femininum. aut si formetur sic paralogismus: musa est poeta similiter terminantur sed musa est feminini generis ergo ⁊ poeta tunc nō est ibi fallacia figure dictionis sed fallacia consequentis a cōmuniter accidētib⁹: ut postea patebit. Secūdus

modus

modus prouenit ex mutatione vnius predicamenti in aliud. uel quãdo vna species vni⁹ predicamenti mutatur in aliaz speciẽ ut hic. quicqd heri emisti hodie comedisti carnes crudas heri emisti: ergo carnes crudas comedisti. Dicendum q̃ non sequitur. quia quicquid dicit rem de predicamento substantie crudum dicit rem de predicamento qualitatis ⁊ sic proceditur de vno predicamento in aliud. similiter hic. Quicqd heri vidisti hodie vides. sed vidisti heri album: ergo albuz hodie vides. Dicendum q̃ nõ sequitur qa album significat per moduz qualitatis. quicquid vo dicit rem de predicamento substantie. Similiter do tibi solum denarium. sz solum denarium nõ habeo: ergo do tibi quod non habeo. Dicendum q̃ hec dictio solum dicit relationem. quia ut habetur in secundo elenchorum. solum dicitur quasi non cũ alio ⁊ hec dictio quod dicit substantiam ⁊ sic procedit a relatione ad substantiaz. Similiter est hic. Aliquis dat cito equum sed non habet cito equum: ergo aliquis dat cito qd̃ nõ habet. Dicẽdum q̃ nõ sequitur: qz cito dicit modum actus siue qualitatem. ⁊ quod dicit substantiam. ⁊ sic procedit a qualitate ad substantiam. Similiter hic si proceditur ab vna specie vnius predicamẽti ad aliam. ut quantoscunqz digitos heri habuisti hodie habes decem digitos heri habuisti: ergo decem digitos hodie habes: posito q̃ vnũ amiseris. Dicendum q̃ non sequitur: quia hec dictio quantoscunqz dicit quantitatem continuam ⁊ hec dictio decem dicit quantitatẽ discretaz Tertius modus prouenit ex diuersa suppositione termini. ut homo est species: ergo aliquis homo est species. Et hec homo est dignissima creaturaruz: ergo aliquis homo est dignissima creaturarũ. hic est processus a simplici suppositione ad personalem. Similiter hic. Omnis homo est animal. ergo omnis homo est hoc animal. Simil'r hic. Animal est sortes. animal est plato ⁊ sic de alijs. ergo animal est omnis homo. hic fit ꝓcessus a pluribus determinatis ad vnam determinatã. ⁊ iste modus solet appellari vniuocus: quia ille terminus animal vniuoce ⁊ equaliter sic se habet ad omnia suppositа. vnde animal in qualibet premissarum supponit pro vno in cõclusione vo pro pluribus ⁊ sic uariatur eius suppositio. Et intelligendum q̃ in predictis quale quid iterpretatur hoc aliquid. i. cõmune ul' vniuersale iterp̃tat singulare. Si enim animal est hoc aliquid si tunc arguatur animal est sortes. animal ẽ homo plato ⁊ sic de alijs. ergo animal est omnis homo est bonum argumentũ sicut hic sortes currit plato currit ⁊ sic de alijs: ergo oĩs hõ currit. similiter hic non sequitur quãdo fit ꝓcessus ab immobili suppositione ad mobilem. ut omnis homo est animal: ergo omnis homo est hoc animal ⁊ sic de alijs. hos tres modos ponit aristoteles dicens q̃ figura dictionis fit quãdo interpretatur non idem uel diuersum ut masculinum femininũ. uel neutrum uel ecõuerso. ⁊ rursus quid iterpretat. quale uel quãtum. iterum quando commune interpretat singulare uel hoc aliquid.

b Ic cõsequẽter determinat auc. de fallacia figure dictionis que peccat ſz mltipler fantasticũ seu apparẽs ⁊ nõ existẽs ut dictũ est in ꝓcedẽtib⁹. ℙro cuius declaratiõe describit figurã proꝓie dictã dicẽs: q̃ figura est que termino uel termis claudit. Termino ut circulus qui claudit vna linea. Termis ut triãgulus qui claudit trib⁹ lineis. ¶ Circa qd̃ notandũ q̃ figura vno modo sumit ꝓ superficie termiata lineamẽtaliter: ⁊ sic sumitur in ꝓposito: ⁊ ptinet ad gen⁹ quãtitatis. alio modo ꝓ ipsa terminatione uel dispositiõe quãtitatis: ⁊ sic ptinet ad quartã speciem qualitatis. ſm aũt cõformitatẽ ad figurã ꝓꝓie dictã que est in reb⁹ sumit figura in dictionib⁹. Sicut nãqz illud qd̃ fit ad figurã alteri⁹ assimilatur ei ſm apparẽtẽ supficiẽ: sic fallacia figure dictionis est idoneitas decipiẽdi ꝓueniens ex apparenti similitudine dictiõis cũ dictiõe sibi in noce aut significatiõe: aut modo significãdi. Causa apparẽtie huius fallacie est partialis similitudo dictiõis cũ dictiõe nõ idem significante. Causa defectus est diuersitas earũ seu silitudo per quã possunt generaliter solui sophismata que fiunt ſm hanc fallaciã ostẽdendo. s. aliquã diuersitatẽ inter significata uel modos significãdi dictionũ ⁊ aliqua alia. Et ideo lz aliquis modus arguẽdi teneat in aligbus dictionibus nõ tamẽ sequit q̃ ualeat in alijs que videtur eis siles. ¶ ℙropter huiusmodi diuersitatẽ fallacie assignant a philosopho tres modi quos recitat auctor in fine huius capituli. ℙrim⁹ modus est quãdo masculinũ interp̃retatur femininũ .i. ponit uel accipit: ac si eẽt femininũ uel neutrũ: ⁊ sic potest dici de alijs dictionib⁹ grãmaticalibus. Unde hec fallacia sepe ducit ad soloecismũ: ⁊ hoc ꝓuenit aliquãdo ex simili terminatione dictionũ: ut si arguat ois substãtia est bona: patriarcha est substãtia: ergo patriarcha est bona: nõ sequit: quia patriarcha est masculini generis ⁊ ponitur ac si eẽt feminini generis: sed bene sequeretur si loco hui⁹ nominis patriarcha poneret petra uel aliud nomẽ feminini generis. vnde bene sequitur. Omnis substãtia est bona petra est substãtia: ergo petra est bona. Unde lz sit similis termiatio hoꝝ terminoꝝ petra ⁊ patriarcha non tamẽ idẽ modus significandi rõne diuersitatis generis ipsoꝝ. ¶ ℙotest etiã paralogizari ſm hũc modũ ubi nõ est similis terminatio dictionũ sic. ois substãtia est bona: lapis est substãtia: ergo lapis est bona. hic est apparẽtia nõ ex simili terminatiõe dictionũ: sed qz lapis ⁊ petra idem sunt: sed nõ sequit qz lz in his sit conueniẽtia significatiõis nõ tamẽ generis. ¶ Secũdus modus est quãdo vnũ ꝑdicamẽtum mutatur in aliud seu ponit ꝓ alio: uel species vni⁹ ꝑdicamẽti ꝓ alia specie: ut qcqd heri emisti

hodie comedisti. crudū heri emisti: ergo hodie crudum comedisti. Non sequitur quia quicquid significat rem suam per modum substantie ꝛ crudum dicit rem suam ꝛ modum qualitatis: ꝛ sic proceditur a re vnius predicamenti ad rem alterius sumēdo do qualitatē sub distributiuo substātie. Vel iste modus sepe accipit qñ sub distributiuo alicui⁹ generis sumit aliqd ad aliud gen⁹ ptinēs: sicut quātūcunqz distributiuū quātitatis cōtinue ꝛ quodcūqz discrete qñqz vo est distributiuū pdicāmēti qñ: ꝛ ubicūqz pdicamēti ubi. Sic q̄lecūqz est distributiuū qualitatis: ꝛ sic de alijs pdicamentis ubi sunt nota iposita. Itē hic est figura dictiōis. Do tibi solū denariū: sed solū denariū nō habeo: ergo do tibi qđ nō habeo. nō sequitur. hic enim pceditur a relatiōe ad substātiam cū solū dicat relationem. Solū nāqz idem est q nō cuz alio sm Arī. 2° elenchoꝝ. Alius aūt dicit relationē. Illa aūt dictio qđ dicit substātiā. Similiter hic. aliquis dat cito equū: sed nō habet cito equū: ergo dat qđ non habet. Solvit ut p̄cedens: q: pceditur a q̄litate ad substātiam. Cito eni dicit moduz actus siue qualitatem ꝛ qđ substantiā. Talis igit nō dat quod nō habet: sed qđ habet. alio tamē modo seu ut non habet. Similiter hic. Quātoscūqz digitos heri habuisti hodie habes: ꝛ heri decem habuisti: ergo hodie habes. Posito casu q vnum amiseris. Non sequitur: q: hec dictio quātoscunqz dicit quātitatē cōtinuam. Hec vo dictio decem dicit quātitatem discretam: ꝛ sic pcedit a spē vnius pdicamēti ad alterā spēm eiusdez. ¶ Tertius modus est qñ quale qđ interpretat hoc aliqd. i. quādo nomē cōe ponitur ac si esset singulare ꝛ econuerso, ꝛ in hoc sepe uariatur suppositio ut si arguat. homo est spēs: ergo aliqs hō est spēs. non sequit. Mutat eniz quale quid in hoc aliquid: ꝛ pcedit a simplici suppositiōe ad psonalē. homo eniz in añcedēte supponit simpliciter pro natura cōi. In psequēte vo personaliter pro aliquo supposito illius nature. similiter hic. Omnis hō est animal: ergo aīal est ois hō. animal in antecedente supponit confuse tñ imobiliter: in psequēte vo supponit determiate pro aliquo supposito: ꝛ mutat quale qđ in hoc aliquid. Apparet aūt q tales paralogismi cōcludant eo q quale qđ: ꝛ hoc aliquid vident idez significare: tamē nō pcludunt: q: ppter filem significationē duarū dictionū non sequit conuenientia earū in quolibet modo significādi. ¶ Et notandū q nō ois uariatio suppositiōis causat fallaciā figure dictiōis tunc enī in demonstratiōe potissima esset figura dictionis: sed tunc maxime fit hec fallacia quādo arguitur a trino stante cōfuse tñ uel simpliciter ad eūdem stantem determinate: qđ est uerū dūmodo nulla fiat uariatio sin cathegorematis in antecedēte positi. Unde hec nō est figura dictionis. Dis homo est animal: ergo animal est homo: ꝛ aīal in antecedente supponeret confuse tñ ꝛ in cōsequēte determiate: ꝛ hoc ppter uariationē illius signi ois qđ ponit in antecedente ꝛ non in consequēte. Item notādū q isti modi diuersimode a diuersis assignant: sed de hoc parū est curādū. Nō eni incōueniēs est eundē paralogismū in diuersis modis ꝛ in fallacijs assignari ꝛ uarias causas apparentie eiusdem: ut iste paralogismus. homo est spēs. ſor. est homo: ergo ſor. est species. pertinet ad hanc fallaciam inquantum est ibi causa apparentie exsimilitudine dictionum. Spectat vo ad fallaciam accidentis inquantū ex idētitate extremoꝝ. in tertio videt cē idētitas eoꝝ iter se.

Sequitur de fallacijs extra dictionez
§ que sunt septem. ſ. accidens ſm quid ad simpliciter. ignorantia elenchi. petitio principij. cōsequēs. non causa ut causa. ſm plures interrogationes ut vnā. Differūt iste fallacie a fallacijs in dictione. q: fallacie in dictione habent causam apparētie ex parte uocis. Sed fallacie extra dictionē habent causaz apparētie ꝛ defectus ex parte rei ꝛ nō ex parte uocis ꝛ ppter hoc dicunt extra dictionē. Inter has p̄mo dicēdū est de fallacia accidētis vnde accidēs prout hic sumit idē est quod extraneū. in parte idez ꝛ in parte diuersuz: ut hic homo est spēs sortes est hō: ergo sortes est spēs. homo eniz est in parte idē cum specie. ſ. quādo sumit pro re vniuersali ꝛ in parte est diuersum a specie. ſ. quando sumitur pro suppositis. Notanduz q in fallacia accidentis sunt ista tria. ſ. accidēs ꝛ res subiecta ꝛ attributū. exemplū. ut homo est spēs sortes est hō. ergo sortes est spēs. mediuz hō est res subiecta ꝛ miōr extremitas est accidēs ꝛ maior extremitas est attributū. Causa apparentie est conueniētia aliquoꝝ duorum in aliquo tertio sm partez siue est partialis idētitatis aliquorum duoꝝ. Causa defectus est diuersitas eorundē. Huius fallacie tres sunt modi. Primus modus ꝓuenit ex eo q aliquid uere predicat de aliquo subiecto ꝛ propter hoc creditur dici de accidēte eius a quo est diuersum uel quando aliqd primo attribuit rei subiecte in p̄missis ꝛ postea attribuitur eius accidenti in cōclusione: ut hic homo est spēs sortes est hō: ergo sortes est spēs. Dicendū q non ualet q: ille terminus species qui est attributū assignatur inesse sorti qui est accidēs eo q dicit de hoie quod est res subiecta. Similiter hic. Animal est genus homo est aīal: ergo hō est genus. Simil hic. omne es est naturale. statua est es: ergo statua est naturalis. non sequitur q: naturale uere predicat de ere ꝛ ppter hoc attribuit in cōclusione statue qđ non est uerum. Similiter hic. Cognosco coristuz. coristus est ueniēs. ergo cognosco uenientem. Dicendū q nō oportet q si cognoscas coristuz sm se q propter hoc cognoscas sub illo accidente qđ est ueniēs. Secūdus modus ꝓuenit ex partiali idētitate aliquoꝝ duoꝝ in aliquo tertio. uel quādo aliquod cōmune p̄dicatur de aliquibus duob⁹ cuz quibus est in parte idē ꝛ in parte diuersuz ꝛ propter hoc illa duo credunt esse eadē inter se: ut hic sortes est hō plato est homo: ergo sortes est plato. Similiter hic homo est aīal equ⁹ est animal: ergo equus est hō. Dicendū q non oportet q si aliqua duo conueniāt in aliquo

tertio

tertio.q̄ ꝓpter hoc ꝓueniāt inter ſe. Tertius modus prouenit quādo ex duobus aliquibus diuiſiz ſumptis male inferē aliquod coniunctū ſm accidens: ut iſte eſt albus ⁊ eſt monachus.ergo eſt albꝰ monachus. Similiter hic. Iſte canis eſt pater ⁊ eſt tuus: ergo eſt pater tuus. non ſequitur quia lz illa conueniant in aliquibus ſcōm partem: tñ ſcōm partem aliā differunt. Et ſciendū q̄ nō licet inferre ex diuiſis coniunctū: ut habetur in ſecundo ꝑyermenias quādo predicanē diuerſa accidentia ſibi inuicem per accidens conuenientia ſicut albū eē monachū. Similiter q̄n duo p̄dicantur quorum ſecundū intelligitur in primo: ut vniuerſale in ſuo ſpecialiori. ut iſte eſt hō ⁊ eſt aīal: ergo eſt homo aīal: q̄ animal intelligitur in homine ſicut albū in hoīe albo. Sed in oībus alijs licet ex diuiſis iferre coniunctū. Unde notandū eſt q̄ quando aliqua duo accidētia p̄dicanē de aliquo quorū primuz in ſubiecto eſt per alterū ⁊ non per ſe. ex talibus diuiſim captis non licet inferre cōiunctum: uel econtra. ut iſte eſt albus ⁊ eſt monachus. ergo eſt albus monachus. nam albedo non eſt in ſubiecto ſcōm ſe ſz ſecūdū habitum. Similiter ex cōiunctis nō licet iferre diuiſum quādo illa que cōiungunē diminuūt de ratione alteriꝰ: ut iſte homo eſt mortuus ergo eſt hō ⁊ mortuus. In oībus autez alijs licet ex coniūctis inferre diuiſum. ſz illud ultimum argumentū facit fallaciā ſcōm quid ad ſimpliciter. Accidēs ſic diffinit ab ariſtotele. Accidens eſt q̄ō eſt extraneū. in parte idē ⁊ in parte diuerſum. Secundū accidens ꝙo fiunt ꝓalogiſmi quādo idem ſimiliter fuerit aſſignatum ineſſe rei ſubiecte ⁊ accidēti: ut homo eſt ſpēs ſortes eſt homo: ergo ſortes eſt ſpēs. homo enim ſcōm q̄ ſibi cōuenit eē ſpēm aliter capit: a modo per quez conuenit ſorti ⁊ platoni q̄ conuenit ei eſſe ſpēm: ut eſt eſſentia quedam cōmunis p̄dicabilis de pluribus ⁊ prout eſt in pluribus ſic eſt in ſorte ⁊ platone ⁊ ſic ſortes eſt accidēs homo ꝙo res ſubiecta ⁊ ſpecies ſignificatur utriſq̄ in eſſe. Unde accidens non ſumitur hic ut diffinit a porphirio: ſed ut dictum eſt.

Poſtq̄ auctor determinauit de fallacijs in p dictione que habent cauſam apparentie a parte uocis: hic conſequenter determinat de fallacijs extra dictionē in quibus ſumit cauſa apparētie a parte rei ſignificate per uocē. Prius autez determinauit de fallacijs in dictiōe q̄z extra dictionem: quia lz ordine nature res precedāt dictiones tamen non ingrediunt diſputationes uocales niſi mediantibus dictionibus. Fallacie extra dictionez ſunt ſeptem. ſ. accidēs ſm qd ad ſimpliciter: ignorantia elenchi: petitio p̄ncipij: conſequēs: nō cauſa ut cauſa: plures interrogationes ut vna. Et p̄mo agitur hic de fallacia accidentis que inter ceteras eſt ualde efficax ad decipiēdum. Per has enim nō ſolum decipiunt ſimplices ſz etiā ſapiētes. Circa q̄ō notandum q̄ accidēs nō ſumitur hic prout eſt vnū de quinq̄z predicabilibus: ſed ſumit prout eſt idez q̄ extraneū q̄. ſ. in parte eſt idem cū aliquo ⁊ in parte diuerſum ab eo: ⁊ ſic omne p̄dicabile de aliquo a quo eſt aliquo modo diſtinctū poteſt dici accidens: ⁊ illud de quo predicatur dicitur res ſubiecta: ⁊ hoc modo non tñ inferiora accidūt ſuperioribꝰ: ſz etiā ſuperiora inferioribus: lz ſint de eētia inferiox in quātū ſtant ſub aliquo tertio attributo q̄ō repugnat inferioribus. Sic enim homo non accidit ſorti cum quo eſt in parte idem prout ſumit pro ſuppoſitis: ut dicendo ſortes eſt hō ⁊ eſt in parte diuerſum ⁊ tunc ſibi accidit prout ſumitur pro natura vniuerſali cui attribuit iſta intētio ſpēs cuius eſt fundamentū: ut dicēdo homo eſt ſpecies que intētio repugnat inferioribus. Fallacia accidentis eſt idoneitas decipiē di prouenies ex partiali identitate accidentis cum re ſubiecta. Cauſa apparētie eſt cōuenientia ſz partē aliquox duox ad inuicē ul' in aliquo tertio. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eorundē. Fit hec fallacia ſz Ariſtotelem quando idez ſimiliter fuerit aſſignatū eſſe rei ſubiecte ⁊ accidēti: ut hō eſt ſpecies. ſortes eſt homo: ergo ſortes eſt ſpēs. Hoc mediū. ſ. hō eſt accidēs. minor extremitas. ſ. ſortes eſt res ſubiecta maior vo extremitas. ſ. ſpēs eſt attributū q̄ō imponit ſimiliter ineſſe ſorti ſicut ineſt hoi. Scōm vo auctorē aſſignant tres modi huius fallacie. Primꝰ modus eſt quādo aliquid attribuitur primo accidēti in p̄miſſis ⁊ poſtea attribuit rei ſubiecte in cōcluſione: ut in exemplo predicto. Item ſic paralogizat Sortes eſt idiuiduum: homo eſt ſor. ergo homo eſt idiuiduum. Non ſequitur q̄ nō oportet q̄ quicḡd ineſt accidenti a parte qua differt a re ſubiecta inſit rei ſubiecte: ſicut nec oportet q̄ omne q̄ō ineſt predicato inſit ſubiecto: ⁊ ideo lz intētio idiuidui inſit ſorti non tñ ineſt hoi. ſimiliter oē es eſt naturale. ſtatua eſt es: ergo ſtatua eſt naturalis. Nō ſequit ut dictū eſt. Nullum enim artificiale eſt naturale. vñ mediū nō tenetur vniformiter in p̄miſſis. Itē ſic. Cognoſco coriſtū: coriſtus eſt uenies ergo cognoſco uenientem. nō ſequitur q̄: lz coriſtus cognoſcatur a me nō tamen ſub illo attributo q̄ō eſt uenire. Secūdus modus huius fallacie prouenit ex partiali identitate aliquox duorum in aliquo tertio. ut ſor. eſt homo plato eſt homo. ergo ſor. eſt plato. Item homo eſt animal: equus eſt animal: ergo homo eſt equꝰ. Sz nō ſequitur ſi aliqua duo partialiter conueniant in aliquo tertio q̄ ſint ſimpliciter eadem inter ſe. Et ſi arguatur per illam regulā. Quecūq̄z vni ⁊ eidē ſunt eadē inter ſe ſunt eadēper quā tenet forma ſyllogiſmi perfecti. Reſpōdeo ſm aquilinū doctorē Scotū ij. di. p̄mi ſen. q. iij. in ſolutione ar. q̄ illa regula itelligitur q̄ illa que ſunt eadē vni ⁊ eidem ſunt eadem inter ſe illa idētitate qua ſunt idē in tertio. Si autē inferatur q̄ ſint ſimpliciter eadē iter ſe cōmittitur hec fallacia: Intelligit ſm Guil. Ochā q̄ extrema vniūtur in tertio vniuerſaliter ſumpto. Tertius modus ꝓuenit q̄n ex aliqbꝰ diuiſim ſumptis iſertur aliqd̄ ꝯiunctū: ut iſte eſt albꝰ ⁊ monachꝰ: ergo eſt albus monachus. Nō ſeqtur q̄: in añcedēte denotat albedo ineſſe iſti ſm ſe: ⁊ in conſequente ſm ſuum habitū. Similiter iſte canis eſt pater ⁊ eſt tuꝰ: ergo

iste canis est pater tuus. Non ualet consequẽtia: qa tuus in antecedẽte dicit rem possessam: ⁊ in consequẽte infert p̃o re generãte. Uñ lz p̃dicta cõueniãt in aliquo tertioꝫ partẽ tamẽ ꝑm partem differunt. Non obseruatur etiã hic forma ſyllogistica: q̃ medium ponitur in cõclusione: ⁊ extremitates ponunt a parte eiusdez extremi. ¶ Et si arguat q̃ a diuisis ad coniuncta est bona ꝯsequentia ex secũdo peryermenias. Respondeo q̃ illa regula est uera: dum tñ non p̃dicẽtur aliqua sibi inuicẽ repugnãtia: ⁊ vnũ sit potentiale respectu alterius. Non ualet etiã consequentia quando eorũ que p̃dicantur ultimũ includit in p̃imo: ut iste est hõ: ⁊ est aial: ergo est homo animal. Non segtur q̃ aial intelligitur in hoie. Ex coniunctis etiã non licet inferre diuisa q̃ vnuz est in subiecto per alterũ ⁊ non per se. Unde non sequitur. Iste est alb⁹ monachus: ergo est albus: ⁊ est monach⁹: q̃ albedo nõ inest tali subiecto ꝫz se: ſz ratione habitus. Non sequit etiã. iste est hon⁹ faber ergo est bonus: ⁊ est faber: q̃ bonitas non inest subiecto ꝑm se: sed ꝑm artificiũ. Item ex cõiunctis non licet inferre diuisa quãdo vnuz diuiditur a ratione alteri⁹: ut iste est hõ mortuus: ergo est hõ: sed est fallacia a ꝫz quid ad simpliciter. In alijs vo exemplis est fallacia accidentis. ¶ Dosset etiã iste tertius modus reduci ad secundũ. ponitur tñ ad maiorez exꝓssionem. Et notandũ q̃ paralogismi hui⁹ fallacie ut in pluribus possunt solui ostendendo quod non debite disponunt p̃emisse in modo ⁊ in figura ꝑm regulas ſyllogismoꝝ: ut dicit Ocham. ¶ Deccant etiã ꝑm Scotũ ubi supra ꝓpter defectũ identitatis medij in se: seu per comparationez ad extrema que in ipso vniuntur.

Equitur de fallacia ꝑm quid ad simpliciter dictum. ꝫz quid appellat hic determinatio diminuẽs de ratione uel de esse cui adiungitur. ut cum dico homo mortuus. mortuum enim diminuit de ratione hominis. dictũ simpliciter appellatur aliquid non diminutum ut homo. Fallacia ꝫz quid ad simpliciter est idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti conuenientia dicti ꝑm quid ad dictum simpliciter. Causa apparentie huius fallacie est conuenientia huius dicti quod est secũdũ quid ad illud quod est simpliciter ⁊ ecõuerso. Causa falsitatis est diuersitas significatorum. Fit autẽ hec fallacia tot modis quot modis ꝯtingit addere alicui determinationem diminuentem. ¶ Primo modo secundũ partẽ in modo. ut ille homo est mortuus. ergo est homo. non sequitur qa mortuũ diminuit de ratione hominis ⁊ hic cymera est ens opiabile. ergo chymera est ens. non sequit quia opinabile diminuit de ratione huius quod est esse. Secũdo modo secundũ partez integralem: ut ethyops est albus secundũ dentes: ergo est albus. Tertio modo in his que sunt ad aliqd: ut diuitie nõ sunt bone male utenti. ergo diuitie non sunt bone. non sequitur. lz enim diuitie comparate ad aliquid nõ sint bone: tamẽ in se sunt bone. Quarto modo in his que secũdũ locũ sunt: ut bonum est mactare patrẽ in teruallis ergo bonum est mactare patrem suum. uel sic Bonũ est uti dieta in locis egrotatiuis. ergo bonũ est uti dieta. Quinto modo in his que sunt secundum tempus: ut bonum est ieiunare in quadragesima. ergo bonuz est ieiunare. uel sic. Expedit alicui mederi quãdo egrotat ergo expedit alicui mederi. nõ sequitur. quia lz expediat mederi secundum quid: non tamen simpliciter. Sciendũ autez q̃ in oibus istis inspiciendum est ad cõtradictionem: ut si aliquis respondẽs dicat q̃ nõ expedit mederi ⁊ opponens assumat q̃ expedit quando egrotat non cõtradicit ei. sed stat in fallacia secundum quid ad simpliciter. Et sciendus q̃ eadem est fallacia si ex eo quod est secundum quid inferatur simpliciter ⁊ ecõuerso. ⁊ intelligendum est q̃ ista fallacia quando fit ab esse secunduz quid ut in pluribus fit affirmatiue sed quãdo fit a dicto simpliciter ut in plurib⁹ arguitur negatiue.

Equitur de fallacia a ꝫz quid ad simpliciter

s Ad cuius euidentiã notandũ q̃ sicut dictuz est in loco a toto in modo ad suã partem triplex est determinatio. Quedã est distrahens in qua scilicet est oppositio in adiecto: quia determinatio addita repugnat suo determinabili: ut mortu⁹. hõ enim mortuus nõ est homo. Alia est determinatio que partim diuidit de ratione illius cui adiũgit: lz ei non repugnet ut opinabile. Alia est determinatio tñ contrahens: ut albũ respectu homis: dictuz ergo simpliciter dicit dictũ sumptuz sine addito. i. sine determiatione. Et intelligit in ꝓposito de determinatione diminuẽte uel distrahente. Dictum autẽ ꝑm quid est dictum sumptũ cum tali determinatione: arguẽdo igitur a dicto sumpto cũ determinatione diminuẽte uel distrahẽte ad dictũ simpliciter: ⁊ econuerso fit hec fallacia. Quando autẽ est determinatio tñ cõtrahens non est locus sophisticis: ſz dyalecticus a parte in modo ad suuz totũ. Est ergo fallacia a ꝑm qd ad simpliciter idoneitas decipiendi ꝓueniens ex apparenti identitate dicti ꝑm quid ad dictum simpliciter. Causa apparentie est conuenientia dicti ꝑm quid ad dictũ simplr. Causa falsitatis est diuersitas eorundẽ. Hui⁹ fallacie ponit auctor hic quinq̃ modos. ¶ Prim⁹ est arguendo ꝑm determinationez distrahentẽ uel diminuentem rationem totius. ut iste est homo mortuus: ergo est hõ quia mortuũ distrahit rationem hominis. Simili chymera est opinabilis. ergo chymera est. Non sequit: q̃ opiabile diminuit de esse chymere. ¶ Secundus modus fit ꝑm determinationẽ denominantem partem integralẽ: ⁊ hoc est ueruz quãdo ad denominationẽ partis non sequit denominatio totiꝰ ut ethyops est albꝰ ꝑm dentes: ergo est albꝰ: lz enim hõ habeat dẽtes albos non ꝓpter hoc dicit albus. Uñ vo determinatio habet partẽ corporis sibi determinatã: seu ad eiꝰ denotationẽ: segtur denotatio totiꝰ nõ cõmittit hec fallacia. Uñ bñ sequit. Iste est albꝰ ꝫz oẽs uel maiores partes corporis apparẽtes ergo est albꝰ. Iste est simus ꝫz nasuz: ergo est simus.

¶ Tertius modus fit arguēdo cū determinatione respectiua ad aliqd extrinsecū: ut diuitie nō sunt bone male utēti: ergo nō sunt bone in se. ¶ Quartꝰ modus fit arguendo cū determinatione ſm locū ut bonum est mactare patrem in teruallis: ergo bonū est mactare patrem. ¶ Quintꝰ modus fit arguēdo cū determinatione ſm tēpus: ut bonuz est ieiunare in quadragesima: ergo bonū est ieiunare. Omnes isti ſyllogismi possunt solui negando cōsequentiam: qz ex dicto ſm quid nō sequit dictum simpliciter. Cōmittitur etiā hec fallacia arguēdo a dicto simplr ad dictum ſm quid cū sit eadem causa apparēti utrobiqz: ut est hō: ergo est homo mortuus. non sequitur ut patet ex precedentibus.

Sequitur fallacia ignorantie elenchi.

Elenchus est ſyllogismus contradictoriꝰ vnius ꝛ eiusdē non nominis tm̄ nec etiaz rei tm̄ sed nominis ꝛ rei simul. non synonimi: sed eiusdem ꝛ ex his que data sunt de necessitate nō cōnumerato eo ꝙ erat in principio ad idem ſm idem. similiter ꝛ in eodem tēpore. Elenchus est ſyllogismus contradictionis idest ſyllogismus concludens contradictoriam propositionis date a respōdente. In diffinitione elenchi quedam ponuntur ratione ſyllogismi: ut ex his que data sunt ex necessitate accidere per quod remouetur fallacia accidentis ꝛ ponit̄ non cōnumerato eo qd̄ erat in principio per qd̄ remouetur petitio principij: ut postea patebit. Alia ponuntur ratione cōtradictionis: ut vnius ꝛ eiusdē idest vnius subiecti ꝛ vnius predicati. vnde nisi esset idez subiectum ꝛ idem predicatū non esset cōtradictio: ut ethiops est niger. ethiops nō est niger ꝫz dentes ex quo non est idem predicatum: ideo nō est contradictio. Et similiter hic nullus homo mortuus currit ꝛ quidam homo currit non est cōtradictio quia non est ibi idem subiectū Item ſm idem ad idem similiter ꝛ in eodem tempore. ponuntur ratione contradictionis. Et contra istas quatuor partes peccat hec fallacia que dicitur ignorātia elenchi ſm ꝙ est vna de tredecim fallacijs. Alio modo accipitur generaliter ꝛ tunc sic diffinitur. Ignorantia elenchi est vnꝰ defectus generalis ad quē reducuntur oēs alie fallacie ostēdendo quomodo peccant contra istas particulas ut postea patebit. Iste enim particule nō nominis tm̄ nec rei tantū: sed nominis ꝛ rei simul nō synonimi ꝛ sic de alijs ponuntur ratione ſyllogismi ꝛ ratione ꝺdictionis quia iste exigūt ꝙ nomen sit vnum ꝛ tres vna: ꝛ ꝙ non sit nomen synonimum. vnde non est ibi contradictio. marcus currit ꝛ tullius non currit. nec est ibi ſyllogismus. oīs gladius scindit. quoddam instrumentum est ensis: ergo quoddaz instrumentum scindit. Fallacia ignorantie elenchi est idoneitas decipiendi proueniēs ex apparenti obseruatione particularum diffinitionis elenchi que conueniunt ratione cō tradictionis tm̄. ſ. ad idem secundū idem. similiter ꝛ in eodem tempore. Causa apparentie huius fallacie est conuenientia dictoruz secundum quid ad dicta simpliciter. Causa fallacitatis est diuersitas eorundem. Unde huiꝰ fallacie sunt quatuor modi. Primꝰ modus est contra hanc particulam ad idem. ut duo sunt duplum vnius ꝛ non sunt duplum triū ergo sunt duplum ꝛ non dupluz: ꝛ in utraqz premissarum non sumitur duplum ad idem ꝛ ideo non sequitur. Secundus modus peccat contra illam particulam secundū idem. ut hoc est duplum illi secūdū latitudinem ꝛ nō est duplum secundū longitudinem: ergo est duplum ꝛ non dupluz. Non sequitur quia duplū nō sumitur ſm idē: lz sumat̄ respectu eiusdem. Tertius modus peccat cōtra illam particulaz similiter: ut hō est ſpēs nullus hō est species: ergo idez est species ꝛ nō species. non sequitur quia ibi non est contradictio in premissis: quia ille terminus homo nō sumitur similiter: quia in vna sumitur pro suis inferioribꝰ: in alia vō nō. sed pro se toto ul' pro sua forma. Quartꝰ modus peccat cōtra hāc particulaz in eodem tempore: ut manus mea est clausa in hoc instāti ꝛ non est clausa in hoc instāti: ergo est clausa ꝛ nō clausa. non sequtur quia non est in eodem tempore. Differt autē hec fallacia a fallacia secundū quid ad simpliciter: quia in illa est processus ab vno secūdū quid sumpto ad vnuz sumptū simpliciter. ut hoc est duplum secundū longitudinez: ergo est duplum: in ista vō est processus a duobꝰ secunduz quid sumptis ad duo sumpta simpliciter. ut hoc est duplum illi secundū longitudinem ꝛ non secundum latitudinem: ergo est duplum ꝛ non duplum.

Postq̄z auctor determinauit de fallacia ſm quid ad simpliciter: hic agit cōsequēter de fallacia ignorantie elenchi. Circa qd̄ p̄mittit quid sit elenchus dicens ꝙ elenchus est ſyllogismus cōtradictionis vnius ꝛ eiusdez non nominis tm̄ nec rei tm̄: ſz rei ꝛ nominis: non synonimi sed eiusdē: ex his que data sunt de necessitate non cōnumerato eo qd̄ erat in principio ad idez ſm idem: similr ꝛ in eodē tempore. Ubi sciendum ꝙ elēchus dicit ſyllogism̄ contradictionis. i. ſyllogismus cōcludēs contradictoriū positioni respondētis. Et ponit ſyllogismus tanq̄z genus: ꝛ cōtradictionis sicut differentia: ꝛ hoc ad differentiam ſyllogismi nō cōtradicētis positioni respondētis. Ex ſyllogismo ꝛ ꝺdictione quasi ex materiali ꝛ formali cōstituitur elenchus: ꝛ ponit vnius ꝛ eiusdez. ſ. subiecti ꝛ predicati nō nominis tm̄ nec rei tm̄: sed rei ꝛ nominis simul

nō ſynonimi: que particule ponunt ratione ſyllogiſmi ⁊ contradictionis. tam enī ad ſyllogiſmū q̄z ad contradictionem exigitur q̄ nomen ſit vnum ⁊ res vna: ⁊ q̄ nomē non ſit ſynonimū. Dicunt autē nomina ſynonima que ſignificant eandē rem ſz diuerſas eius ꝓprietates. Vnde non eſt hic contradictio marcus currit: tullius nō currit cū nō ſit ibi eudēs affirmatio ⁊ negatio eiuſdez de eodē. nec hic. Dis canis eſt latrabilis: quidā canis nō eſt latrabilis ratione equiuocationis illius nominis canis. ¶Per p̄ dicta remouent fallacie in dictione vnde non ſunt uerus elenchus ſed tm̄ apparēs: ⁊ ponit ex his que data ſunt de neceſſitate rōne ſyllogiſmi in quo debet eſſe neceſſaria illatio cōcluſionis ex p̄miſſis: per qō remouent a uero elencho paralogiſmi fallacie accidētis ⁊ ceteri in quibus nō eſt neceſſaria cōſequentia. ratione etiā ſyllogiſmi in quo p̄miſſe debēt differre a cōcluſione ⁊ eſſe notiores ipſa. ponit nō cōnumerato eo qō erat in p̄ncipio per qō remouetur petitio p̄incipij. ibi idē ꝓbatur per ſeipſum. Alie autē particule ponunt in diffinitione elenchi ratione cōtradictionis. ſ. ad idē ſm idem. ſimiliter ⁊ in eodē tēpore. ¶ Inſuper notandū q̄ ignorantia elēchi pōt capi dupliciter. Uno modo generaliter ꝓ ignorātia cuiuſcūq; particule diffinitionis elenchi. ⁊ ſic fallacia ignorantie elenchi eſt cōmunis ad oēs fallacias. Alio modo ſpecialiter ꝓ ignorātia alicuius quatuor dictionū que ponunt in diffinitione elenchi: quia ſunt formaliores q̄z alie que ponuntur in diffinitione elenchi ratione contradictionis que eſt formale. Nō capitur in hac fallacia ex ignorantia illius p̄me particule cōtradictionis que eſt affirmatio ⁊ negatio eiuſdē de eodē: quia ad hāc fallaciā requiritur q̄ ſit apparēs cōtradictio. Si autē illa cōditio deeſſet nō eſſet apparens contradictio cū ipſa requiratur tam ad contradictionē ueraz q̄z apparentē. Eſt ergo fallacia ignorātie elenchi idoneitas decipiēdi puenies ex apparēti idoneitate cōtradictionis incōplete ad cōtradictionē cōpletā. Cauſa apparētie eſt cōuenientia apparētis contradictionis ad uerā contradictionē. Cauſa defect⁹ eſt diuerſitas earūdem. Hui⁹ fallacie ſunt quatuor modi ſm defectum quatuor conditionū p̄dictarum. ¶ Primus modus peccat cōtra illam particulam ad idē: ut duo ſunt duplū ad vnū ⁊ nō ſunt duplū ad tria: ergo ſunt duplū ⁊ non duplū. Non ſequitur qa duplū nō comparatur ad idem in utraq; p̄miſſarū. ¶ Secūdus modus peccat cōtra illā particulā ſm idē ut hoc eſt duplū iſti ſm longitudinē: ⁊ nō eſt duplū ei ſm latitudinē: ergo eſt duplum ⁊ nō duplum. Nō ſequit quia duplū nō ſumitur ſm idem: ſed ſm diuerſa. ¶ Tertius modus peccat cōtra hāc particulā ſimiliter: ut homo eſt ſpecies. nullus homo eſt ſpecies: ergo idē eſt ſpēs ⁊ nō ſpēs. Non ſequitur qz iſte terminus homo nō ſumit ſimiliter in p̄miſſis. quia in maiori ſumit ꝓ natura cōmuni: in minori vō ꝓ ſuppoſitis. ¶ Quartus modus peccat cōtra illā particulā in eodē tēpore: ut plato legit die lune ⁊ nō die martis: ergo legit ⁊ nō legit. Non ſequitur quia nō eſt ibi affirmatio ⁊ negatio ꝓ eodē tēpore Differt autē hec fallacia a fallacia ſm quid ad ſimpliciter: quia ibi fit proceſſus ab vno dicto ſm quid ſumpto ad vnū dictū ſumptū ſimpliciter: ut hoc eſt duplū ſm longitudinē: ergo eſt duplū. hic vō fit proceſſus a duobus dictis ſm quid ad duo dicta ſumpta ſimpliciter: ut hoc eſt duplū ſm longitudinez ⁊ non eſt duplū ſm latitudinē: ergo eſt duplū ⁊ nō duplū. hinc eſt q̄ fallacia ad ſm quid ad ſimpliciter p̄cedit hanc fallaciam: ſicut vnū eſt ꝑus duobus. Itē differūt qz in fallacia a ſm qd ad ſimpliciter infert vna pars ꝯtradictiōis: ut comedere carnes eſt malum febricitanti: ergo eſt malū. Hic autem concluduntur contradictoria ut comedere carnes eſt malum febricitanti ⁊ nō eſt malū ſano: ergo eſt malum ⁊ non malum.

Sequitur de fallacia petitionis p̄ncipij.

¶ Petere id qō eſt in principio eſt quando cōcluſio que habet probari ſumitur in p̄miſſis cū ergo idez ſub eodez nomine non poſſit ſeipſum ꝓbare: ut homo currit: ergo hō currit. in talibus enim eſt petitio principij ſz talis argumētatio eſt ridiculoſa nec cadit ſub arte nec eſt petitio hui⁹ quod eſt in principio. Aliud enīz eſt petere p̄ncipium ⁊ petere illud qō erat in principio. qz petere principiū eſt quādo petit idem ſub eodē nomine. ut homo currit ergo homo currit ⁊ iſto modo nulla eſt fallacia qz non continet ſub aliqua ſpecie argumētationis nec ſecundum ueritatē. nec ſecūdū apparentiaz: ſz talis petitio principij peccat contra ſyllogiſmum ſimpliciter dictuz. Sed petere illud eſt qō eſt in principio eſt quando idem petitur ſub diuerſo noīe: ut animal rationale currit: ergo homo currit. Uel ſic. Petere illud quod eſt in principio eſt quando minus notum ſumitur ad probationez magis noti. Cauſa apparentie hui⁹ fallacie eſt diuerſitas cōcluſionis cuz p̄miſſis. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eorundem. Petitur autem illud quod eſt in principio quinq; modis: ut patet octauo thopicox. Primo modo quando diffinituz petitur in diffinitione ⁊ econtra: ut ſi dubitaretur utrum homo currat uel non currat fiat argumentum animal rationale currit: ergo homo currit nulla eſt ibi probatio. quia quando alterum dubitat̄ neceſſe eſt alteruz dubitari. ⁊ ita ſi ſumatur vnum ad probandum aliud peccatum eſt. Secundus modus eſt quādo particulare petit̄ in vniuerſali: ut nullus homo currit: ergo ſortes non currit. uel ſi aliquis debeat probare q̄ omniuz contrariox eſt eadē diſciplina ⁊ aſſumat omnium oppoſitorum eſt eadez diſciplina: ergo omniū contrariorū eſt eadē diſciplina. hic petitur cōcluſio in p̄miſſis. Tertius modus eſt quando vniuerſale petitur in particularibus. ut ſi aliquis debeat probare q̄ omnium oppoſitoruz eſt eadem diſciplina ⁊ ſumat iſtam omnium contradictoriox cōtrariorum ⁊ ſic de alijs eſt eadez diſciplina. ergo oiuz oppoſitox eſt eadē diſciplina. uel ſic. Sortes currit plato currit ⁊ ſic de alijs: ergo oīs homo currit. Quart⁹

modus est quando coniunctū petit in diui/
sis uel econtra. ut si aliquis debeat probare q̄
medicina est disciplina sani ⁊ egri ⁊ dicat sic.
Medicina est disciplina sani: ⁊ medicina est
disciplīa egri. ergo medicia ē disciplīa sani ⁊
egri. Quīt⁹ modus est qñ vnū relatiuox pe/
tit̄ in alio. ut siqs debeat probare q̄ sortes sit
pater platonis: probet̄ sic: plato est filius sor/
tis: ergo sortes est pater platonis. Nō sequi/
tur q⁹ hoc assumitur qđ est probandū. Sciē
dum est q̄ hec fallacia non impedit syllogismū
inferentem sed probantem ⁊ ita fallacia peti
tionis peccat contra syllogismuz dyalecticū
inquantum dyalectitus est.

b Jc consequēter tractat auctor de fallacia pe
titionis principij. Fit autē hec fallacia quan
do idē accipit ad probandū seipsuz: seu quā
do probat ignotū pro ignotius: uel eque ignotum: lz
autē hec fallacia possit dici petitio principij uel ei⁹
qđ est in principio, petitio tamē principij ꝓprie ꝑ
auctorē est quādo idē sub eodē nomine sumit ad ꝓ-
bandū seipsum: ut homo currit: ergo homo currit.
Et in hoc nulla est fallacia: cū ibi nulla sit apparen/
tia: quia idē nō habet ueritatē probādi seipsum. pe/
titio vo eius qđ erat in principio est quādo idez sub
diuersis nominib⁹ sumit ad probandū seipsuz. Di
cit aūt principiū principale propositū qđ quis intē/
dit ꝓbare. s. cōclusio: quādo ergo idē probat per se/
ipsum: uel ignotū per ignotū uel eque ignotū tūc di/
citur esse petitio principij uel petitio eius qđ est in
principio: qnia talis opponēs videtur petere q̄ sibi
cōcedatur principiū. i. p̄ncipale ꝓpositū. s. conclusio
quā debet ꝓbare: uel id qđ est in p̄ncipio. s. aliqd qđ
includit in cōclusione ꝓpter identitatē cuz ipsa uel
quia per ipsam pōt ꝓbari: sicut ignotius per magis
ignotū: ꝑm aliquos vo principiū in ꝓposito sumitur
pro antecedēte: ⁊ sic opponēs quādo ꝓbat ignotum
per eque ignotū petit id qđ est in p̄ncipio quia vide
tur petere cōclusionē sibi cōcedi que vtualiter conti
netur in premissis quā tamē ꝓbare deberet. Ille eti
am qui respōdet tali opponēti pōt rōnabiliter pete
re probationē antecedētis. fallacia petitionis p̄nci
pij est idoneitas decipiēdi ꝓueniens ex apparenti
diuersitate cōclusionis a premissis. Causa apparen
tie est apparēs diuersitas antecedētis ⁊ cōsequētis
cū necessitate cōsequentie. Cum enim cōsequēs ap
pareat esse diuersum ab antecedēte ⁊ cōsequentia
sit necessaria apparet argumentū esse bonū. Causa
defect⁹ est idētitas eox. petit autē hoc qđ est in p̄n/
cipio quinqz modis. ꝑm⁹ modus est quādo dif/
finitū petit in diffinitione: ⁊ ecōuerso: ut aial rōnale
currit: ergo homo currit. antecedēs est eque dubiuz
sicut ⁊ cōsequens. Secūdus modus est quādo par/
ticulare petit in vniuersali. ut ois homo currit: ergo
sor. currit. Tertius modus est quādo vniuersale pe
titur in particulari: ut sortes currit plato currit: ⁊ sic
de alijs: ergo omnis homo currit. Quartus modus
est quando coniunctū petitur in diuisum: ut medici
na est sani: medicina est egri: ergo medicina est sani
⁊ egri. Quintus modus est quādo vnū petit in alio
ut sortes est pater platonis: ergo plato filius est sor/
tis. Jn omnib⁹ his est petitio principij quia antece
dens est eque ignotum sicut consequens. Unde isti
paralogismi non peccant propter defectum illatio
nis quia cōsequentia est bona: sed propter defectuz
probationis. Sic ergo in istis argumentis possimt
esse loci dyalectici si antecedens sit notius in se uel
in ordine ad respondentē q̄z consequens. Si vo an
tecedens sit eque ignotum uel minus notum q̄z con
sequens erit petitio principij: ut tactum est in loco
a diffinitione ad diffinitum. Hoc etiam potest de/
clarari arguendo ab vniuersali ad singulare: ut ois
homo est grāmaticus: ergo sortes est grāmaticus.
Multis enī ista est ignotior. Omnis homo est grā/
maticus: q̄z ista sortes est grāmaticus: ideo illis est
petitio principij nisi preconcessissent eandem. Illi
autem cui vniuersalis est nota ⁊ non singularis non
est petitio principij arguendo ab vniuersali ad sin/
gularem. Scienti enim q̄ omnis mulla est sterilis
nō est petitio p̄ncipij talis illatio: omnis mulla est
sterilis. ergo hec mulla est sterilis.

d Fallacia consequentis dicenduz est
secundū consequens fiunt paralogis
mi eo q̄ credimus consequentiā con
uerti que non conuertitur. Fallacia cōsequē/
tis est idoneitas decipiēdi prouenies ex ap/
parentia cōsequentis conuerse que non con/
uertit̄. Causa apparentie huius fallacie est cō
uenientia vnius consequentie uere ad aliam
non ueram. Causa falsitatis est diuersitas eo
rundem. Et sciendū q̄ bene tenet argumen/
tum a positione antecedētis ad positionē cō
sequētis. Dui⁹ fallacie tres sunt modi. Pri
mus modus est quando arguit̄ a destructio
ne antecedētis ad destructionē cōsequentis:
ut si hō est. aial est. ergo si hō non est. aial nō
est. uel a positione consequētis ad positionē
antecedētis. si mel est rubeū est: ergo si rubeū
est mel est. Ad istum enim modū reducuntur
omnes praue argumētationes ab iferiori ad
superius destructiue. vñ quotienscūq̄z fit pro
cessus ab iferiori ad superi⁹ cū distributione
superiorum: ut ois homo currit: ergo omne
aial currit ibi cōmittit̄ ista fallacia. uel nullus
homo currit: ergo nullū animal currit. Secū
dus modus solet poni ab insufficienti indu/
ctione singulariū: ut sortes est aial ⁊ ecōuerso:
plato est animal ⁊ econuerso: ergo ois homo
est aial ⁊ ecōuerso. hic enumerant̄ omnes sin
gulares illius omnis hō est aial ⁊ non huius
omne animal est hō que significātur per cō/
positionez huius qđ est econuerso ad hanc
omnis hō est aial. Tertius modus ꝓuenit a
cōmuniter accidētibus ⁊ dicūtur cōmuniter
accidentia que se aliquādo cōsequuntur ⁊ ali
quando nō: ut ille est comptus: ergo est adul
ter. similiter hic. Musa et poeta similiter ter
minant̄. q̄z musa est feminini generis. ergo ⁊
poeta non sequitur quia identitas generis ⁊
terminationis aliquando se consequuntur ⁊
aliquando non eo q̄ non est in omnibus: sed

in aliquibus. Si aliquis dicat q̄ in hoc ultimo tertio modo nō tenet ecōuerso. vnde ibi non est consequētia. Dicendū est ergo q̄ ꝑz quosdam sumit cōsequentia cōmuniter ad cōsequentiā necessariā ⁊ probabilē ⁊ in istis non sumitur cōsequentia necessaria ꝑz ꝓbabilis. taliter autem ordinantur isti modi ab aristotile isto modo ordinato.

Postq̄z auctor determinauit de fallacia petitionis p̄incipij: hic consequēter determinat de fallacia cōsequentis: p̄o quo notandū est quid sit antecedens: quid cōsequens ⁊ consequētia vide cap° conuersionū. Fallacia cōsequētis est idoneitas decipiendi ꝓueniens ex cōuenientia antecedentis cum consequēte. Fit nāq̄z hec fallacia ꝑz aristotilem eo q̄ credimus cōsequentiā cōuerti que nō conuertitur. Credimus enim q̄ sicut consequēs sequitur ad antecedēs: sic añcedens sequatur ad consequēs: ⁊ sic de consequēte facimus antecedēs. Et ideo hec fallacia dicitur fallacia cōsequentis: lz aūt in ipsa aliquādo arguatur a negatione antecedētis ad negationē cōsequentis: q̄ tamen illa negatio añcedentis se habet ut consequens ad negationē consequentis: ut non hō est consequēs ad non aīal: ideo de consequente fit ibi antecedēs. Causa apparētie in hac fallacia est apparens identitas cōsequentis cum antecedēte. Causa falsitatis est diuersitas eoꝝ Hui⁹ fallacie ponit auctor tres modos: quoꝝ duo ultimi possunt ad primum reduci qui habet duas partes. fit enim vno modo arguēdo a destructione antecedētis ad destructionē cōsequētis: ut si hō est animal est. ergo si homo nō est. aīal nō est. Nō sequitur lz nāq̄z sit bona argumētatio a positione antecedētis ad positionē cōsequētis: non tñ a destructione antecedētis ad destructionē cōsequētis: q̄ antecedēs se habet ut inferius: cōsequens vō ut superius. Ad destructione aūt inferioꝝ nō sequit̄ supioꝝ destructio q̄ pōt remanere in alijs inferioribus. Fit etiaz hic modus arguēdo a positione consequētis ad positionē antecedētis: ut si pluit terra est madida: ergo si terra est madida pluit. Nō sequit̄: lz nāq̄z a destructione cōsequētis ad destructionem antecedētis sit bona cōsequētia: nō tamē a positione q̄ ad positionē supioꝝ nō sequit̄ positio inferioꝝ. ¶ Scōus modus ꝓuenit arguēdo ab insufficiēti numero singulariū: ut sortes est aīal ⁊ ecōuerso: plato est aīal ⁊ econuerso: ⁊ sic de singulis. ergo ois hō est aīal ⁊ econuerso. Nō sequit̄ q̄ lz sufficiēter enumerent̄ singulares illius vniuersalis. ois hō est aīal: nō tamē istius. oē aīal est hō: qđ tñ designat̄ per hoc qđ dicit̄ ⁊ ecōuerso. ¶ Tertius modus solet assignari a communiter accidentibus. Ubi notandum q̄ quedam sunt cōmuniter accidentia que semper se cōsequuntur: ⁊ a talibus sumitur locus dyalecticus. Quedam vō aliquādo se consequūtur: ⁊ aliquando non: ⁊ de his est in ꝓposito: ut iste est cōceptus ergo est adulter. Nō sequitur quia lz ista aliquādo se cōcomitent̄ non tñ semp̄. Fit etiā hec fallacia arguēdo a ꝓpositione habente plures causas ueritatis ad illam que habet vnicam: ut cesar nō est iustus ergo est iniustus. p̄ma nanq̄z est cōsequēs ad secūdaz. Unde illa ꝓpositio cesar non est iust⁹ habet duas causas ueritatis. ꝑdo test enim esse uera uel q̄ cesar nō est: aut q̄ est: sed non habet iustitiā. Hec aūt cesar est iniustus vnicā habet causam ueritatis. ponit enim cesarē esse: sed iniustuz. Et generaliter fit hec fallacia quotiēscūq̄z cōsequens ponit̄ loco antecedētis: ut si dicatur. Aliquis hō est albus. ergo omne albuz est hō. Sequit̄ eni econuerso ⁊ per ꝓuersionē per accidens. fit etiā hec fallacia arguēdo a termino stante determinate ad eundem stantē cōfuse ⁊ distributiue: ut tu ignoras aliquā ꝓpositionem: ergo tu nescis aliquā ꝓpositionem. Sequit̄ enim ecōuerso. Est aūt ut ait Arist. ꝓsequēs pars antecedētis: q̄ ubicūq̄z est dispositio ꝓpositionū in figura si fit ibi fallacia ꝓsequētis erit etiā fallacia antecedentis: sed nō ecōuerso. Uñ hec est fallacia consequētis. ois hō est aīal: ois asinus est aīal: ergo ois asinus est homo: q̄ utraq̄z premissarū sequitur ex cōclusione: sed nō ecōuerso. Et etiaz fallacia antecedētis ut patet per premissa. Coincidit etiam hec fallacia aliquando cū figura dictiōis: ut potest patere.

Sequitur de fallacia ſm non causam ut causam. Ad cuius euidentiā sciendum est q̄ duplex est syllogism⁹. s. ostensiuus ⁊ ad ipossibile. Ostensiu⁹ est qui habet vnā solaz conclusionē. Syllogismus vō ad impossibile est quādo aliquis syllogistice ducitur ad ipossibile ⁊ ꝓpter hoc interimitur aliqua p̄missarum que erit causa illius ipossibilis: vñ iste syllogism⁹ semper habet duas cōclusiones. ut cum dicit̄ est ne homo asinus hoc cōcesso. Contra nullus asinus est animal rationale mortale hō est asinus ergo homo nō est aīal rationale mortale ꝑz hoc est impossibile: ergo ⁊ ista hō est asinus: ⁊ ille syllogism⁹ est in quarto modo p̄me figure. Sciendum est eni q̄ nō causa ut causa semp̄ fit in syllogismis ad ipossibile. Fallacia aūt ꝑz nō causam ut causaz fit quādo nō causa ponitur ut causa ⁊ ꝓpter hoc apparet sequi ipossibile ⁊ illud qđ apparet esse causa interimitur. ut si queratur est ne brunellus hō quo concesso. Contra nullus asinus est aīal rationale mortale: sed homo est asinus ⁊ brunellus est hō: ergo hō non est animal rationale: hoc autem est ipossibile: ergo brunellus non est hō. In hac enim dicta argumētatione est non causa ut causa q̄ iterimit̄ id qđ apparet esse causa ⁊ non est. s. brunellus est hō. Causa apparentie huius fallacie est cōuenientia hui⁹ qđ apparet esse causa ⁊ non est cū eo quod est causa. Causa falsitatis est diuersitas eorūdem. tale eniz exemplū ponit aristotiles huius fallacie Sunt ne anima ⁊ vita idez quo cōcesso. Cōtra mors ⁊ vita sunt cōtraria ꝑz mors est corruptio. ergo vita generatio ⁊ per cōsequens viuere est generari ꝑz hoc est ipossibile: q̄ qđ quid viuit nō generat̄ sed generatū est: ergo animal ⁊ vita nō sunt idem. hec cōclusio peccat ſm non causam ut causaz: ex hoc enim q̄ anima ⁊ vita sunt idē non sequit̄ impossibile ⁊ ita nō debet interimi sed ista mors ⁊ vita sunt cōtraria q̄ in omnibus his id qđ nō est

causa

cauſa apparet eē cauſa q̄ cōmunicat in termi nis cum aliquibus ꝓpoſitionibus ex quib⁹ ſequitur impoſſibile. Ex iſtis patet q̄ iſta fal lacia nō fit in ſyllogiſmo oſtenſiuo:ut omnis homo currit:ſortes eſt hō ⁊ ſol eſt in cancro: ergo ſortes currit. hic non eſt fallacia nō cauſe ut cauſe:q̄ hec ꝓpoſitio ſol eſt in cancro non eſt cauſa neq̄ apparet eſſe cauſa:ſicut apparet in ſyllogiſmo ad impoſſibile.

Equitur de fallacia ſm non cauſam. Ad cu- s ius euidentiam notandū q̄ dupler eſt ſyllo- giſm⁹.ſ.oſtenſiuus ⁊ ad impoſſibile. Syllo giſmus oſtenſiuus eſt ille in quo vna concluſio uera tñ infert ex premiſſis ueris:ita q̄ ibi eſt ſtat⁹ nec fit regreſſus ſuper aliquā p̄miſſarum:ut hic.ois homo eſt animal.ſor.eſt homo:ergo ſor.eſt animal. Syl- logiſmus ad ipoſſibile eſt quādo aliquis ſyllogiſtice ducit ad aliquā cōcluſionē falſam ſeu impoſſibilez: ⁊ ex interemptione illius impoſſibilis fit regreſſus ad interimēdum aliquaz p̄miſſarum ita q̄ ibi ſunt duo ꝓceſſus ⁊ due concluſiones:ut ſi querat. Eſt ne homo aſinus.quo cōceſſo arguit cōtra.nul lus aſinus eſt animal ratiōale:ſed homo eſt aſinus: ſor.eſt homo:ergo homo nō eſt aial rationale:ſz hoc eſt impoſſibile:ergo ſor.non eſt homo. In hac argu mentatione eſt nō cauſa ut cauſa:q̄ ex interēptione cōcluſionis interimitur illa ꝓpoſitio.ſor. eſt homo que apparet eſſe cauſa impoſſibilitatis cōcluſionis: ⁊ nō eſt cauſa: cū ſine ipſa ſequat ꝯcluſio ipoſſibilis. Cauſa apparētie in hac fallacia eſt ꝓuenientia illius ꝓpoſitiōis que nō eſt cauſa in ſubiecto ul' p̄dicato:cū aliqua premiſſa que eſt cauſa:ꝓpter quā credit de- ceptus q̄ tñ operet ad illationē cōcluſionis ꝯz alia. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eorūz. Ex p̄dictis pa tet q̄ hec fallacia nō cōmittit in hoc ſyllogiſmo. oē animal eſt aſin⁹:omnis homo eſt animal: ſol eſt in cancro:ergo omnis homo eſt aſinus.cōcluſio eſt fal- ſa: ergo illa p̄miſſa:ſol eſt in cancro. illa enim pro- poſitio nō conuenit in ſubiecto uel p̄dicato cuz aliis premiſſis: ⁊ ſic non eſt ibi cauſa apparentie huius fallacie.

Ropoſitio plures eſt illa in qua plu- p ra predicant̄ de plurib⁹ uel plura de vno:uel vnū de plurib⁹:ut ſortes cur rit ⁊ diſputat:uel ſic.eſt ne hic ⁊ hic hō demō ſtrato ſorte ⁊ brunello.uel ſor.⁊ plato currūt ⁊ diſputāt. Propoſitio autē vna eſt in qua vnuz predicat̄ de vno:⁊ hoc quadrupliciter ſiue vnū numero:ut hō eſt riſibilis.ſiue vnū ſpecie:ut ſortes eſt homo.ſiue vnū genere:ut ſortes eſt aial.ſiue vnū ſm ꝓpus ⁊ poſten⁹:ut hō eſt ens animal eſt ſanū ſiue predicant̄ plu ra ex quib⁹ fit vnū:ut hō eſt aial rōnale mor tale. Secundū plures interrogationes fiunt paralogiſmi quādo ad iterrogationē plures datur vna reſpōſio. Cauſa apparētie huius fallacie eſt vnitas interrogationis cōplexe. Cauſa falſitatis eſt pluralitas ipſi⁹. Duo ſunt modi hui⁹ fallacie. Primus modus eſt q̄ñ plura in ſingulari numero ſubiciūtur uel pre dicantur ut hic.eſt ne hic ⁊ hic homo demō ſtrato ſorte ⁊ brunello ſi dicat̄ ſic.ergo brunel lus eſt hō.ſi nō ergo ſortes non eſt homo.nō bene enim reſpōdit quādo fecit reſpōſionem vnam ad interrogationes plures.ſz debet re ſpōdere.uerū eſt pro vno ⁊ falſuz pro reliquo Secūdus modus eſt quādo plura in plurali numero ſubiciūtur uel predicātur: ut ſunt ne iſta bona uel non bona demōſtratis bono ⁊ non bono.ſi dicit bona:ergo bonū eſt malū. ſi non bona:ergo bonū non eſt bonū. debuiſ ſet enim reſpondere bonū eſt bonū ⁊ malū eſt malū. Si autez cōcedat aliquis hō dari diffi nitiones ſimili modo in ſingulari ⁊ in plurali ut cecū eſt aptum natū videre ⁊ non videt:⁊ ceca apta nata videre ⁊ non videt. non effugi et redargutionē demōſtrato vno ceco ⁊ alte ro videte:⁊ dicatur ſic.ſunt ne illa ceca uel nō ceca. Si ceca.ergo illud eſt cecū demonſtrato vno videte. non enim dicebat illū eſſe cecuz ⁊ illum eſſe videntē ſz dabat vnam reſpōſio nem eo q̄ conceſſit q̄ ſimilis daretur diffini tio in ſingulari numero ⁊ in plurali.

Oſtq̄z auctor determinauit de fallacia ſm nō p cauſam ut cauſam.hic cōſequēter determi- nat de fallacia ſz plures interrogatiōes: ut vna:q̄ vo interrogatio ⁊ propoſitio cōponunt̄ ex eiſ dem terminis p̄incipalib⁹:ideo ad declarādum qd ſit iterrogatio plures p̄mittit qd ſit ꝓpoſitio plures. dicens q̄ ꝓpoſitio plures eſt illa in qua plura predi cant̄ de vno:ut ſor.currit ⁊ diſputat:uel vnū de plu ribus:ut ſor.⁊ plato currūt:uel plura de pluribus:ut ſor.currit ⁊ plato diſputat.⁊ dicit ꝓpoſitio plres:q̄ ibi deſignātur plures cōpoſitiones p̄dicati cū ſubie cto. ꝓpoſitio vo vna dicit̄ in qua p̄dicat̄ vnum de vno:ſiue illud ſit vnū numero:ut ſor.eſt ſor.uel vnū ſpecie:ut ſor.eſt homo.uel vnū genere:ut ſor.eſt ani mal:ſiue vnū analogia:ut ſubſtantia eſt ens:⁊ q̄ñq̄z ponunt̄ plures dictiones ex q̄bus fit vnum ſicut ex determinatiōe ⁊ determiabili:ut homo eſt animal rationale.⁊ ſicut dictū eſt de ꝓpoſitiōe: ſic dicendū eſt de interrogatiōe que dicitur interrogatio inquā tum ſumitur cum ſigno interrogatiōis. Quedaz eſt enim interrogatio plures in qua plura interrogant̄ de vno uel vnum de pluribus:uel plura de plurib⁹. ⁊ quedam eſt interrogatio vna in qua vnum inter- rogat de vno. Poteſt etiā interrogatio plures fieri

dupliciter. vno modo ſm ſignificata tm̃ : ut dicēdo utrū omnis canis currit : ⁊ talis cauſat equiuocatiōnē. alio modo ſm uoces ⁊ ſignificata ſimul. ⁊ de hac eſt in ꝓpoſito. Fallacia ſm plures interrogationes: ut vna eſt idoneitas decipiēdi ꝓueniēs er ꝓuenientia interrogatiōis plures ad interrogatiōem vnā ꝓpter quā videtur eſſe vna interrogatio : ⁊ ideo dat vnica reſponſio. Cauſa apparentie eſt apparēs vnitas interrogatiōis que tamē in ueritate eſt plures. Cauſa defect⁹ eſt pluralitas interrogatiōis illi⁹ que videt eē vna. ¶ Hui⁹ fallacie ſunt duo modi. Primus modus eſt quādo plura in ſingulari numero ſubiciunt uel predicant: ut determinato ſorte ⁊ brunello. Si queras. eſt ne hic ⁊ hic homo. ſi dicat ſic: ergo brunellus eſt hō. ſi dicatur nō: tūc potuit inferri. ergo ſor. nō eſt homo. Reſpondēs ergo nō debet dare vnā reſponſionē ad interrogationez plures: ſz debet dare duas reſponſiones dicēdo hic. ſ. ſor. eſt homo. ille vo. ſ. brunellus nō eſt homo. ¶ Scōus modus eſt quādo plura ſubiciunt uel predicantur ut in plurali numero: ut ſi querat. Sunt ne mel ⁊ fel dulcia uel amara. ſi dicat ꝙ ſunt dulcia: ergo fel eſt dulce. ſi dicat ꝙ ſunt mara: ergo amarū eſt mel. Talis itaqz non bene reſpondet: q⁹ dat vnā reſponſionem ad plures interrogatiōes. ¶ Circa qō notandum ꝙ ꝫ quādo reſpondens ad plures interrogationes dat vnaz rñſionem affirmatiue ducat uere ad inconueniēs: ut patet ex precedētibus. Si tm̃ in caſu ꝓpoſito ⁊ conſimilibus det tm̃ vnaz reſponſionem negatiue ducet ſolum apparenter ad inconueniens. Si enim dicat mel ⁊ fel nō ſunt amara nō uere infertur: ſed tm̃ apparenter. ergo mel non eſt amarū: ⁊ fel non eſt amarū: ſed eſt fallacia conſequētis.

Oſt hec autez reducendū eſt omnes fallacias ad ignorantiā elenchi. reducere autē omnes ad ignorantiā elenchi eſt oſtēdere qualiter quelibet fallacia peccat contra aliquam particulā in diffinitione elenchi poſitaz aut ratione ſyllogiſmi aut cōtradictionis. ſicut eniz differentia aduenies generi conſtituit ſpeciez: ita ratio cōtradictionis aduenies ſyllogiſmo cōſtituit elenchū. vnde quicqd eſt in elencho aut eſt in eo rōne contradictionis aut ratione ſyllogiſmi. dicit enim ariſtoteles ꝙ diuidendū eſt oēs ſyllogiſmos apparētes ⁊ elenchos aut oēs reducēdū eſt ad ignorātiā elenchi. Equiuocatio ⁊ amphibologia ⁊ figura dictiōis reducunt ad ignorātiā elenchi eo ꝙ duplex eſſe ipedit ſyllogiſmū ⁊ contradictionē. Cōpoſitio diuiſio accentus reducūtur ad ignorantiā elenchi in eo qđ non eſt oratio eadē uel idem nomen ſed differēs. oportet autē hoc. ſ. nomen ⁊ rationē eſſe eadē quēadmodū ⁊ rem ſi debeat eſſe elenchus. Hui vo ſm accidens fiūt manifeſti ſunt diffinito ſyllogiſmo q⁹ fiūt cōtra particulā in diffinitione elenchi poſitā. ſ. neceſſe eſt aliđ accidere per ea que poſita ſunt ⁊ cōceſſa. Et ſm hanc fallaciā que eſt ſm accidens artifices ⁊ ſcientes ſepe ab inſcijs redarguuntur faciētibus ſyllogiſmos cōtra ſapientes. nam ſm accidēs faciunt ſyllogiſmos apparentes. Hui vo fiunt ſm quid ad ſimpliciter reducūtur ad ignorantiā elenchi: quoniaz de eodē non eſt affirmatio ⁊ negatio: ut ethyops eſt albus ſm dētes: ergo eſt alb⁹. Manifeſti ſunt autē ſyllogiſmi qui prius dicti ſunt ⁊ quales nuncupātur. Hui vo fiūt ſm id qđ petitur in principio ⁊ non cauſam ut cauſam peccāt manifeſte contra diffinitionē ſyllogiſmi: q⁹ in ſyllogiſmo oportet ſequi aliđ de neceſſitate quod nō erat in principio: ⁊ ſic oportet ꝙ p̄miſſe ſint cauſe ꝯcluſionis ſyllogiſmi. Hui vo ſm conſequēs reducunt ſicut ⁊ illi qui fiunt ſcđm accidens. Hui vo ſcđm plures interrogationes ut vnā reducuntur eo ꝙ peccant cōtra vnitatē ꝓpoſitionis. ibi eniz nō ſumit ꝓpoſitio vna: ⁊ per cōſequēs nec ꝓpoſitio. Nam eadē eſt diffinitio vnius rei ⁊ rei. ut hominis ⁊ vnius hois. ſimile aūt eſt in alijs. vñ ꝓpoſitio vna vnuz de vno affirmat: ſz non eſt ita in ꝓpoſitione plures in qua predicātur plura de vno uel vnuz de plurib⁹ ⁊ propter hoc peccant contra vnitatē ꝓpoſitionis. Itē oēs fallacie in dictione ⁊ ſecundū quid ad ſimpliciter reducunt ad ignorantiam elenchi eo ꝙ peccāt contra cōtradictionē. Omnes autē fallacie alie extra dictionem reducūtur in hoc ꝙ peccant cōtra diffinitionez ſyllogiſmi. Et hec de fallacijs petri hiſpani dicta ſufficiant.

Incipit ſeptim⁹ tractat⁹ de ſuppoſitionib⁹

Ꝺrum que dicuntur quedā dicuntur cuz cōplexione ut homo currit. Quedam vo ſine cōplexione ut homo q⁹ eſt terminus incōplexus. Termin⁹ ut hic ſumitur eſt uox ſignificās vniuerſale uel particulare. ut hō uel ſortes. Terminoꝝ autē incōplexorum vnuſquiſqz aut ſignificat ſubſtantiam. aut qualitatē. aut quantitatē. aut ad aliquid. aut agere. aut pati. aut ubi. aut quando. aut ſitus. aut habitus. Significatio ut hic ſumitur eſt rei per uocē ſcđm placitū repreſentatio. quare cū omnis res aut ſit vniuerſalis aut particularis oportet dictiones non ſignificantes vniuerſale uel particulare nō ſignificare aliquid. ⁊ ſic nō eſſent termini ut hic ſumitur terminus. ut ſigna vniuerſalia uel particularia. Significationū alia eſt rei ſubſtātiue ⁊ hec fit per nomen ſubſtantiuū ut homo. Alia eſt rei adiectiue ⁊ hec fit per nomē adictiuum ul' per uerbū: ut currit uel albus que nō eſt ꝓpria ſignificatio ſubſtātiua uel adiectiua ſed ſignificat aliquid ſubſtātiue uel adiectiue.

Et ſignificare

Et significare aliquid adiectiue uel substāti/ue sunt modi uocū. q2 adiectiuatio ⁊ substāti uatio sunt cōpotes modi ⁊ differētie rerum que significātur ⁊ non significationes. Noia vo substātiua dicunt supponere: sz nomina adiectiua uel uerba dicūtur copulare. Sup/positio est acceptio termini substātiui pro ali quo. Bifferūt autē suppositio ⁊ significatio. quia significatio fit per ipositionē uocis ad si gnificandū rez: suppositio est acceptio termi ni iam significātis rem pro aliquo. ut cū dici tur homo currit. iste terminus hō tenet stare pro sorte platone ⁊ sic de alijs. vnde significa tio prior est ipositione. ⁊ in hoc differūt. q2 si/gnificatio est uocis: suppositio vo est termi/ni iā cōpositi ex uoce ⁊ significatiōe: ergo sup ponere ⁊ significare non sunt idē: sz differūt per locū a cōiugatis. Itē significatio est signi ad signatū: suppositio vo est supponētis ad suppositum. ergo suppositio non est signifi/catio. Copulatio est acceptio termini adiecti ui pro aliquo.

q

Uia logic⁹ habet considerare de termi no: iō auc. in hoc ultimo tractatu deter minat de quadaz ꝑpetate termini: que dicit suppositio que multū ꝓfert ad co/gnoscēdū ueritatē ꝓpositionū. Ad cui⁹ euidētiā ꝑmittit quedā ꝑambula di. q earū que dicunt q̄dā dicunt cū cōplexione ut hō cur rit. q̄dā sine cōplexione ut hō per se. ¶ Circa qō no tādū q hec diuisio hic ponit ad sciēduz qui termini supponūt ⁊ q nō. Soli nāq3 termini icōpleri suppo nūt: nō aūt termini cōpleri: qō patet ex diffinitione suppōnis. Est eni suppositio acceptio termini ſbstā tiui pro aliquo. Dis aūt terminus substātiuus est in cōpler⁹. hoc aūt est uerū de suppōne de qua hic iten dit auc. que est de termis significatiue sumptis pro illis videlicet qui ex ipositiōe significāt. loq̄ndo aūt de suppositiōe materiali nō supponūt soluz termini incōplexi: sz etiā termini cōplexi. Est aūt suppositio materialis qñ termin⁹ supponit pro se uel sibi sili in uoce ul' in scripto: ut iste termin⁹ hō est dictio dissyl laba: ly hō ibi supponit discrete ⁊ materialiter pro illo termino hō uel sibi sili. Si vo dicat. oē hō est di ctio dissyllaba: hō supponet cōfuse ⁊ distributie ⁊ ma terialiter pro qualibet tali dictione iuxta illud. Di ctio quecunq3 fuerit ibi materialis: est neutri gene/ris indeclinabile nomē. Materialiter eni suppone re ꝑñt termini cōplexi: ut hō albus est oro impfecta. Dis hō currit est ꝓpositio cathegorica. sic etiaz ꝑñt supponere nō solū substātiua sed etiā adiectiua: nec solū dictiōes cathegorematice sz etiā syncathegore matice: ut ois est signū vniuersale. qdam est signum particulare. ois hō est totū in quātitate. In hac ꝓpo/sitione ois hō supponit materialiter ⁊ determinate pro illo cōplexo: uel sibi simili in uoce. ſz aliquos vo ly ois hō supponit discrete. ⁊ sic de alijs uocib⁹ ma/terialiter sumptis. de quo nota ea que dicta sunt ca pitulo de quātitate propositionum.

¶ Declarat ulteri⁹ auc. qd est termin⁹. dicēs q ter/min⁹ ut in ꝓposito sumit est uox significās vniuersa le uel particulare ad differētiā syncathegorematuz que nō significāt res vniuersales uel particulares sz dispōnes rerū. significāt eni termios supra quos ca/dunt teneri uli' ul' particulariter. Est aūt significatio termini: ut hic sumit: rei per uocē ad placitū repsen tatio. cū ergo ois res sit vniuersalis ul' particularis oportet dictiōes nō significātes vniuersale uel par/ticulare nihil significare: ⁊ sic nō erūt termini: ut hic sumit termin⁹. Dicit aūt ad placitū ad differētiā si gnificatiōis naturalis sicut passiōes in aia nra existē tes naturali' significāt res q̄rū sunt sili' tudies: de qua significatiōe nō itēdit auctor. ¶ Deide dicit auctor q' suppōnū quedā fit per nomē substātiuū: alia per nomē adiectiuū. Substātiua aūt noia ꝓprie dicunt supponere: q2 significāt per modū per se stātis. Ad/iectiua vo ⁊ uerba dicunt copulare: adiectiua quidē q2 significāt per modū adiacētis seu alteri iherētis. Uerba aūt que sunt nota vnionis ꝓdicati cū subie/cto: large eni sumendo suppōnez adiectiua possent dici supponere maxime quando sunt substantiuata in neutro genere.

¶ ꝓpremissis his ꝑambulis diffinit auc. suppositi onē dicēs q̄ suppositio est acceptio termini substāti ui pro aliquo. i. pro re significata per ipz: siue sit ens in aia siue extra aiam siue significatuz ꝑncipale: siue min⁹ ꝑncipale: ut hō pōt accipi pro natura humana ul' pro ei⁹ suppositis: ⁊ differūt suppositio ⁊ significa tio ſm ipm: q2 significatio est uocis: sz suppositio est ꝑtas termini cōpositi ex uoce ⁊ significatiōe. Est eni acceptio ipius termini pro aliquo. ⁊ sic significa tio est ꝑ: suppōne. ¶ Aliter differūt ſz aliquos: q2 significatio solū extēdit ad rē ad quā significādā ter/min⁹ iponit: sz suppositio nō soluz extēdit ad rē que ꝑ terminū significat: sz etiā ad supposita ꝓtēta sub re illa. ut hō significat naturā humanā. pōt trā suppone re pro natura ⁊ pro suppositis que ab aliquo dicunt res nature: lz aūt ſm auctorē termin⁹ supponat ⁊ in ꝓpositiōe ⁊ extra ꝓpōnem: nō trā ſm Ocham ⁊ eius sequaces ponētes differētiā iter suppōnē ⁊ significa tionē: q2 suppositio ē acceptio termini in ꝓpositione pro aliquo uel pro aliqb⁹. Significatio vo est termi ni ⁊ in ꝓpōne ⁊ extra ꝓpōnem quoz forte opinio est uerior. ¶ Deinde diffinit auc. copulatiōem dicēs. q̄ copulatio est acceptio termini adiectiui pro ali/quo. i. pro re significata per illū terminū adiectiuuz: qō ponit ad differētiam syncathegorematū que nō significant res sed earum dispositiones.

s

Uppositionū alia cōmunis alia di/screta. Suppositio cōmunis est que fit per terminū cōmunem ut hō aial. Discreta est que fit per terminū discretuz ut sortes. uel per terminū cōmunem cū prono/mine demōstratiuo. ut iste hō qui est termi/nus discretus. Item suppositionū cōmuniū alia naturalis: alia accidentalis. Suppositio naturalis est acceptio termini cōis pro oib⁹ his pro qb⁹ aptus nat⁹ est participari. ut iste termin⁹ hō per se sumptus supponit pro oi bus hoibus tam qui sunt qui erūt ⁊ qui fue/runt. Accidētalis suppositio est acceptio ter/mini cōmunis pro oibus his pro qbus exi/git suū adiūctū. ut hō currit. hic iste termin⁹ homo supponit pro oibus hoibus presenti bus. Et cum dicitur hō fuit uel homo currit

supponit ꝑ ꝓteritis. ⁊ cū dicit hō erit vl' hō curret supponit pro futuris. Et sic habet diuersas suppositiones scōm diuersitatē eorū que ei adiungūtur. Accidentaliū suppositionum alia simplex: alia personalis. Suppositio accidentalis simplex est acceptio termini cōmunis pro reuniuersali significata per ipz terminū. ut cū dicit hō est spēs aial est gen⁹. ibi iste terminus hō supponit pro hoie in cōmuni ⁊ non pro aliquo inferiori. ⁊ iste terminus aial supponit pro aiali in cōi ⁊ nō pro aliquo inferiori. Et siliter dicēdū est de quolibet termino cōmuni. ut risibile est ꝓpriuz. rationale est differētia. albū est accidēs. Itē suppositionū simpliciuz. alia est termini cōmunis in subiecto positi: ut hō est spēs. Ibi iste termin⁹ hō simplicē habet suppositionē. qz solū supponit pro natura spēi. Alia est termini cōmunis positi in p̄dicato ꝓpositionis affirmatiue: ut oīs hō est aial. Ibi iste termin⁹ aial in p̄dicato positus simplicē habet suppositionē. qz soluz supponit pro natura generis Alia est termini cōis positi post dictionem exceptiuā. ut oē aial p̄ter hoiem est irratiōale. ibi iste termin⁹ hoiem simplicē habet suppositionē. qz non licet fieri descēsum sub ipo vñ non sequit omne aial p̄ter hominē est irrationale. ergo oē aial preter hūc hominē est irrōnale ex quo ibi est fallacia figure dictiōis procedēdo a suppositione simplici ad personalē. Similiter hic: hō est spēs: ergo aliquis homo est spēs. ⁊ similr hic oīs homo est animal. ergo omnis hō est hoc aial. In omnib⁹ enī istis fit ꝓcessus a simplici suppositiōe ad psonalē. q⁹ aūt termin⁹ in p̄dicato posit⁹ simplicē habeat suppositionē patet. qz cuz dicit omniū oppositorū eadem est disciplina: nisi ille terminus disciplina simplicē haberet suppositionē: sic fieret descensus sub ipo ⁊ eēt falsa. Nulla enī particularis disciplina est oīuz contrariorz. medicina enī non est omniū contrariorū: sz solū sani ⁊ egri. grāmatica non est omniū cōtrariorū sed solū ogrui ⁊ incōgrui. logica ueri ⁊ falsi ⁊ sic de aliis. Personalis autē suppositio est acceptio termini cōis pro suis inferiorib⁹. ut cum dicit hō currit. iste terminus hō supponit pro suis inferiorib⁹.

¶ Diuidit cōsequēter auctor suppositionē in cōmunem ⁊ discretā. Suppositio cōmunis est que fit per terminū cōmunez: ut hō est aial. Suppositio discreta est que fit per terminū discretū. ut sortes currit: vl' per terminū cōmunez cū pronomine demōstratiuo ut iste hō currit: ly homo supponit discrete ratione ꝓnominis demōstratiui sibi additi. tale nanqz ꝓnomen pro ꝓprio nomine ponit ⁊ certā personā significat. Et sciendū q⁹ frustra addit signum vniuersale termino discreto: qz talis terminus nō est distribuibilis cū non dicat quiditatē pluribus cōmunicabilē

¶ Si querat de illa ꝓpositiōe hec herba crescit in horto meo: ⁊ de similib⁹ quomodo supponit herba. dic q⁹ supponit discrete. Et si arguatur q⁹ tunc erit falsa. Respōdeo q⁹ de ueritate sermonis: seu in sensu quem facit est falsa: tū in sensu in quo fit est uera. per hāc enim intelligit herba eiusdē spēi cū ista crescit in horto meo que est uera. ¶ Deide diuidit auctor suppositionē cōmunez in naturalē ⁊ accidētalē. Suppositio naturalis est acceptio termini communis pro oībus a quib⁹ aptus nat⁹ est participari. ut hō per se sumptus pōt accipi pro oībus qui fuerunt sunt ⁊ erūt. Et dicit naturalis qz non cōuenit termino per aliquod sibi additū: ⁊ ideo termin⁹ de natura sua habet talem suppositionē. Et notandū q⁹ hec suppositio non habet locū apud illos qui ponūt terminuz tm̄ supponere in ꝓpositione. Suppositio accidētalis est acceptio termini cōmunis pro eis pro quibus exigit adiūctū: ut hō est supponit tm̄ pro presentibus rōne uerbi p̄sentis tēporis. hō fuit nō solū potest accipi pro p̄sentibus sz etiā pro preteritis. hō erit pro futuris: sicut in illa ꝓpositione aial est gen⁹ aial non supponit pro suppositis. qz illud predicatū sibi adiunctū nō cōpetit suppositis sz quiditati aialis in cōmuni. ⁊ ideo non supponit psonaliter sz simpliciter. In ista vo ꝓpositione aial comedit. ly aial nō supponit pro quiditate. quia aialitas in cōmuni nec bibit nec comedit. sz supponit psonaliter: quia p̄dicatū adiunctū cōpetit idiuidiis aialis. Operationes enī sunt singulariū. ¶ Ulteri⁹ suppositio accidentalis diuidit in simplicem ⁊ personalē. Suppositio simplex est acceptio termini cōis pro re vl' significata per ipm. ut hō est spēs animal est genus Iste termin⁹ homo supponit pro natura humana in cōmuni que est eius principale significatū ⁊ pro aliquo supposito illius nature. Si etiā supponūt subiecta scientiarū ut ens inquātū ens est subiectum methaphysice. syllogism⁹ est subiectum logice. nō enīz aliquis particularis syllogism⁹ est subiectū logice. sz syllogismus in cōmuni. Et dicitur hec suppositio simplex. qz terminus sic supponēs ponit pro re vniuersali. simpliciter enīz aliquādo idem est qđ vniuersaliter ſm philosophū in primo degeneratione.

¶ Personalis suppositio est acceptio termini cōmunis pro suis inferiorib⁹ que dicit personalis qz indiuiduū uel suppositū in substātia rationali idem est qđ persona. Est enī psona sz Boetiū rōnalis nature indiuidua substantia. ⁊ ſm Ricardū. Persona est itellectualis nature incōicabilis existētia. Illa igit suppositio in qua tenet terminus pro suppositis vl' indiuiduis dicit psonalis non q⁹ oīa indiuidua sint psone. Sola enīz indiuidua rōnalis nature sunt psone. alia vo nequaqz sz denominat personalis a nomine indiuidui nature pfectioris.

Item personalium suppositionum: alia est determinata alia confusa. Determinata suppositio est acceptio termini cōmunis indefinite sumpti uel cū signo particulari determinatus: ut hō currit uel aliquis homo currit. Et dicit utraqz illarū determinata: qz lz in utraqz istarū iste termin⁹ hō supponat ꝑ omni hoie tam currēte q⁹ non currente. tamē pro vno solo hoie currēte uera dicit. Et quia aliud est supponere ⁊ aliō est locutionē eē ueram pro aliquo uel falsaz: igitur in p̄dictis ut dictū

dictū est iste termin⁹ hō suppōit pro oi hoīe tam currente ꝙ non currente: ꝫ reddat locutionem uerā pro currēte solo. Quod autez in utraqꝫ istarū sit determinata suppositio patet qr cum dicit̄ aīal est sortes uel aīal est plato ⁊ sic de alijs. ergo aīal est omnis hō. ibi est fallacia figure dictionis a pluribus determinatis ad vnā determinatā. Et ideo iste terminus aīal indefinite positus habet determinatam suppositionē ⁊ similiter cū signo particulari.

¶ Personaliū suppositionū alia determinata alia confusa. Suppositio determiata est quā habet terminus cōmunis indeterminate sumptus: uel cū signo particulari qñ videlicet cōtingit descendere ad determinata suppositā per ꝓpositionē disiunctā: ut hō currit: ergo sor. currit uel plato currit: ⁊ sic de alijs. Et dicit̄ determinata: qr ꝫ ille terminus hō supponat seu possit accipi pro oi hoīe. tñ redditur locutio uera pro vno determinato supposito. Unde dicit auc. ꝙ aliud est supponere ⁊ aliō reddere locutionē uerā pro aliquo. Uñ ad ueritatē illius sufficit ꝙ predicatuꝫ conueniat subiecto pro vno solo supposito. Qñqꝫ tñ omnes singulares sunt uere: ut hō est risibilis: ⁊ hoc non formaliter sed materialiter. Subiectum igitur propositionis particularis uel idefinite supponit determinate: dum tamen accipiatur non tñ pro eius principali significato: sed pro idiuiduo eius quod dico propter subiecta haruꝫ ꝓpositionū homo est dignissima creaturarū. Rosa est pulcherrimus flos florū. color est uerū obiectū visus: ⁊ sic de similibus que non supponūt ꝑsonaliter pro indiuiduis: ꝫ simpliciter pro principali significato. predicata etiā propositionū particulariū ⁊ idefinitarū affirmatiuarū in quib⁹ non ponit aliqua dictio negationem iportans uel syncathegorema confundens supponunt determinate.

Cōfusa suppositio est acceptio termini cōmunis pro plurib⁹ mediāte signo vniuersali. ut cū dicit̄ oīs homo est aīal. ibi iste terminus hō supponit pro plurib⁹ mediāte signo vniuersali qr supponit pro quolibet suo supposito. Iteꝫ suppositionū confusarū alia est cōfusa necessitate signi uel modi: ⁊ alia necessitate rei. ut cuꝫ dicitur oīs hō est aīal. ibi iste terminus hō mediāte signo vniuersali confunditur siue distribuit̄ pro quolibet supposito. ⁊ iste terminus aīal a parte p̄dicati posit⁹ confundit̄ necessitate rei. Et cū vnusqsqꝫ hō suā habeat eēntiā: ideo hoc uerbū est necessitate rei tenet̄ pro tot eēntijs pro quot hoīb⁹ tenetur iste termin⁹ hō. ⁊ cū vnicuiqꝫ hoī insit sua aīalitas: ideo iste terminus aīal necessitate rei tenet̄ pro tot animalib⁹ pro quot hominib⁹ iste terminus hō ⁊ pro quot eēntijs hoc uerbū est. vñ iste terminus homo debet supponere cōfuse mobiliter ⁊ distributiue: ꝫ cōfuse ⁊ distributiue tenet̄. qr tenetur pro oī homine. mobiliter ꝟo qr licet fieri descēsuꝫ sub eo pro quolibet suo supposito. ut oīs hō est aīal. ergo sor. est aīal. ꝫ iste termin⁹ aīal dicitur cōfundi īmobiliter qr non licet fieri descensum sub eo. ut oīs homo est animal. ergo oīs hō est hoc aīal. Ibi enim fit ꝓcessus a simplici suppositiōe ad personalē sicut hic. hō est dignissima creaturarū. ergo hic hō uel aliqs homo. uel rosa est pulcherrima flos. ergo aliqua rosa. Sꝫ differūt in hoc. quia in istis est simplex suppositio ex parte subiecti: in illa ꝟo ex parte p̄dicati: ꝫ videat̄ oppositū eē qđ supius dictū est: ꝙ in hac ꝓpositione oīs homo est aīal: iste terminus animal in p̄dicato positus simplicē habet suppositionē cū pri⁹ dicitur ꝙ habet cōfusaꝫ. Ad hoc dicēduꝫ est ꝑm quosdā. ꝙ qr genus p̄dicatur de plurib⁹ differētibus spē: iste terminus aīal qñ tenet̄ pro ipso in cōmuni qđ est genus sic habet simplicē suppositionē. Secōꝫ autē ꝙ ipa natura cōmunis ipsi⁹ generis multiplicatur per supposita hoīs sic dicitur habere cōfusaꝫ suppositionē nō mobiliter ꝫ īmobiliter. Suppositio autē confusa immobiliter pōt cū simplici accidere nō ꝑm idē ꝫ ꝑm diuersa ut dictū est. Uñ ꝫ hoc dicendū est ꝙ suppositio confusa mobiliter nō pōt sil' eē cū simplici: nec ꝫ idē nec ꝑm diuersa ut dictū est. Sꝫ ego credo impossibile eē terminū cōmunē in p̄dicato positum habere simplicē suppositionē: ⁊ confundi mobiliter uel immobil'r signo vniuersali existēte in subiecto affirmatiue. ut omnis hō est animal. ⁊ sic de alijs cōsimilib⁹. qr ut vult porphirius: oē qđ predicatur de aliquo aut est maius eo aut est equale ei de quo p̄dicatur ⁊ intēdit de p̄dicatiōe per se. ꝫ in hac ꝓpositione omnis hō est animal est p̄dicatio per se ⁊ non p̄dicatur equale: ergo maius nō accidēs tale. ergo substātiale uel eēntiale ergo genus uel differētia: non sunt differētia: ergo genus sed natura generis multiplicata mobiliter uel īmobiliter non est gen⁹. ergo cū dicit̄ omnis hō est aīal cū ibi p̄dicetur genus non eēt possibile terminū cōmunez multiplicari mobiliter ul'r īmobiliter. qr significat naturā generis que iā est actu non eē genus. sicut si hō cōfunderetur mobiliter uel īmobiliter iā non esset spēs. Iteꝫ hoc idē videt̄ per Aristotelē in primo thopicoꝝ dicentez ꝙ oē qđ de alio predicatur: aut p̄dicatur cōuersim de eo aut nō. Si cōuersim est diffinitio uel ꝓpriū. Si autē non cōuersim p̄dicatur de re: aut cadit in diffinitionē rei aut non. si non: tūc est accidēs. si cadit in diffinitionē rei aut est genus uel differētia. non differētia: ergo gen⁹. Et intēdit aristoteles ꝙ ibi sit recta p̄dicatio ⁊ spēs subiciatur ꝫ se uel multiplicat̄. ꝫ in hac ꝓpositione homo est aīal est recta p̄dicatio ⁊ subicitur homo ⁊ non equale predicatur neqꝫ accidēs

ergo genus. Quare nō ēst possibile terminū cōmunez in p̄dicato positū cōfundi mobil'r uel īmobiliter. Jtē totū vniuersale qđ est genus ⁊ totū in quātitate ex opposito se habent ſz totū in quātitate est duplex. quoddā est totum in quātitate cōpletuz ut ubicūq; confunditur terminus cōis mobiliter. ut ois homo est aīal. Aliđ est totū in q̄titate īcōpletū ⁊ diminutū. ut ubicūq; confundit termin⁹ cōis īmobiliter ⁊ multiplicat terminus cōis simpliciter. ergo si īpossibile est totū in quātitate eē gen⁹ in q̄tū huiusmōi nō erit possibile terminū cōem in p̄dicato positū ꝯfundi mobiliter uel īmobiliter ut dicebat. Jtez cōparatio illa ſm quaz īferiora reducūtur ad superiora opposita est cōparationi ſz quam supiora reducunt ad sua īferiora. ſz scđm primā sumit cōmune in rōne cōmunis. ſz scđm secūdā sumit cōe multiplicatū siue ꝯfusuz. Cū ergo termin⁹ cōis ut sic sit in rōne generis nō est possibile ipm multiplicari in q̄tū huiusmodi. Et hec q̄tuor argumēta sūt p̄cedēda. Causa aūt ꝓpter quā mouebant facilis est ad soluendū que tm̄ est vna. q: cuz dicitur ois hō est aīal: cū vnicuiq; hoi respōdet sua aīalitas siue sua eēntia cū non possit esse hō q̄n sit aīal. iō dicerūt q̄ iste terminus aīal tenet pro tot animalibus pro quot hoibus hō. q̄ autē in illo argumento nulla sit apparētia patet. q: cū dicitur omnis hō est alb⁹ necesse est q̄ tot aīalitates īteligant in subiecto quot sunt homines in quibus tenetur hō. vñ nihil est dicere q̄ habeat illas animalitates a p̄dicato cū ibi p̄dicetur albū. Ad vltimū dicendū est q̄ hō logice loquēdo nō naturaliter ex animali ⁊ rōnali cōponitur. ideo de se habet illarū animalitatū multiplicationē. vñ cū dico sic. omnis hō est alb⁹ nullo modo habet illas animalitates a p̄dicato cū ibi p̄dicetur albus ut dictū est. Sic autē est in ꝓpposito cū ibi p̄dicetur gen⁹ de spē: ut omnis hō est animal. Jn hac enim ꝓpositiōe subicit hō in quo intelligit multitudo illarū animalitatū ⁊ p̄dicatur hoc gen⁹ animal qđ nullo modo cōfunditur mobiliter uel īmobiliter: ſz stat ibi pro natura siue pro eēntia ipi⁹ generis cōis de pluribus p̄dicabilis. vñ animal p̄dicatur ⁊ animal intelligit in subiecto sicut hic oē animal rōnale est animal. Similr dico q̄ hoc uerbū est non ꝯfundit mobiliter uel immobiliter. q: q̄ animal eēt uel existeret in hoc homine: hoc habet subiectū de se antecq̄ in ꝓpositione subiciatur predicato essentiali uel accidētali. Et ꝓpter hoc destruimus quandā diuisionē factaz. ſ. confusarū suppositionū: alia est ꝯfusa necessitate rei: alia est cōfusa necessitate modi siue signi. Dicim⁹ enim q̄ omnis cōfusio fit necessitate signi uel modi. ut cū dicitur: omne animal rōnale est aīal. iste terminus animal in subiecto posit⁹ tenet necessitate signi pro omni animali qđ est homo. Similiter hic omnis homo est animal. iste terminus homo tenet pro omni homie ⁊ nō solū pro homine: sed etiā pro omni animali qđ est homo. ⁊ ideo tot intelligunt animalitates quot humanitates naturaliter loquēdo. q: eadē est humanitas in quolibet individuo hominis secūdū viā logicoꝝ ⁊ non secūdū viā nature. sic homo in cōmuni idem est. vnde q̄ sit hec animalitas uel illa hoc est rōne materie. Jn via enim nature humanitas mea differt ab hūanitate tua per se. ⁊ anima mea per quaz causat humanitas mea in me: alia est ab anima tua per quā causatur humanitas tua in te. ⁊ ꝓpter hoc signū confundit hominē nō tamē cōfundit animal in cōmuni sed ꝯtractuz ad hominē per suas differentias. vnde sequitur q̄ omnis confusio fit necessitate signi uel modi. Et hec de suppositione terminoꝝ absolutoꝝ.

¶ Suppositio cōfusa est acceptio termini cōis pro oībus suis suppositis seu pro multis: ⁊ dicitur cōfusa ideſt indeterminata: q: terminus sic supponēs nō determinat ad aliquod suoꝝ suppositoꝝ. Suppositionū confusarū: alia cōfusa ⁊ mobilis siue distributiua: alia cōfusa ⁊ īmobilis que dicitur cōfusa tm̄. Suppositio cōfusa ⁊ distributiua est acceptio termini cōis pro oībus suis suppositis uel idiuiduis: ⁊ dicitur mobilis q: pōt fieri descēsus sub termino sic sumpto ad singlaria per propositionē copulatiuā ut ois hō currit. ly hō supponit cōfuse ⁊ mobilr: q: bñ sequit ergo sortes currit plato currit. ⁊ sic de alijs. hoc modo supponit ois terminus cōis imediate sequēs signū vniuersale affirmatiuū nisi aliud impediat: ut si p̄poneret negatio signo ul' aliud huiusmodi. Termin⁹ etiā sequēs imediate negationē infinitantē supponit confuse ⁊ distributiue ut nō homo currit. si ly non sumat infinitanter ly hō supponit cōfuse ⁊ distributiue. Negatio aūt negās cadens sup copulā principalē propositionis distribuit nō solum subiectū sed etiam predicatū: ut nullus hō est asinus. taz hō q̄z asinus supponit ꝯfuse ⁊ distributiue nisi aliud syncathegorema impediat: ut nonnullus hō est asin⁹. Termini etiā includētes negationē confundūt ⁊ distribuūt terminos supra quos cadunt: ut aliud differēs: diuersuz ⁊ ꝯsimiles: ut sor. differt ab homine ly homie distribuit. ideo ipsa est falsa q: differret a se ipso. huiusmodi sunt termini cōceptiui: ⁊ nomina cōparatiui ⁊ suplatiui gradus ⁊ aduerbia similitudinis ſm quorūdā opinionem. Suppositio cōfusa īmobilis seu ꝯfusa tm̄ est qñ terminus sumitur pro aliquib⁹ eius suppositis nō tm̄ pōt fieri descensus ad illa. ⁊ hoc modoꝝ Sco. xrj. di. p̄. sen. q. vnica. supponit etiā predicatū vniuersalis affirmatiue. ut ois

hō est

hō est animal. vñ non sequit ergo ois homo est hoc aial: ꝛ subiectū exclusiue affirmatiue: q; equalet vniuersali affirmatiue de terminis transpositis: ut illa tñ animal est hō equaler isti. ois homo est aial. hoc modo etiā supponit terminus supra quē cadūt duo signa distributiua: ut sor. differt ab omni hoie ꝛ hoc per illā regulam logicoꝝ. Quicqd mobilitat imobilitatū: imobilitat mobilitatum. ut in ista Sor. differt ab hoie. ly hoie supponit ꝓfuse ꝛ mobiliter. Si aūt addatur aliud signū. ut dicēdo sor. differt ab oi hoie supponit ꝓfuse ꝛ imobiliter. Sic etiā supponit terminus sequēs uerbū significās actū aie interiorē ut sortes appetit vinū uel etiam actū sensus exterioris. Terminus etiā sequens aduerbiū numerale: ut bis comedit panē Parisius ꝛ Rome uendit piper. hoc etiā modo supponit iste termin⁹ hō in hac propositione. Ab initio mundi semp fuit hō. Unde nō sequit. ergo aliquis hō semp fuit ab initio mundi sed est fallacia cōsequētis. Sequtur enim econuerso: ly aūt predicta appareant esse uera. auctor tñ ponit predicatū vniuersalis affirmatiue supponere simpliciter de suppositione cōfusa imobili parū curās. ꝛ ad hoc adducit aliquas rōnes. Circa qō notandū q; suppositio simplex est ꝓfusa tñ seu imobilis differunt: q; in suppositione simplici terminus supponit pro natura absolute sumpta non habito respectu ad suppositа. In cōfusa vo tñ supponit pro natura in respectu ad suppositа ideterminate tamē. Unde ly termin⁹ sic supponēs posset dici supponere simpliciter: ut ponit auctor non tñ ita ꝓprie: ꝛ per hoc possent eius rōnes solui. Aliqui etiā dicūt: ut Ocham ꝛ eius sequaces q; in suppositione cōfusa tñ: ly non posset fieri descēsus per propositionē copulatiuā uel disiunctiuā: bene tñ potest fieri per propositionē de disiuncto extremo: ut ois homo est aial: ly enim nō sequat: ergo omnis hō est hoc aial: uel ois homo est hoc aial: uel omnis hō est hoc aial. Bene tñ sequit ergo ois homo est hoc aial: uel hoc aial. ꝛ sic de aliis. Est etiā suppositio cōfusa ꝛ imobilis quādo signum vniuersale tenet collective: ut quādo addit termino numerali in plurali: ut dicēdo. oēs apostoli sunt duodecim. Non enim sequitur: ergo petrus est duodecim: sed designatur q; petrus ꝛ Joannes cū ceteris simul sumptis sunt duodecim.

Incipit tractatus de relatiuis.

Elatiuum est dupler: vno modo relatiuum est cuius esse est ad aliud quodā modo se habere. ꝛ sic relatiuum est vnum de decē predicamentis. Aliud est relatiuum quod est antelate rei recordatiuum. quia ut vult Priscianus in maiori suo uolumine. Relatio est ante late rei recordatio: ut sortes currit qui mouetur. ibi hoc relatiuum qui facit recordationem siue relationem de sorte qui est res antelata. Omissis autem relatiuis secundum primum modum de relatiuis: secundo modo hic intendimus. Relatiuorum autē quedam sunt relatiua substantie. ut qui ille ꝛ similia. Quedam vo sunt relatiua accidentis. ut talis qualis tantus quantus. Relatiuum autem substantie est quod refert eandem rez in numero cum suo antecedente. ut qui ille. Itē relatiuorum substantie quedam sunt relatiua diuersitatis ut alius. Et est illud quod refert eandem rem in numero ꝛ supponit pro alio. ut sortes currit ꝛ alius disputat. Quedaz vo idētitatis. ut qui ille idem. Relatiuum autē substātie identitatis est quod refert ꝛ supponit pro eodem in numero pro quo supponit suum antecedens. ut sortes currit qui disputat. ibi hoc relatiuum qui refert sortem ꝛ supponit pro sorte. Relatiuorum idētitatis substātie quedā sunt noīa ut quis quidā. quedā sunt pronomina ut ille idem. Item relatiuorum pronominum identitatis quedam sunt reciproca ut sui sibi se cum suo possessiuo: ut suus sua suum. Alia vo non reciproca ut ille idem. Relatiuum autem reciprocuz dicitur non q; sit patiens: sed quia ponit moduz patientis supra substantiam agentez. quia aliud est patiens ꝛ aliud est modus patiētis. q; patet per hoc q; nominatiuus potest esse patiēs ut sortes percutitur: sed nō potest habere modum patientis. vnde modus patientis semper est in obliquis. ꝛ sic patet q; aliud est patiens ꝛ aliud est modus patiētis. Si queratur quid addatur supra patiens per relatiuum reciprocum. dicendū est q; addit idētitatez substantie ꝛ ponit eam sub modo patiētis ut sortes iubet se. ibi substantia que prius erat agēs ponitur sub modo patiētis. ut in hoc pronomine se. Unde reciprocum sic potest diffiniri. Reciprocum est quod significat substantiam agentem sub modo patientis. uel sic. Reciprocum est idem quod suuipsius passiuuz. ꝛ ideo hoc relatiuum sui significat per modū patientis in quem dicitur transire actus uerbi: nominatiuus autem significat per modū agentis. Item si queratur quare hoc pronomen sui sibi se caret nominatiuo. Dicenduz est q; solutio patet ex premissis. quia agens non potest significare patiens siue sub modo patientis nisi in obliquis. sed nominatiuus dicit modum agentis. ꝛ ideo natura nominatiui repugnat nature huiꝰ pronominis sui ꝛ ideo non potest habere noīatiuuz. Ex p̄dictis patet q; relatiua idētitatis referūt eandez rem cū suo antecedēte ꝛ semp supponūt pro eadez re in numero. Et ex hoc patet q; maior est certitudo per relatiuum identitatis q̄ per

ſuũ antecedens loco relatiui poſitũ. ut hõ currit hõ diſputat. q3 dubiũ eſt utruꝫ de eodem hoīe dicatur. Sed cũ dicitur hõ currit ⁊ idẽ diſputat: certũ eſt ꝙ de eodẽ homine dicaẽ. hoc eniꝫ patet per ꝯſſDriſcianũ dicẽtẽ in maiori ſuo uolumine ꝙ cũ dicit Aiax uenit ad troiã: ⁊ Aiax fortiter pugnauit: dubiũ eſt an de eodẽ aiace dicaẽ an de diuerſis. ſꝫ cũ dicitur Aiax uenit ad troiã ⁊ idem fortiter pugnauit: de eodẽ aiace in numero ſtatiꝫ intelligiẽ. Et ſic patet ꝙ maior eſt certitudo per relatiuũ idẽtitatis ꝙ̃ per ſuũ añcedens loco talis relatiui poſitũ. Solet aũt dubitari circa relatiua idẽtitatis utrũ deceptio facta ex diuerſa relatiõe fiat ſꝫ equiuocationẽ uel ſm amphibologiã uel ſcd̃ꝫ aliquã aliã fallaciã. ut dicendo hõ videt aſinũ: qui eſt rõnalis. ibi hoc relatiuũ qui poteſt referri ad hunc terminũ qui eſt hõ uel ad hũc terminũ qui eſt aſin⁹. ⁊ ſic ſunt ibi diuerſe relationes: ⁊ ergo ſcd̃ꝫ aliquos ſolet ibi ꝯueniẽter aſſignari equocatio. Sꝫ ꝯtrariũ arguiẽ. hoc nomẽ qui ſcd̃ꝫ ꝙ eſt relatiuũ ſignificat rẽ vnã equaliter ſe habentẽ ad illud qd̃ ſignificaẽ per modũ ſubſtãtie. ut color qui eſt in corpore locus qui cõtinet rẽ locatã ⁊ ſic de alijs. ergo deceptio facta ex diuerſa relatione nõ facit equiuocationẽ. Item hoc nomẽ qui ſcd̃m qd̃ eſt nomẽ ſignificat ſubſtantiã infinitã: ſꝫ iſta ſubſtãtia infinita apta eſt finitari taꝫ per vnũ añcedẽs ꝙ̃ per aliud. ergo cũ illa ſubſtantia infinite ſumpta in ſe ſit vna ⁊ poteſt referri ad quodlibet añcedẽs: ergo ſignificatio huius relatiui erit vna. quare ſeqtur ꝙ ibi nõ erit equiuocatio. Item ratio cuiuſlibet relatiui ſcd̃m ꝙ relatiuũ: eſt tm̃ vna: hec. ſ. res ante lata uel rei ante late recordatiuũ. ergo oẽ relativum ſcd̃m ꝙ relatiuũ participat vnuꝫ nomẽ ⁊ vnã rationẽ. ergo relatiuũ eſt vniuocuꝫ in ꝙ̃tũ eſt ante late rei recordatiuũ. ergo particularia relatiua ut qui. ille. ⁊ alius in ꝙ̃tũ ſunt relatiua ſuoꝝ antecedentiũ nõ ſunt equoca. Si aliquis obiciat ꝙ hoc relatiuũ qui alteri⁹ eſt rõnis ſcd̃m ꝙ tenetur in hoc antecedẽte hõ: ⁊ alterius ſcd̃m ꝙ tenetur in hoc añcedẽte aſinus ut in p̃dicta oõne. ergo eſt cõmune ⁊ habet rõnes diuerſas ergo eſt equiuocũ. Dicẽduꝫ ꝙ hoc argumentũ nõ ualet. Nam ſimiliter poſſet ꝓbari ꝙ quodlibet vniuocũ eſſet equiuocũ. ut aial eẽt equiuocũ ſcd̃ꝫ qd̃ eſt hõ uel ſecũdũ ꝙ eſt in hoīe ⁊ aliã habet rationeꝫ ſecũdũ ꝙ eſt equus uel ſecũdũ ꝙ eſt in equo: ⁊ ſic hoc nomẽ aial aliã habet rõneꝫ hic ⁊ ibi ⁊ eſt cõmune. non tm̃ equiuocũ ſed vniuocũ. Soluendũ eſt breuiter ꝙ ſicut vniuoca dicũtur habere eãdẽ rationẽ nõ ſcd̃m ſe ſꝫ in vniuoco vniuocãte. ut hõ bos equ⁹ ⁊ ſimilia in aiali. Similr oĩa relatiua dicũtur habere rõnem eandẽ non ſcd̃m ſe: ſꝫ in referẽte ſiue in relatione ⁊ etiã habẽt ideꝫ nomẽ ideo vniuocãtur in eo: ſꝫ ille obiciebat de rõnibus relatiuorũ ſcd̃ꝫ ſe. Añ p̃dictas obiectiones ab iſta cõcedimus ⁊ ideo ꝯcedim⁹ ꝙ deceptio facta ex diuerſa relatione nõ eſt ſcd̃m equocationẽ. Itẽ illa deceptio eſt in ordinatione dictionũ inter ſe ergo eſt in oõne. q3 ordinatio dictionum nihil aliud eſt ꝙ̃ oõ: ergo non eſt equiuocatio cũ equiuocatio ſolũ fit in vna dictiõe. Itẽ ꝙ ibi non ſit amphibologia probaẽ. ubi cũqꝫ fit amphibologia ibi eſt cõſtructio vni⁹ cũ alio: ut in hoc exẽplo liber ariſtotelis quo ad primũ modũ. quo ad ſcd̃ꝫ ut hic: litt⁹ arat. quo ad tertiũ: ut in hoc ſcit ſeculũ. Et ſecũdũ hoc patet inductiue per oẽs modos amphibologie: ꝙ ubicunqꝫ eſt amphibologia ibi eſt cõſtructio vni⁹ cuꝫ vno tm̃. ſꝫ ubicũqꝫ ſunt diuerſa relatiua nõ eſt ꝯſtructio vni⁹ cũ vno tm̃: imo vni⁹ cũ diuerſis. ergo deceptio facta ex diuerſa relatione non facit amphibologiam. Itẽ ubicũqꝫ eſt deceptio ex eo ꝙ aliqua dictio põt referri ad diuerſa eſt cõpoſitio uel diuiſio: ſꝫ deceptio ex diuerſa relatiõe eſt ex eo ꝙ aliqua dictio poteſt referri ad diuerſa. ergo deceptio ex diuerſa relatione eſt compoſitio uel diuiſio. ⁊ hoc idem concedimus. Sequitur de relatiuis diuerſitatis. Relatiuum diuerſitatis eſt quod ſupponit pro alio ab eo qd̃ refert. ut ſortes currit ⁊ alius diſputat. ibi hoc relatiuũ alius refert ſortez ⁊ ſupponit pro alio a ſorte ⁊ ita facit recordationem de ſorte. De relatiuis aũtẽ diuerſitatis talis daẽ regula. Si relatiuũ diuerſitatis addaẽ ſupiori fit inferius: ⁊ ſi addaẽ inferiori fit ſuperi⁹: Vbi gr̃a cũ dicitur aliꝰ ab aiali ergo aliud ab hoīe. ibi eſt loc⁹ a ſpẽ ad genus ſiue a parte ſubiectiua ad ſuũ totum vniuerſale. q3 in hac ꝓpoſitiõe aliꝰ ab aiali hoc relatiuũ diuerſitatis aliꝰ cũ additur aiali qd̃ eſt ſuperi⁹ ad hoīez facit ipm̃ iferius. ⁊ in hac aliꝰ ab homine addiẽ iferiori. ſ. hoī ⁊ ergo facit ipꝫ ſuperi⁹. ⁊ ergo aliud ab aiali eſt inferi⁹ ab aliud ab hoīe. ⁊ ideo ibi eſt locus a ſpẽ ſiue a parte ſubiectiua. De relatiuis idẽtitatis daẽ regula ab antiqs. Nulla ꝓpoſitio inchoata a relatiuis idẽtitatis habet cõtradictoriã. Et aſſignãt talẽ cauſaꝫ. q3 cũ dicit oĩs hõ currit ⁊ ille diſputat. hoc relatiuũ ille habet reſpectum ad hoc antecedens hõ propter dependentiã ſue relationis. ſꝫ cũ negatio aduenit ꝓpoſitioni inchoate a relatiuo dicẽdo ſic. ille nõ diſputat. tunc negatio negat uerbuꝫ quod ſequitur ⁊ nõ negat reſpectũ relationis quez habet ad antecedens. ergo negatio non negat totuꝫ

quicquid affirmatio affirmat: ergo nō cōtradicit sed cū hoc sit in qualibet ꝓpositione inchoata a relativo sequit̄ q nulla ꝓpositio inchoata a relativo habet contradictoriā. Sed contra hoc obicit̄. quicquid cōtingit affirmare ꝯtingit ⁊ negare de quolibet suppositō. sed uerbum cōtingit negare de quolibet suppositō: ergo ⁊ ꝯtigit affirmare de quolibet suppositō qđ est dictio relativa. ergo quelibet ꝓpositio inchoata a relativo habet ꝯtradictoriā. Item quelibet ꝓpositio siue enunciatio que est vna habet contradictoriā: sz ꝓpositio inchoata a relativo dūmodo ibi non sit aliqua dictio equoca neqz plura subiciātur neqz predicantur est vna ꝓpositio. ergo ꝓpositio inchoata a relativo habet contradictoriā. Itez dic̄ Aristoteles in p̄mo ꝑyermenias circa affirmationez ⁊ negationē q vni affirmationi vna est negatio opposita: ⁊ ecōuerso vna negatio vni affirmationi est opposita. ergo affirmationi inchoate a relativo negatio vna est opposita. Quod cōcedimus dicentes predictam regulā esse falsam. Ad rationes eoꝝ respōdemus q relativū cōparatur ad añcedēs ⁊ cōparatur ad uerbū cui subicitur. vñ cuz affirmatio ⁊ negatio sit oratio affirmativa vl̄ negativa alicuius de aliquo: uel alicuius ab aliquo hoc est p̄dicati de subiecto. Et ideo sicut patet per diffinitionē predictā affirmationis ⁊ negationis. affirmatio ⁊ negatio respiciunt tm̄modo: cōparationem subiecti ad p̄dicatū ergo in ꝓpositione ichoata a relativo tm̄modo: sumitur contradictoriū per cōparationē relativi ad uerbū cui subicitur ⁊ nō per cōparationē relativi ad antecedēs. qz ille respect⁹ non est ibi ꝓpter naturaz affirmationis: nec ꝓpter dependentiā subiecti inquātuz est subiectū. sz propter dependentiā eius qđ est subiectū. dicendū tm̄ est subiectū: qz aliud est subiectum inquātū subiectū: ⁊ id qđ est subiectū ⁊ aliud est predicatū ⁊ illud qđ est predicatū ⁊ sic quicqd affirmatur in ꝓpositione inchoata a relativo negatur in sua contradictoria. qz cōtradictoria istius ille disputet ⁊ ista nō ille disputet negatiōe p̄posita relativo. De relativo idētitatis nō reciproco talis dar̄ regula. Omne relativū idētitatis non reciprocū habet eandē suppositionē quā habet suū antecedens: ut cū dicitur. omnis hō currit ⁊ ille est sortes. hoc relativū ille supponit pro oi hoie qz sensus est. omnis hō currit ⁊ ille est sortes. idest ois homo est sortes. Dico autē non reciprocū. qz cum dicit̄ omnis hō videt se nō est sensus ois homo videt hominē. vñ loco hui⁹ relativi se non licet ponere suū añcedēs loco autem alterius licet ponere.

h Habito de relativo substātie dicendū est de relativo accidētis. Relativum autē accidentis est qđ refert eandē rē per modū denominatiōis: ut tale quale ⁊ cetera. vñ hec est differētia relativi substātie ad relativū accidentis. qz relativū substantie refert rem vniuocā per modū q quicqd est ut albedo que est in pariete. colorꝝ qui est in corpore. Relativū autez accidentis est qđ refert reż suā per modū denominationis: ut sortes est albus ⁊ talis est plato. Alia autē differētia datur eorundē. qz relativum substātie refert idem in numero. Relativū vo accidētis refert idez in specie. ut sortes est alb⁹ ⁊ talis est plato. qz idez in numero nō potest esse in diuersis subiectis sz bene in idem specie. Relativorum autē accidētis aliud est relativū idētitatis ut talis. aliud vo diuersitatis ut alter. Relativuz accidentis idētitatis est qđ refert eandē qualitatē in spē: ⁊ supponit pro eadez in spē. ut sortes est albus ⁊ talis est plato. Relativū autē accidentis diuersitatis est qđ refert eādē q̄litatē in specie sz supponit pro alia diuersa in specie. ut sortes est albus ⁊ alteri⁹ modi est plato. Differt autē relativū substantie idētitatis a relativis accidētiū idētitatis. quia relativū idētitatis substantie refert eandem substātiā in numero. relativū autē idētitatis accidentis non refert idez accidens in numero: sz solū idē accidēs in specie. Relativoꝝ accidētis idētitatis aliđ est relativū q̄titatis cōtinue ut tantus. aliud vo quantitatis discrete ut tot quot. Itē relativoꝝ numeroꝝ quedam sunt nōia ut totidē. quedam sunt aduerbia ut totiens. Sciendū q talis tātus tot totiēs totidē possunt dici relativa reddditiua ⁊ demōstrativa. Relativa ut si ad presentes referātur. Demōstrativa ut cuz dicimus de monstrando mare: tale est rubeū demōstrando herculē talis fuit plato. Si autē non referantur ad presentes siue per demonstrationē rerū presentiū tunc sunt reddditiua. qz reddūt interrogatione precedēte. ut qualis est plato talis est sortes. Relativa quādo sine interrogatione proferuntur ut talis est sortes qualis est plato. Et qū ad nōia adiectiua ducunt̄ specialiū accidentiū: ut ethyops est niger ⁊ talis est corꝰus. ⁊ sortes fuit alb⁹ ⁊ talis fuit plato.

d E suppositione relativoꝝ ampliationib⁹ restrictionibus appellationibus ⁊ distributionibus aliqua breuiter dicā: ⁊ primo de relativis. Est autē duplex relativū. quoddā est relativuz logicale: de quo dictum est in predicamento ad aliquid. Aliud est grāmaticale qđ est rei ante late recordativum: ut sortes currit qui disputat. hoc relativum qui facit recordationez de sorte qui est res ante lata ⁊ de huiusmodi relativis est p̄ns intētio.

Relatiuoꝝ autē quēdam sunt relatiua substātie: ⁊ quedam relatiua accidentis. Dicuntur vo relatiua substātie nō q solas substātias referāt. Non enī tm̄ referūt substantias: sed etiam accidētia: ut hoc relatiuū qui potest referre substātiā ut sortes currit qui disputat: ⁊ pōt referre accidēs ut color qui est in pariete videt ab oculo. sz relatiua substātie dicunt illa que referūt sua antecedētia: ut quid: seu per modum per se stātis. Relatiuū autem accidētis est qđ refert suū antecedens per modū denominationis. ut sortes est albus: ⁊ talis est plato. Relatiuoꝝ aūt substantie quedā sunt relatiua identitatis ⁊ quedā diuersitatis. Relatiua identitatis dicūtur que supponunt pro eisdē in numero pro qbus supponūt sua antecedētia: ut sortes currit ⁊ ille disputat. Relatiua vo diuersitatis supponūt pro alio ab eo qđ referunt ut sortes currit ⁊ alius disputat: hoc relatiuum alius refert sortē: ⁊ supponit pro alio a sorte. Sēsus enim est q alius hō a sorte puta plato disputat. Ex predictis patet q maior est certitudo per relatiuū idētitatis qz per suū antecedēs positū loco relatiui. Unde si dicatur hō currit: homo disputat dubiū est utrū de eodem hoīe dicatur uel non. Sed cū dicit homo currit ⁊ ille disputat: certū est q de eodē dicitur: cū relatiuum identitatis supponat pro eodē in numero pro quo supponit suū antecedēs: hoc autez est uerū de relatiuo non possessiuo. Relatiuū enim identitatis possessiuū non supponit pro suo antecedente: sz pro aliquo possesso cū re significata per suū antecedens: ut dicēdo hō uendit librū suū ly suū nō supponit pro hoie. sz pro libro suo. s. eius. Circa predicta posset dubitari de illa propositione. Mulier que dānauit saluauit: ⁊ cōsimilibus qr ly que nō supponit pro eadē muliere in numero: cuz Eua fuerit causa dānationis: Maria vo saluationis. Ad hoc dicit vno modo q hec est relatio simplex qr ly que refert naturā non suppositū. Illud aūt qđ dicebatur de relatiuo idētitatis intelligit ubi est relatio psonalis: quādo videlicet relatio refert suppositū uel individuū. Aliter pōt dici q tales ꝓpositiones sunt iproprie nec sunt uere de ueritate sermonis: sz de bonitate intellectus. Uñ per illam propositionē intelligitur q mulier eiusdē speciei cū illa que nos dānauit fuit causa nostre salutis. Relatiuoꝝ identitatis quedā sunt reciproca: ⁊ quedā non reciproca. Relatiua reciproca sunt illa que denotant reflexionē seu tendētiā actus uel passionis in illū a quo egreditur uel in rē possessam ab eo: ut sui sibi se a se cū suo possessiuo. Uñ talia pñt indifferenter poni in eadē cathegorica cū suo antecedēte: uel in alia. Uñ sicut bñ dicitur: Petrus studet ⁊ diligit se: ita bene dicitur petrus diligit se. Relatiua vo non reciproca nō dignāt talē reflexionem: nec pñt capi in eadē cathegorica cū suo antecedēte: ut sortes currit ⁊ petr⁹ videt illū. Et notādū q oē pronomē relatiuū est relatiuuz idētitatis ⁊ nullū diuersitatis: ut suus ipse sui ille. Omne etiaz pronomē relatiuū est relatiuū substantie ⁊ nullū accidentis. Relatiuoꝝ autez accidētium quedā sunt nomina ut talis qualis tātus quantus. quedā aduerbia ut taliter qualiter totiēs quotiens. Itē huiusmodi relatiuoꝝ quedā sunt idētitatis ⁊ quedā diuersitatis. Relatiuū identitatis in accidētib⁹ est qđ refert idē accidēs nō in numero sed in spē ⁊ pro eodez supponit: ut sortes est albus. ⁊ talis est plato. Albedo enim eadē nō in numero sz in specie inest sorti ⁊ platoni. Relatiuū autē diuersitatis in accidentib⁹ est qđ refert iddē añcedēs in spē ⁊ pro accidēte diuerso in spē suponitur: ut sortes est albus: ⁊ alterius modi est plato. Item relatiuoꝝ accidētiuz quedā sunt relatiua qualitatis. ut talis qualis. quedā quātitatis continue: ut tātus quantus: ⁊ quedam discrete ut tot quot.

Incipit tractatus de ampliationibus.

Personalis suppositio est acceptio termini cōmunis pro suis iferioribꝫ. Cuius alia est determinata alia confusa ut prius patuit. Itē psonalis suppositionis alia est restricta. alia ampliata ⁊ ita ampliatio ⁊ restrictio habēt fieri circa suppositionē personalē. Restrictio est coartatio termini cōis a maiori suppositione ad minorē. ut cū dicit homo albꝫ currit. hoc adiectiuū albus restringit hoīez ad supponendū tm̄ pro albis. Ampliatio est extensio termini cōmunis a minori suppositione ad maiorē: ut cuz dicitur hō potest esse antichristus. iste terminus homo nō supponit solū pro his qui sunt: sz etiā pro his qui erunt vñ ampliat ad futuros. Dico autez termini cōmunis. qr terminus singularis: ut sortes non ampliat neqz restringitur. Ampliationū alia fit per uerbum. ut per hoc uerbuz potest: ut hō potest esse antichristus. Alia fit per nomē: ut hominē esse antichristū est possibile. Alia per participiū: ut hō potēs est esse aīal. Alia per aduerbiū: ut hō necessario est animal. homo enim non solū ampliat pro p̄senti tēpore sz etiaz pro futuro. ⁊ ideo sequit alia diuisio ampliationis. s. q ampliationū. alia fit respectu suppositoꝝ. ut homo potest esse antichrist⁹. Alia fit respectu tēporum: ut hō necessario est animal: ut dictū est. Circa p̄dicta queritur de hoc sophismate ipossibile potest esse uerū. probatur qr illud quod est uel erit impossibile pōt esse uerum: sz antichristū nō fuisse post tēp⁹ suū est ipossibile ⁊ modo potest eē possibile ⁊ uerū. ergo impossibile pōt esse uerū. Cōtra. Quicquid potest esse uerum est possibile. sz ipossibile potest eē uerū. ergo ipossibile est possibile in tertio mō prime figure: sz cōclusio est falsa: ergo aliqua premissarū. non maior ergo minor: sz hec est prima: ergo p̄ma est falsa. Solutio. Prima simplr est falsa hec. s. ipossibile pōt eē uerū. ⁊ sophisma peccat ꝓtra fallaciā accidētis. qr cū dico id qđ est uel erit ipossibile duo dico. s. subiectū illius ipossibilitatis: ⁊ illā ipossibilitatez siue ipz possibile. sz illud qđ est uel erit est res subiecta ⁊ ipossibile accidit ei: ⁊ posse esse uerum assignatur ineē utriqz. sicut hec antichristuz nō fuisse erit possibile. s. antichristum nō fuisse potest esse uerū. ergo ipossibile pōt esse

uerum non ualet q̄ antichristū non fuisse est res subiecta ⁊ impossibile est accidēs ⁊ posse esse uerū assignat̄ inesse utriq;. De ampliatiōe que fit ratione suppositor talis datur regula Terminus cōmunis supponēs uerbo habēti vim ampliādi a se uel ab alio ampliat̄ ad ea que possunt esse sub forma termini supponētis. ut hō potest esse aial. hic iste terminus homo non solū supponit pro presentib⁹ sz etiā ampliatur ad oēs qui erunt. Dico aūt de se. quia hoc uerbū potest: de se habet viz ampliandi. Dico autē ab alio. q̄ hoc participiū potens ⁊ hoc nomē possibile dant virtutē ampliandi uerbo cui adiunguntur: ut hō est potens esse aial. uel aial possibile est esse album: ⁊ sic de alijs. De ampliatione aūt que fit ratione tēporis talis datur regula. Terminus cōmunis supponens uel apponēs uerbo habenti vim ampliādi quo ad tēpus supponit pro his qui sunt qui erūt ul' qui fuerūt: ut hō necessario est aial: ibi tam homo q̄ animal tenetur pro his qui sunt ⁊ qui erunt. Et hec de ampliationibus dicta sufficiant.

Sequitur tractatus de appellationibus.

a Appellatio est acceptio termini pro re existēte. Dico aūt pro re existente. q̄ termin⁹ significās non ens non appellat: ut cesar ul' antichrist⁹ ul' chymera ⁊ cetera. Differt autē appellatio a significatione ⁊ suppositione. q̄ appellatio est tm̄ de re existente sed suppositio ⁊ significatio sunt tā pro re existēte q̄ pro re non existēte: ut antichristus significat antichristū ⁊ supponit pro antichristo sz non appellat. homo enim significat hominē ⁊ de natura sua supponit tā pro existentibus q̄ pro nō existētibus hoibus. appellat autez tm̄ hoies existentes. Appellationū aūt alia est termini cōmunis ut hō. alia est termini discreti uel singularis ut sortes. Termin⁹ singularis idem significat supponit ⁊ appellat s. rem existentem: ut petrus uel ioannes. Item appellationū termini cōmunis alia est termini cōmunis pro re in cōmuni. ut quando termin⁹ cōmunis simplicē habeat suppositionem. ut cū dicitur homo est spēs aial est genus. ⁊ tūc terminus idem supponit significat ⁊ appellat. ut hō significat hoiem in communi ⁊ supponit pro hoie in cōmuni ⁊ appellat hominē in cōmuni. Alia autē est appellatio termini cōmunis pro suis inferiorib⁹. ut quādo terminus cōmunis personalē habet suppositionē. ut cū dicitur hō currit: tūc homo non idem significat supponit ⁊ appellat sz significat hominē in cōmuni ⁊ supponit pro particularib⁹ hoibus ⁊ appellat particulares homines tm̄ existētes. Et hec de appellationibus sufficiant dicta.

Sequitur tractatus de restrictionibus.

r Restrictio est coartatio termini cōis a maiori suppositione ad minorē ut dictum est prius. Restrictionum autem alia fit per nomen: ut hō albus. iste terminus homo non supponit pro nigris neq; pro medio colore coloratis: sz restrigitur ad albos. Alia fit per uerbū: ut homo currit. iste terminus hō supponit pro presentib⁹ tm̄. Alia fit per participiū: ut cū dicitur homo currēs disputat. ille terminus hō supponit pro p̄sentibus. Alia fit per implicationē: ut cum dicitur homo qui est alb⁹ currit. hec iplicatio qui est albus restringit hominē ad albos. Item restrictionum factarū per nomē: alia fit iferius superiori appositum: ut aial homo currit. ille terminus aial tm̄ supponit pro aialibus que sunt homines. Alia fit per differētiā aduenientem generi que est essentialis cū sit cōstitutiua rei: ut cum dicit̄ aial rationale. hic aial supponit pro rationalibus aialibus. Alia fit per adiectiuū accidētis: ut cum dicitur hō alb⁹. iste terminus homo supponit tm̄ pro albis hoibus. De restrictione facta per nomē coiter sumptum tales dant̄ regule. Omne nomē non diminuens nec habēs vim ampliandi adiunctū ex eadem parte termino magis cōmuni: restringit ipm̄ ad supponendū pro his ad que exigit sua significatio: ut patet in exēplis predictis. ut homo per suā significationem restringit aial ad aialia que sunt hoies: ut cū dicitur: animal hō. ⁊ alb⁹ restringit hominē per suam significationē ad hoies albos. ut cum dicit̄ homo albus. Dico autē nō diminuēs ad remouendū noia diminuētia rationem adiūcti: ut mortuus uel corrupt⁹ ⁊ similia que nō restringūt sz poti⁹ destruūt adiunctū. Dico autē non habēs viz ampliādi ad remouendū dictiones ampliatiuas. ut potens pōt possibile que nō restringūt sz poti⁹ ampliāt. Et sciēdum q̄ minus cōmune semp restrigit magis cōmune. ut cū dicit̄ hō alb⁹ currit. q̄ hō reperit̄ in albis hoibus ⁊ nigris ⁊ medio colore coloratis: sz alb⁹ aūt nō. Ān quo ad hoc hō est magis commune ⁊ albus min⁹ cōmune. ⁊ sic alb⁹ restrigit hoiem. sz fm q̄ albus reperit̄ in hoibus lignis lapidib⁹ ⁊ brutis: hō autē non ut sic alb⁹ ⁊ magis cōmune ⁊ hō min⁹ cōmune. ⁊ sic homo coartat album ad albedinē existentem in hominibus cum dicitur homo albus currit. ⁊ sic utrunq; coartat alterum secundū diuersa. Item de termino restricto talis dat̄ regula. Si signum

vniuersale aduenīat termino restricto nō di
strib uit ipsuz nisi pro his ad que restringit̄.
Cum enim dico omnis hō albus currit: ibi
homo restringit̄ ad albos: ⁊ nō potest distri
bui nisi pro albis. Itez de restrictione datur
regula talis. Nihil positū a parte p̄dicati pōt
restringere terminū cōmunez positū a parte
subiecti quo ad principalē ei⁹ significationē:
ut hō est albus. iste terminus albus in predi
cato positus non potest restringere hominē
in subiecto positū ad albos. qz si restringeret̄
ad albos ergo per regulā p̄cedentē. s. si signū
vniuersale aduenerit termino restricto soluz
distribuit ipz pro his ad que restringitur. ut
in proposito homo distribuere t̄ solū pro al
bis hoibus. ⁊ sic istius propositionis ois hō
est albus: sensus eēt omnis hō alb⁹ est alb⁹.
ergo si vna erit uera reliqua erit uera: ⁊ si vna
est falsa reliqua erit falsa: qđ tñ est falsum. er
go cū dicit̄ ois hō est alb⁹. iste terminus hō
nō restringit̄. ⁊ sic patet illa regula. Dico au
tē quo ad principalē eius significationē. quia
p̄dicatū restringit subiectū quo ad significatio
nem que est genus: ut cū dicitur cignus est al
bus. iste termin⁹ cignus restringitur ad ma
res ⁊ nō ad mulieres. ⁊ sic alb⁹ restringit ipz
quo ad ꝯsignificationē que est gen⁹ ⁊ nō quo
ad suam significationē. Item de restrictione
facta per iplicationē talis datur regula. Dis
implicatio immediate cōiuncta termino cō
muni restringit ipsum sicut suū adiectiuū: ut
cuz dicitur hō qui est albus currit. iste termi
nus homo restringitur ad albos per hāc im
plicationem. s. qui est albus. Itē de eadem re
strictione talis datur regula. Quotiēscūqz si
gnum vniuersale ⁊ iplicatio ponūtur in eadē
locutione duplex est oratio ex eo q̄ signū po
test p̄cedere implicationē: ⁊ sic distribuit ter
minum cōmunem pro quolibet suo supposi
to cuz dicitur omnis hō currit qui est albus.
Item iplicatio potest pri⁹ aduenire ⁊ restrin
gere terminū cōmunem ⁊ tunc signū postea
aduenies non distribuit ipm nisi pro his ad
que restringit̄: ut ois homo qui est alb⁹ cur
rit: ⁊ tūc equiualet huic ois hō albus currit.

Egtur de restrictione facta per uer
bum de qua plures dantur regule
s quarū prima talis est. Terminus
cōmunis supponēs uel apponēs
uerbo presentis tēporis simpliciter sumpto
non habēte vim ampliādi neqz ex se neqz ex
alio restringitur ad supponendū pro his qui
sunt sub forma termini cōmunis supponen
tis. Dico autē termini cōmunis qz termin⁹
discretus neqz restringit̄ neqz ampliatur. di
co autē uerbū presentis tēporis ad remouen
dum alia uerba alioz tempoꝝ: qz terminus
cōmunis aliā habet suppositionē cū eis. Bi
co autē simpliciter sumpto ad remouendum
uerba sumpta cum particulis diminuenti
bus: ut est opinabile ⁊ iopinabile. Bico aūt
non habente vim ampliādi ad remouendū
uerba ampliatiua ut potest. Dico autē neqz ex
se neqz ex alio ad remouēdū uerba habentia
viz ampliādi ex alio: utputa ex ꝯiuncto sicut
hoc uerbū est cum dicit̄ est potēs. Dico aūt
sub forma termini supponētis qz homo sup
ponit pro his que sunt sub humanitate ⁊ aīal
que sunt sub aīalitate: ut cū dicitur hō est aīal
Item alia datur regula. Termin⁹ cōmunis
supponēs uel apponens uerbo de preterito
simpliciter sumpto non habente vim ampli
andi nec ex se nec ex alio restringit̄ ad suppo
nēdū pro his que sunt uel fuerunt sub forma
termini supponētis: ut cū dicit̄ hō fuit aīal.
iste termin⁹ hō supponit pro his qui sunt ul̄
fuerunt hoies: ⁊ aīal pro his que sunt uel fue
runt aīalia. Itez alia datur regula. Termin⁹
cōmunis supponēs uel apponēs ꝟbo de fu
turo etiaz supponit pro his que sunt uel erūt
sub forma termini supponētis. i. pro eis qui
sunt uel erūt in futuro: ut homo erit aīal. Ex
p̄dictis patet q̄ uerbum restringit̄ quo ad si
gnificationē que est tēpus ⁊ nō quo ad signi
ficationē principalē. Circa predicta querit̄
de hoc sophismate oē aīal fuit in archa noe.
Probatur. hō fuit in archa noe. equus fuit
in archa noe ⁊ cetera. ergo omne animal fuit
in archa noe. Contra. omne aīal fuit in archa
noe sed cesar fuit aīal: ergo cesar fuit in archa
noe quod est falsum. ergo aliqua premissarū
est falsa: non minor ergo maior. Quod autez
prima sit falsa. patet per quandaz regulā que
dicit q̄ terminus cōmunis supponēs uel ap
ponens uerbo de preterito simpliciter sum
pto restringitur ad supponendū pro his qui
sunt uel fuerunt sub forma termini suppone
tis. Item alia est regula q̄ si signū vniuersale
adueniat termino restricto distribuit ipz pro
omnibus illis ad que restringebat̄. ergo cuz
dicit̄ omne aīal fuit in archa noe. iste termi
nus aīal supponit pro omni animali qđ fuit
in archa noe sz nō fuerūt oīa in archa noe: er
go prima est falsa. Itē ad idē in hac ꝓpositio
ne. omne aīal qđ tunc fuit. fuit in archa noe.
iste termin⁹ aīal restrungitur magis q̄ in ista
oratione omne aīal fuit in archa noe cū in pri
ma plura supponātur. sed iste terminus aīal
restringitur ad ea que fuerūt tunc in illo tēpo
re propter implicationē ibi positā: ergo soluz
illa que fuerunt in illo p̄terito fuerūt in archa
noe ⁊ non plura. igitur oportet q̄ hec sit falsa

omne

omne aīal fuit in archa noe cū in ea plura aīa/lia supponātur. Solutio quidā dicūt. q̄ hec omne aīal fuit in archa noe: est duplex eo q̄ pōt fieri distributio pro singulis generū uel pro generib⁹ singulor⁊. ¶Primo mō est falsa. secūdo modo est uera. quia q̄n fit distributio pro singul' generū tūc est distributio pro sin/gulis idiuiduis que sub eodē genere ⁊ sub ea/dem spē continētur tūc oportet q̄ oīa indiui/dua contēta sub aīali fuissent in archa noe q̄d est falsuz. Sed cū sit distributio pro generib⁹ singulor⁊ tūc soluz est distributio pro generi/bus uel pro spēbus: sz nō fuit aliqua spēs aīa lis que nō fuit in archa noe ⁊ illo mō est uera. Sz huic solutioni nō acqesco: q⁊ spēs aīalis non fuit per se in archa noe sz tm̄ indiuiduū. Unde illo tēpore nō habuit ueritatē nisi pro singulis generū idest pro idiuiduis ⁊ nō pro generibus singulor⁊. Uñ dico q̄ ꝓpositio est falsa ⁊ concedo oēs rōnes adductas ad hoc ⁊ ꝓbatio peccat ꝑm ¶sequens ab insufficiēti in ductiōe q⁊ nō accipit oēs partes distributio nis que sunt sub subiecto istius ꝓpositionis omne aīal fuit in archa noe.

¶Solet etiā queri utrū similiter restrin
s guntur termini in ꝓpositione negati ua ⁊ affirmatiua. ¶Dicūt aliqui q̄ non q⁊ eē restringit ad existēs ⁊ non eē ad non exi stēs. ergo nō pro eodē fit restrictio in affirma tiua ⁊ negatiua. Itē videtur q̄ oīs negatiua in qua esse negaī simpliciter est falsa si simil/ter restringātur termini in ꝓpositione negati ua ⁊ affirmatiua. quia in hac ꝓpositione rosa est: iste termin⁹ rosa restringitur ad existēs. ⁊ si in hac rosa nō est similiter restringaī ad exi stēs: tūc est sensus q̄ rosa que nō est est. ⁊ hec est falsa: ergo ⁊ hec rosa nō est ⁊ sic quelibet ne gatiua in qua eē negatur eēt simpliciter falsa q̄d falsuz est. ergo videtur q̄ non similiter re stringūtur termini in ꝓpositiōe affirmatiua ⁊ negatiua sz ꝓbatur q̄ similiter restringātur q⁊ si in hac ꝓpositiōe hō est. iste termin⁹ hō restringitur ad existēs ⁊ in hac nullus hō est ad non existēs: ergo utraq; est uera q⁊ de exi stentib⁹ uere p̄dicatur eē ⁊ de nō existētibus remouetur esse: ergo cōtradictorie sunt simul uere q̄d est ipossibile: ergo illud etiā ex quo se quit ipossibile. s. q̄ non similiter restringant termini in affirmatiua ⁊ negatiua. Itē regu/la est q̄ oē uerbū simpliciter sumptū non ha bens uim ampliādi nec a se nec ab alio restri git terminū supponētē quo ad ¶significatio nem que est tēpus ⁊ nō quo ad significatiōez ergo tēpus est causa restrictiōis illi⁹. Sz idē tēpus est in affirmatiua ⁊ negatiua sibi oppo sita ut rosa est. nulla rosa est. ergo eadē est cau

sa restrictionis in utraq; ⁊ ergo pro eodez fit restrictio in utraq;. ⁊ hec argumēta concedi/mus. Ad quod p̄mo obicitur est dicendū q̄ esse non restringit ad existēs ⁊ non eē non re stringit ad nō existēs: sicut nec hoc uerbū cur ro ad currētes q⁊ nullū uerbū restrigit sibi ter minuz supponentē quo ad significationē sed quo ad cōsignificationē que est tp̄s. uū nō re strigit ad supposita existētia sz p̄sentia. Sup/posita eniz p̄sentia possunt eē in aliqbus ter/minis tā existentia q̄ nō existētia: ut cū dico enūciabile est enūciabile supponit tā pro exi/stentibus q̄ nō existētibus. ¶Oīa aūt enūcia/bilia que sunt falsa in p̄senti sunt p̄sentia sz nō existētia q⁊ nullū falsuz est ⁊ sic eē non restrin git ad existētia sz ad presentia cū idē tēpus sit utrobiq; q̄d est causa restrictionis. Ad aliam dicendū est q̄ duplex est forma termini cōis quedā est que saluaī in rebus existētibus tm̄ ut humanitas que est forma hoīs ⁊ aīalitas que est est forma aīalis ⁊ in talib⁹ oīa suppositā p̄sentia sunt existētia. Alia est forma termi ni cōis que saluaī tā in reb⁹ existētibus q̄ nō existētibus ut enunciabilitas que est forma enūciabilis: q⁊ quedā sunt enūciabilia existē tia: ut deū esse ⁊ oīa uera: ⁊ alia sunt nō existē/tia: ut hoiem eē asinuz ⁊ oīa falsa ⁊ in talibus non restringit terminus cōis ad existētia sz restringit taz ad existētia q̄ ad non existētia. Uñ isti⁹ ꝓpositionis rosa non est. nō est sen sus rosa que est non est. sz est sensus rosa aliter sumpta q̄ in p̄senti non est. Solet autē poni q̄ quedā restrictio fit ab usu: ut cū dicit nihil est in archa q̄uis plēa sit aere: q⁊ iste termin⁹ nihil supponit ab usu pro rebus solidis siue firmis ⁊ rex pro rege p̄rie ⁊ magister legit pro magistro proprio. Solet etiā poni q̄ quedaz restrictio fit per transitionē ῡbi: ut cū dicitur sortes pascit hoiem. iste terminus hō suppo/nit pro alio a sorte virtute trāsitionis ῡbi q⁊ dans ⁊ recipiēs debēt eē diuersa ⁊ ideo si ali/quādo sint eadē hoc tm̄ est per accidēs q⁊ per hoc q̄ idē subiectuz est utriusq; sicut idem est dux ⁊ comes ꝑm accidēs. Uñ dicūt q̄ nō se/quitur sortes pascit seip̄z ⁊ ipe est hō: ergo pa scit hoiez q̄d est fallacia accidētis: q⁊ hoc pro nomen se nō potest supponere pro diuersis a sorte sz homo bene potest.

¶Uia ampliatio ⁊ restrictio opponunt: ideo
q ad planioz ēip̄sorū euidentiam de his simul perscrutabor. ¶Restrictio est coartatio termi ni cōmunis a maiori suppositione ad minorē: ut cū dicitur hō albus currit. hoc adiectiuū albus restrin git hoiem ad standuz pro albis tm̄: dico autē termi ni cōmunis: q⁊ terminus singularis non pōt restrin gi cū non cōueniat pluribus. Ampliatio est extēsio termini cōmunis a minori suppositione ad maiorē

ut hō currit:non solū iste terminus homo supponit
pro his qui sunt:sz etiā pro his qui erūt. De ampli-
atiōe ponūtur quinqz regule. Prima est q̄ termin⁹
positus a parte ante respectu v̄bi uel participij p̄te-
riti tēporis ampliat ad supponendū pro eo q̄ est ul'
fuit:ut puer fuit senex. sensus est q̄ ille qui est ul' fuit
puer fuit senex: viuū est mortuū :idest illud qđ est ul'
fuit viuū est mortuū. Secuda regula est q̄ termin⁹
posit⁹ a parte ante respectu v̄bi uel participij futuri
tēporis ampliatur ad supponendū pro eo qđ est uel
erit:ut senex erit puer:idest ille qui est uel erit senex
erit puer. Antichrist⁹ est generādus.i.ille qui est ul'
erit antichristus est generandus. Tertia regl'a est q̄
subiectum ꝓpositiōis modalis in sensu diuiso am-
pliatur ad supponēdū pro eo q̄ est ul' pōt eē. Ūñ sup
posito q̄ deus nihil creauit adhuc ista est uera. Cre
ans necessario est deus. Et si arguat q̄ cōuertēs ei⁹
est falsa.s. deus necessario est creās:dico q̄ non con
uertit in illā sz in istā. Illud quod necessario est de⁹
est uel pōt esse creās. Sic illa:sedentez possibile est
ambulare: in sensu diuiso designat q̄ ille qui est uel
potest eē sedēs pōt ambulare.nō sic in sensu cōposi-
to:qr tūc predicatū denotat ineīe subiecto sub pro
pria forma accepto.ꝛ tūc sensus illi⁹ ꝓpositionis est
q̄ illa ꝓpositio sedēs ambulat pōt esse uera:ꝛ patet
qr in isto sensu est falsa. Quarta regl'a est q̄ termin⁹
structus cū uerbis ul' participijs actū anime iterio
rem significātibus ampliat ad supponendū pro eo
q̄ est uel fuit uel pōt eē uel potest imaginari esse.ut
beatitudo a me desiderat. Quinta regula est q̄ ter-
minus positus a parte ante respectu nominū termi
natorum in bile uel in turum ampliat ad suppone
dum pro eo q̄ est uel pōt esse:ut homo est amabilis
uel amaturus.

¶ Circa restrictiones notāduz q̄ restrictio fit mul
tis modis. vno modo per uerbum. Terminus enī
supponens uel apponens uerbo presentis tempo-
ris restringitur ad supponendum pro his qui sunt:
nisi in illa ꝓpositione ponat aliqs termin⁹ amplia-
tiuus:ut si ponat participiū p̄teriti ul' futuri tēporis
uel aliquis alius termin⁹ ampliatiuus. Predicatū
vo sequēs uerbū p̄teriti tēporis restringit ad preter-
itum tēpus. Sequēs autē uerbū futuri restringitur
ad futurū tēpus. Ytez terminus minus cōis addit⁹
cōiori per appositionē restringit terminum magis
cōez ad supponendū pro suppositis termini minus
cōmunis:ut aial hō ul' aial rationale uel homo cor.
currit. Fit etiā restrictio per illaz iplicationē qui ut
omnis hō qui est albus currit. Ubi sciendus q̄ ꝑm
Sco. xxj. di. primi sententiarum. Ista distinguitur
in sensu cōposito uel in sensu diuiso. In sensu enīz cō
posito fit restrictio per illaz implicationē qui est:qr
ille termin⁹ hō determinat ad standū solū pro hoi-
bus albis. Ūñ sensus est q̄ ois ille hō qui est albus
currit non sic in sensu diuiso. In illo nāqz sensu intel
liguntur ibi due cathegorice:in quarū vna asseritur
esse albū de oi hoie:ꝛ in alia eē currentē. Ūñ sensus
est q̄ ois hō est albus:ꝛ ois homo currit. Fit etiā per
adiectiuū:siue sit nomen:siue participiū.ut hō pru-
dens recte dictat qđ sit agendū. Et intelligit hic nō
tm̄ de adiectiuis grāmaticalibus: que declinantur
per tres articulos:uel per tres uarias uoces:sz etiā
de his que significāt aliquid adiacere illi cū quo cō
struunt: que lz sint substātiua possunt tamē sumi ad
iectiue ꝑm logicos ꝛ theologos; ut omnis hō pater
habet filiū:ois hō sacerdos debet celebrare missaz
Ly homo restringit ad p̄cise supponendū pro illis
quibus inest paternitas uel sacerdotiū. Intelligitur
etiā hoc de terminis nō distrahētib⁹:qr termini di-
strahētes ue mortuū uel corruptū nō restringūt signi
ficatū illius cui addūtur sz tollūt. Homo enim mor
tuus nō est hō:ut dictū est in precedētibus. Si etiā
adiectiuū sit masculini generis restrigit substātiuū
ad mares:ut hō albus currit. Si vo sit feminini re
stringit ad feminas:ut hō alba currit. Ex p̄dictis pa
tet q̄ signū vniuersale aduenies termino cōi restri-
cto nō distribuit ipsuz nisi pro his ad que coartatur
ut ois hō albus mouet. Non distribuitur homo nisi
pro his quibus inest albedo.

¶ Appellatio ꝑm quosdam est accepto termini cō
munis pro suppositis actu existentibus: ꝛ differt a
suppositione sicut inferius a suo superiori. Suppo-
sitio enim est acceptio termini non solum pro sup-
positis actu existentibus:sed etiā in potentia. Sup
positio etiam nō solū est acceptio termini cōmunis
pro suppositis:sz etiā pro natura cōi. Appellata etiā
dicūtur suppositā actu existētia. appellat enī seu no-
minat ꝓprie qđ est:ꝛ nō qđ non est:hinc est q̄ appel-
latio dicit acceptio termini pro suppositis existen-
tib⁹. Sedz alios vo appellatio est acceptio termini
pro suo formali significato qđ denotat adiacere uel
non adiacere suo determinabili. Cui⁹ ratio pōt eē
quia denominatiua habēt appellationē ab abstra-
ctis ipās formas iportantib⁹:ut aliquid dicit albuz
ab albedine. Ūñ appellatio hoc modo sumpta pro
prie conuenit denoiatiuis siue adiectiuis. Et sicut
ampliatio conueniētius est a parte subiecti:sic ap-
pellatio ꝓprie ꝙuenit p̄dicato. De appellatione sic
accepta ponūtur alique regule:quarū ꝑma est q̄ pre
dicatū sequens uerbū p̄teriti tēporis appellat suaz
formā pro tēpore p̄terito:ut sanū fuit egrum. Unde
sensus est qđ est uel fuit sanū:aliqn̄ fuit egrū. Subie
ctum autē istius ꝓpositionis nō appellat sz amplia
tur. Ad ueritatē nāqz huius non requirit q̄ hec ali-
quādo fuerit uera. Sanū est egrū:sz requirit q̄ hec
fuerit uera.hoc est egrū demōstrato illo pro quo sup
ponit subiectū. Ex his infertur ab istis q̄ hec conse
quentia nō valet de ueritate sermonis. Carnes co-
ctas tu emisti:ergo tu emisti carnes coctas:qr posi-
to casu q̄ tu heri emisti carnes crudas ꝛ hodie sint
cocte:tunc illa est uera. Carnes coctas tu emisti.qa
subiectū non appellat suā formā sz sufficit ponere lo
co subiecti ꝓnomen demonstrās illud pro quo ipm
subiectū supponit ꝛ ampliat ad supponendū pro il-
lis que sunt uel fuerūt cocte disiunctiue: ꝛ sufficit q̄
vna pars sit uera. Secūda regula est q̄ predicatuz
sequens uerbū futuri tēporis appellat suā formam
pro tempore futuro. Ex quo sequit q̄ hec est conce-
denda.album erit quando nō erit album. Sensus
enim est q̄ illud quod est uel erit albū erit in aliquo
tēpore in quo sibi nō ierit albedo. Simpliciter dicen-
dum est de istis.puer erit q̄n nō erit puer. virgo erit
quando non erit virgo:ꝛ sic de cōsimilibus. Tertia
regula est q̄ dictiōes sequētes uerba uel participia
significātia act⁹ aie iteriores appellāt suas formas
non autē dictiones talia v̄ba precedētes. vñ ista est
concedenda. deū trinum ꝛ vnum cognouit Aristo.
non autē ista Aristo.cognouit deum trinū ꝛ vnum.
Sensus enim ꝑme est q̄ Aristo. cognouit deuz qui
est trinus ꝛ vnus ꝛ hoc est uerum lz non cognouerit
eum sub tali rōne:sz sub rōne ꝑmi motoris uel entis
infiniti. Sensus autez scōe est q̄ Ari. cognouit deū
esse

esse trinū in psonis cum vnitate eēntie ꝛ hoc est fal
suz sicut dicēdum est de ista. uenientem cognosco ly
nō cognosco uenientez. Alie regule possunt poni de
appellationibus de quibus breuitati studens super
sedeo. tuz qz iste appellationes non sunt multuz usi
tate apud doctores theologos qui semp loquuntur
ppie. Unde in expositione carū non est attendēda
ppietas sermonis: sz intentio ꝛ processus eox.

Sequitur tractatus de distributionibus.

Distributio est multiplicatio ter
mini cōmunis per signum vni
uersale facta: ut cum dicitur ois
homo. iste terminus hō distri
buit siue confunditur pro quoli
bet suo inferiori per hoc signū ois ꝛ sic est ibi
multiplicatio. dico aūt termini cōis quia ter
minus singularis non potest distribui. Uñ
iste sunt incōgrue ois sortes ois plato ꝛ sic de
alijs. ꝛ sic ibi ē soloecism⁹ per partes oratonis.
Signox vniuersaliuz alia sunt distributiua
substantie ut ois nullus. Alia sunt distributi
ua accidentiū ut qualis quātus. Signū autē
distributiuuz substātie distribuit res se habē
tes per modū eius qd̄ est quid. ut ois nullus
ut cū dicit ē omnis albedo ois nigredo. Sub
stantia autē cōmuniter sumitur ad res cuius
libet generis: ut cum dicitur signū distributi
uum substantie. Signuz distributiuum acci
dētis est quod distribuit res se habentes per
modum accidentis ut per moduz qualis uel
quāti ut qualiscūqz quantuscūqz. Itē signox
distributiuorum substātie alia sunt distribu
tiua partium integraliū ut totus: alia sunt di
stributiua partiū subiectiuaruz ut ois nullus.
Item signox distributiuorum partiū subie
ctiuarum alia sunt distributiua duox ut uter
neuter. Alia sunt distributiua pluriuz. ut ois
nullus ꝛ similia. Horum autē signoruz primo
dicendū est de signis distributiuis substātie
ꝛ inter hec primo de hoc signo ois. Sciēduz
qz omnis in plurali numero dupliciter sumi
tur. Uno modo collectiue: ut omnes apposto
li dei sunt duodecim nō sequit̄ ergo isti apo
stoli dei sunt duodeci demōstratis aliquib⁹
de ipis. Alio modo sumitur distributiue: ut
hic oēs homines naturaliter scire desiderāt.

Tunc queritē quid significat hoc signū ois
ꝛ videtur qz nihil significet. qz ois res aut est
vniuersalis aut particularis. sz hoc signū ois
nō significat rē vniuersalē ul' particl'arē: ergo
nullā rē significat. Itē ad idē ois neqz est p̄
dicabile de vno neqz de plurib⁹: ergo nec est
vniuersale uel particulare ꝛ sic nihil significat
Sed contra ab eo qz res est uel non est oratio
dicitur uera uel falsa. ergo si ois nihil signifi
cet propter appositionē uel remotionē eius
non causabitur ueritas uel falsitas in oratiōe
sed hec est uera aīal est hō. ergo ꝛ hec. omne
animal est homo quod est falsuz. ergo ꝛ p̄ma
s. qz ois nihil significat. Solutio Ad dubiuz
dicitur qz ois nō significat vniuersale sz vni
uersaliter qz facit terminū cōmunem suū sta
re pro oibus suis inferioribus: ut omnis hō
currit. ꝛ sic omnis significat aliquā rē. Sz du
plex est res. qz quedam est res subicibilis uel
predicabilis: ut homo aīal currit disputat. ꝛ
sic ueruz est qz ois nihil significat qz quelibet
talis res aut est vniuersalis aut particularis.
Alia est res que est dispositio rei subicibilis
uel p̄dicabilis ꝛ talē rem significat hoc signū
ois ꝛ tam ab ista re qz ab alia causatur ueritas
uel falsitas in oratone. Obicitur autē qz ois nō
significat dispositionē rei subicibilis qz in syl
logismo medium debet reiterari cuz suis dis
positionibus in minori ꝓpositione ergo de
bem⁹ syllogizare sic ois homo est aīal sortes
est omnis hō ergo sortes est aīal. quia ois est
dispositio in maiori ꝓpositione: ergo debet
reiterari in minori quod est falsum: ergo ois
nō est dispositio subiecti. Solutio sicut pater
duo dicit s. illud qd̄ est pater ꝛ pater inquan
tum pater. Similiter subiectū duo dicit. s. il
lud quod est subiectuz ꝛ subiectū inquātum
subiectuz. ꝛ fm hoc est duplex dispositio sub
iecti. qz quedā est dispositio illi⁹ rei quod est
subiectum. ut albus niger ꝛ sic de talibus dis
positionib⁹ actualib⁹. ꝛ iste debēt reiterari in
minori ꝓpositione cū medio. Alia est dispo
sitio subiecti. s. subiecti inquantuz subiectum
videlicet in ordine ad p̄dicatuz ut omnis nul
lus ꝛ oīa signa tā vniuersalia qz particularia.
ꝛ talis dispositio nō debet reiterari cum me
dio in minori ꝓpositione. quia est respectiua.
disponit enim subiectuz in comparatione ad
p̄dicatum: ut cum dicitur omnis homo alb⁹
currit. ista dispositio albus debet reiterari in
minori ꝓpositione cuz medio cuz sit dispositi
tio eius qd̄ est subiectuz qz est absoluta. Ista
autē dispositio omnis nō debet reiterari qz
est respectiua subiecti ad p̄dicatum ꝛ ita sub
iecti inquātum subiectum est. Uñ debemus
dicere sic. omnis hō alb⁹ currit sortes est hō
alb⁹: ergo sortes currit. ꝛ nō sortes est omnis
homo albus.

b Habito quid significet hoc signū ois
ꝛ cuius dispositionē significet: conse
quēter queritur utrum omnis exigit
tria appellata. Et videtur qz sic. qz ois perfectio
est in tribus. ut habetur primo celi ꝛ mūdi. ꝛ
sic omne perfectū est in tribus. sz omne ꝛ per
fectum idem sunt ut habetur ibidez. ergo oē
est in tribus ergo omnis vult habere tria ap
pellata. Ad idez dicit aristoteles in eodē loco

q̄ de duobus viris non dicimus omnes. ſz de trib⁹ viris dicimus omnes: ergo omnis vult habere tria appellata. Sed cōtra in qualibet demōſtratione ſunt ꝓpoſitiones vniuerſales ſed demonſtrationes fiunt ex ſole ⁊ luna: ergo oportet dicere omnis ſol oīs luna ſed ſol non habet niſi vnicuz ſuppoſitum ⁊ ſimiliter luna: ergo oīs nō vult habere tria appellata. Ad idē oē priuatū lumine a terre obiectu deficit hec ꝓpoſitio eſt ꝯceſſa cū habeat ab auctorib⁹: ſz omne priuatū lumine a terre obiectu non habet niſi vnicuz ſuppoſitum. ſ. hanc lunam ſingularē. ergo oīs non vult habere tria appellata. Ad idē hoc ſignū omnis ſignificat quoniaz vniuerſaliter ſz hoc quod dico quoniam vniuerſaliter eſt modus ꝓprius vniuerſalis. ℔Proprius autē diuerſificat ſm diuerſitatem ſui ſubiecti: ut ſi homo eſt ⁊ riſibile eſt. diminutū ut ſi homo eſt mortuus riſibile eſt mortuum. ſz vniuerſale aliquādo ſaluatur in pluribus: ut homo equus. aliquā do in vno tm̄. ut ſol luna. ergo oīs quandoqz vult habere tria appellata. ⁊ qm̄qz nō. immo vnū ſolum. Ad idē duplex eſt forma. q̄ quedaz eſt forma materie: ut anima eſt forma corꝓris ⁊ iſta forma eſt pars ⁊ nō ꝓdicat̄ de eo cui⁹ eſt pars. Alia eſt forma que eſt forma p̄dicabilis ⁊ ſic oīa ſuperiora ut genera ⁊ ſpēs ⁊ differentie dicuntur forme inferiorū: ut hō equus ⁊ ſic de alijs. ⁊ indiuidua hui⁹ forme p̄dicabilis ſunt materia eius: ergo cuz forma neutro predictoruz modorum ſuam excedit materiā nec exceditur ab ea nullū vniuerſale excedit ſua indiuidua nec excedunt̄ ab eo: ergo cum oīs dicat adequationem vniuerſaliū cū ſuis indiuiduis ut omnis homo. tūc oportet q̄ ſol habeat vnicū ſuppoſituz: ut uere dicat̄ omnis ſol q̄d̄ concedimus dicēdo predictas ꝓpoſitiones eſſe ueras ⁊ q̄ omnis nō ſemp exigit tria appellata ſz quando adiungitur termino cōmuni habenti plura ſuppoſita. tunc exigit plura appellata. Quando ℣o adiungitur termino habēti ſolum vnuz ſuppoſitum tunc exigit ſolum vnū appellatum. Ad illud q̄d̄ primo obiciebatur q̄ omnis perfectio eſt in tribus dicitur q̄ uerū eſt: ⁊ hec tria ſunt ſcilicet ſubſtātia rei. virtus eius. ⁊ operatio eius Et hec tria tāgit ariſtoteles ſub breuibus uerbis cū dicit natura apta nata ſic facit. per hoc eniz q̄ dicit natura tangit ſubſtantiā rei. ⁊ per hoc q̄ dicit apta nata tangit ℣tutē eius. ⁊ per hoc q̄ dicit ſic facit tangit operationē debitā ei. Similiter hoc ſignuz omnis habet ſubſtantiam ſigni vniuerſalis ⁊ virtutez que eſt diſtribuere ⁊ operationē eius quando diſtribuit ⁊ in his tribus eſt perfectio eius. Ad ſecundum dicendū eſt q̄ homo ⁊ hoīes differunt q⁊ homo dicit iſtaz ſpēm ſz ſe que eſt de pluribus predicabilibus. ſed hoīes in plurali numero non dicit ſpeciem ſm ſe. ſz multiplicatam actu ſm materiam indiuiduoꝝ numero diuerſam. Uñ oīs in plurali ratione multitudinis facte facit diſtributionez per diuerſas materias ⁊ vult hēre tria appellata. Sed oīs in ſingulari numero ex quo recipit ſpeciē ſm ſe ⁊ nō materiam indiuiduoꝝ exigit eēntiam aptam nataz predicari de pluribus ſiue actu particip̄ de pluribus ſiue ab vno ⁊ iō exigit tria appellata. aut vnū ſolum ſz naturā vniuerſalem cui adiungitur. Quidam tamē dicūt q̄ omnis vult habere tria appellata ad minus ⁊ dant talem rationē. Quotiēſcūqz ſignum vniuerſale addit̄ termino cōmuni nō habenti ſufficientiam appellatoꝝ recurrit ad nō exiſtētes fenices: ⁊ iō cuz dicit̄ omnis fenix eſt. ſenſus eſt: vn⁹ fenix qui eſt. eſt. ⁊ duo fenices qui nō ſunt: ſunt. ⁊ ideo dicunt has duas ꝓpoſitiones eſſe falſas. quidam fenix nō eſt: ⁊ omnis fenix eſt. ⁊ non eē contradictorias q⁊ in negatiua ſupponitur fenix qui eſt. ⁊ in affirmatiua ſupponunt̄ duo fenices qui non ſunt: ⁊ ſic non eſt idem ſubiectum in utraqz. ℔Hoc aūt poteſt multipliciter ꝓbari q⁊ hec inconueniētia ſequunt̄ ex falſo quod ſupponūt quia ſupponūt q̄ omnis ſemper vult habere tria appellata q̄d̄ ſuperi⁹ oſtenſum eſt eſſe falſuz. ℔Propterea vult ariſtoteles q̄ ꝓpoſitio in qua ſubicitur vniuerſale vniuerſaliter ſumptū alicui p̄dicato ꝯtradicat illi ꝓpoſitioni negatiue in qua ſubicit̄ vniuerſale nō vniuerſaliter ſumptum eidem predicato. ſed iſte ſunt tales omnis fenix eſt. quidam fenix non eſt. ergo ſunt contradictorie q̄ tamē ipſi negāt: ergo regula eoꝝ eſt falſa. Itē ad idem alia regula talis eſt. Terminus cōis ſupponens uel apponēs uerbo p̄ſentis tēporis ſumpliciter ſumpto nō habēti viz ampliandi nec ex ſe nec ab alio reſtrigitur ad ſupponendum pro his qui ſunt ſub forma termini ſupponentis. ergo cum dicitur omnis fenix ly fenix reſtringitur ad ſupponendum pro fenice tm̄ qui eſt. cum ipſius non ſit niſi vnicuz ſuppoſitum: ergo per illam regulam pri⁹ data. Si ſignum vniuerſale aduenit ei nō diſtribuit ipſuz niſi pro vnico ſuppoſito. ergo regula eorum eſt falſa ⁊ ſupra falſum fundat̄ quod concedimus. Circa predicta queritur de hoc ſophiſmate oīs homo eſt. ⁊ quodlibet differens ab illo eſt nō homo. probatio hec eſt vna copulatiua cuius utraqz pars eſt

uera ergo ipsa est uera. Improbatio omnis homo est ꝛ quodlibet differens ab eo est nõ homo: sortes est homo: ergo quodlibet differens a sorte est non homo qđ est falsum. qz hec est vna copulatiua cuiꝰ altera pars est falsa. ergo ipsa tota est falsa. Solutio. Prima est simpliciter uera. ꝛ improbatio peccat penes fallaciã consequẽtis. qz ly differens ab omni homine in minus est ꝙ differens a sorte: qz differens ab omni homine supponit solum pro alijs rebus ab homine. sed differẽs a sorte supponit pro eisdem ꝛ etiam pro alijs hoĩbus a sorte. Unde bene sequitur differẽs ab omni homine. ergo differens a sorte ꝛ est locus a parte subiectiua ad suuz totũ. sed si huic propositioni differens ab omni homine apponatur signuz erit processus ab inferiori ad superius cum distributione ꝛ sic incidit fallacia consequentis in improbatione secunduz vnum processum. quia duplex est processus in improbatione quia bene sequitur omnis homo est ergo sortes est. ꝛ est locus a toto in quantitate sed non sequitur hoc est differẽs ab omni homine ergo differẽs a sorte sed est fallacia consequentis sicut hic. omnis homo est. ergo omne animal est. Item queriẽ de hoc sophismate omnis homo ꝛ aliꝰ homo sunt. probatio. sortes ꝛ aliꝰ homo sunt plato ꝛ alius homo sunt. ꝛ sic de alijs. ergo omnis homo, ꝛ alius homo sunt. Improbatio aliꝰ est relatiuuz diuersitatis substantie. ergo supponit pro diuerso ab homine sed nõ est aliꝰ homo ab omni homine ergo prima est falsa. Solutio prima est simpliciter falsa ꝛ ꝓbatio peccat secũdũ fallaciaz figure dictionis a pluribus determinatis suppositionibꝰ ad vnã determinataz quia iste terminus alius habet determinatam suppositionem in premissis ꝛ in conclusione. Item probatio peccat scõm fallaciam accidẽtis quia ly sortes ꝛ plato ꝛ sic de alijs inferant omnez hominem secũdum se non tñ sub hac copulatione que est omnis ꝛ alius homo sunt. ut cum dicitur omnis hõ ꝛ alius homo sunt. sicut cognosco coristum secundũ se non tñ sub hoc accidẽte quod est uenire. vnde talis datur regl'a. Quotiescũqz aliquid sequitur siue conuersim siue non si aliquid conueniat vni quod non conueniat alteri ꝛ per illud cui cõuenit inferatur de eo cui non conuenit semp est fallacia accidẽtis. uerbi gratia. homo est. ergo substantia est ꝛ spẽs conuenit homini ꝛ nõ substantie: ideo si per hominem inferatur spẽs de substantia est fallacia accidentis ut hõ est spẽs. ergo substãtia est spẽs. similiter hic risibile est propriũ ergo homo est proprium. Horum autem que cõsequuntur quedam consequuntur conuersiz ut homo ꝛ risibile. alia vo nõ ut homo ꝛ substãtia. Dicto de hoc sophismate restat dicere de isto omnis homo est omnis homo. probatio. sortes est sortes. plato est plato ꝛ sic de alijs. ergo omnis homo est omnis homo Et ut vult boetiꝰ nulla propositio est uerior ꝙ illa in qua predicatur idem de seipso siz sic est hic. quia omnis homo ꝑdicatur de omni homine: ergo nulla est uerior ista ꝛ per consequens est uera. Improbatio sua contradictoria est uera scilicet ista quidam homo non est omnis homo: ergo ipsa est falsa. Item adideꝫ ommis homo est omnis homo siz sortes est homo: ergo sortes est omnis homo. syllogismꝰ est in darij. Cõclusio est falsa: ergo aliq̃ premissarum: nõ minor: ergo maior: sed maior est sophisma: ergo est falsuz. Solutio prima est simpliciter falsa ꝛ probatio peccat scõz cõsequens ab insufficienti enumeratione singularium qz cum illis quas assumit debet sumere has a parte subiecti. sortes est omnis hõ plato est omnis homo ꝛ etiã istas a parte predicati omnis homo est sortes omnis homo est plato ꝛ sic de alijs quas dimittit ꝛ sic peccat scõm consequens ab insufficienti enumeratione singulariuz. Ad aliud dicit ꝙ ibi idẽ non predicatur de seipso sed predicat omnis hõ de hoĩe sumpto pro qualibet sui parte.

s Equitur de hoc signo nullus qđ significat qñ vniuersaliter negatiue. Unde significat idem sicuc hoc signũ omnis cum negatione postposita. ꝛ ideo ois nõ ꝛ nullus eqpollent. De hoc signo nullus talis datur regula. Quotiẽscũqz hoc signum nullus imediate adiungitur termino cõmuni confundit ipsuz mobiliter ꝛ distributiue. similiter terminum cõmunem sibi adiunctũ mediate: ut nullus homo est asinꝰ. Unde potest fieri descẽsus sub subiecto sic: ergo sortes non est asinus nec plato ꝛ sic de alijs ꝛ etiam sub predicato. Circa predicta queritur de hoc sophismate nullus homo est omnis hõ. Probaf sic sortes non est omnis homo. plato nõ est omnis homo ꝛ sic de aliis. ergo prima est uera. uel sic sua contradictoria est falsa scilicet ista quidaz homo est omnis hõ: ergo est uera. Contra ibi ꝑdicaf oppositus de opposito: ergo locutio est falsa. Solutio prima est uera ꝛ ad ipobationez respõdetur per interemptionez: quia ibi non ꝑdicaf oppositũ de opposito sed remouef ois hõ ab hoĩe sũpto ꝓ quolibet suo supposito ꝛ hoc est uerũ.

s Equitur de hoc signo nihil quod significat idem quod nullus: sed includit in se terminum recipientem suaz

distributionē. quia nihil est signū vniuersale cū negatione ⁊ res est terminus recipiens ei⁹ distributionē. ¶Circa p̄dicta queritᵉ de hoc sophismate. ¶Nihil videṡ est aliqd videns. ¶Probatur sic. non hanc rez videns est aliqd videns: quia non videns sortez est videns platonē: non illam rem videns est aliquid videṡ ⁊ sic de alijs. ergo nihil videns est aliqd videṡ: ergo prima est uera. ¶Contra ibi p̄dicatur oppositū de opposito: ergo locutio est falsa. ¶Quidam distinguūt nihil videṡ est aliqd videns eo q̄ hec dictio nihil p̄t eē accusatiui casus: ⁊ est sensus nullā rem videns est aliquid videns. uel p̄t esse nominatiui casus ⁊ est sensus nulla res videns est aliqd videns ⁊ sc̄dm hoc ponunt amphibologiā ex parte casus. sed hoc non soluit quia in utroq; sensu est falsa. ¶Sed alij distinguūt hāc iteruz nihil videṡ eo q̄ negatio in hoc termino nihil p̄t negare participium primo positum ⁊ est sensus nullam rem videns est aliquid videns ⁊ sic est diuisa: uel potest negare hoc uerbū est: ⁊ tūc est sensus quālibet rē videns nō est aliquid videns ⁊ sic est cōposita. sed hoc nō soluit q⁹ in utroq; sensu est falsa cū oppositā ponant circa idez. ¶Solutio. dicendū est q̄ p̄ma simpliciter est falsa. ⁊ p̄batio peccat cōtra fallaciam figure dictionis a plurib⁹ determinatis ad vnā determinatā respectu hui⁹ termini videṡ. q⁹ in p̄missis habet suppositionem determinatā ⁊ in cōclusione similr. ¶Uel peccat ꝑ fallaciaz accidentis: quia q̄uis videre cōmunicetur omnibus ꝑ se non tñ secūdū q̄ vniuntᵉ in hoc toto nihil videns. vñ totuz accidit p̄ti ⁊ esse videns aliquid. assignatur inesse utriq;. Sciendum est q⁹ oēs p̄missę sunt duplices q⁹ negatio potest determinare uerbū uel participiū ut dictū est prius: vñ antiq posuerūt p̄missas esse duplices ꝓpter talē regulā quā dabant. ¶Quotienscūq; negatio ⁊ distributio icludunᵗ in vno termino ad q̄d cunq; refertur vnū ⁊ reliquū. ¶Añ cum distributio posita in obliquo nō possit in predicta oz̄one attingere urebū ita neq; negatio. ¶Itez idez est iudiciū de istis sophismatibus. ¶Nullum caput habens est aliquod caput habēs a nullo homine differēs est ab aliquo homine differens ⁊ cetera.

¶Equiᵗ de signis distributiuis duorū ⁊ talia sunt neuter ⁊ uterq;. ¶Et differūt a predictis quia omnis nullus ⁊ similia distribuūt p̄o omnib⁹ indiuiduis termini cōmunis. ꝑ uterq; ⁊ neuter distribuunt solum p̄o duobus per demōstrationez ut uterq; istorū neuter istorum. ¶Circa predicta queritur de hoc sophismate ab utroq; istorum enunciatum est uerū posito q⁹ sortes dicat deum esse. ¶Plato vo dicat hominez esse animal ⁊ ambo dicant simul hominē eē asinum. ¶Et illi duo demonstrentur per hoc pronomen istoz. ¶Probatio. a sorte enūciatuz est uerū a platone enunciatū est uerū: ergo ab utroq; istoz enunciatū est uerū. ¶Cōtra. ab utroq; enunciatū est uerū ꝑ nihil enunciatuz est ab utroq; istoz nisi hominē esse asinū: ergo homiez esse asinū est ueruz quod falsum est. ¶Solutio p̄ma est uera ⁊ probatio peccat ꝑ fallaciam accidētis sicut habetur ab aristotele hec p̄positio ponitur esse uera oīum cōtrariorum eadem est disciplina ⁊ tñ nulla particularis disciplina est oīum ⁊trariorū ꝑ disciplina cōiter sumpta. vñ hic est fallacia accidētis oīum ⁊trariorū eadē est disciplina. ꝑ nulla est disciplina nisi hec ul' illa ⁊ sic de alijs. ergo oīum ⁊trariorū hec eadē est disciplina uel ista q⁹ falsuz est. Similiter hic hō est spēs ꝑ nullus est hō nisi sortes uel plato ⁊ sic de alijs ergo sortes est species ul' plato ⁊ sic de alijs: ⁊ sic est fallacia accidentis in ꝓposito q⁹ hec dictio enunciatū est ⁊ hec dictio uerū tenetᵉ p̄o ipō in cōmuni ⁊ sic ab utroq; istoz enunciatum est uerū: vñ enunciatū nō tenetᵉ p̄o particulari enūciato ab utroq;: vnde particulare enunciatuz ab utroq; accidit enūciatio in cōi sicut particulare inferius accidit suo supiori ⁊ uerū assignatur utriq; inesse. ¶Et appellatᵉ superius hic omne q⁹ est maiꝰ siue sit eēntiale siue accidentale. ¶Quidam tñ dicunt q⁹ p̄ma est simpliciter falsa ⁊ dicunt q⁹ enunciatū accipitur p̄o particulari enunciato ab utroq; ⁊ similiter uerū p̄o particulari. ¶Et probatio peccat sc̄dm fallaciam figure dictionis a plurib⁹ determinatis ad vnā determinatam huius termini enunciatū ⁊ hui⁹ termini uerū. ꝑ prima solutio melior est ⁊ subtilior.

s ¶Equitur de hoc signo neuter quod significat idem q⁹ uterq; cū negatione sibi p̄posita. ¶Unde sicut nullus de se habet distributionē ⁊ negationez similiter ⁊ neuter: ꝑ neuter est distributiuū duorum tñ. ¶Itē queritᵉ de hoc sophismate neutrū oculū habēdo tu potes videre. ¶Probatio. dextrū oculū non habendo tu potes videre: sinistrū oculū non habēdo tu potes videre: ergo prima est uera. ¶Contra. neutrū oculū habēdo tu potes videre: ergo si neutrū oculuz habes ul' dū neutrū oculū habes tu potes videre q⁹ falsuz est. ¶Sequentia patet: q⁹ gerūdia terminata in o. hūt resolui per dū per si ul' per q⁹ ꝑ utroq; mō est falsa: ergo p̄ma est falsa. Solutio p̄ma est falsa ⁊ ꝓbatio peccat ꝑ fallaciā accidentis q⁹ posse videre cōuenit partibus ꝑ se scilicet

se scilicet prout sunt diuise sed non ꝯuenit eis prout sunt vnite in suo toto vñ hoc patet per primā regulam cū ad partes sequatur totum ut potestas videndi conuenit partibus ⁊ nō toti ideo si partes inferantur de toto ibi est fallacia accidentis ⁊ cetera.

Habito de signis distributiuis partium subiectiuarū consequēter queritur utrum negatio hēat viz distribuendi siue cōfundendi. Et videtur q̄ sic. q̄ Aristoteles in p̄mo pyarmenias dicit q̄ ille ꝯtradicūt hō est iust⁹ non hō est iustus: ergo altera est vniuersalis cū subiciatur terminus cōis ꝫ non nisi hec nō hō est iustus: ergo ille terminus homo distribuit: sed nō est ibi aliquid a quo distribuatur nisi negatio: ergo distribuit a negatione. Cōtra si negatio habeat viz ꝯfundendi: ergo sicut ista est incōgrua ois sortes currit similiter hec non sortes currit quod est falsum. quia quāuis signū distributiuum non possit addi termino singulari tamen negatio bene potest addi. Itē ubicūq̄ est distributio ibi est termin⁹ cōmunis sumptus vniuersaliter: ergo oportet q̄ ibi sit dictio significans quoniam vniuersaliter sed signum vniuersale significat quoniam vniuersaliter tantūmodo negatio vō non. ergo nō habet vim distribuendi quod concedimus dicentes q̄ negatio non confundit sed negat hoc quod post se inuenit. Unde cum adiungitur termino cōmuni negat ipsuz. sed ad negationez superioris sequitur negatio cuiuslibet iferioris eo q̄ destructo superiori destruitur quodlibet eius inferius: ergo negatio nō confundit sed negat quod post se inuenit siue sit vniuersale siue particulare. Solutio aūt patet ad hoc q̄d obicitur q̄ q̄ hec est vniuersal' non hō est iustus: hoc nō est propter naturā distributionis existētis in negatiōe: ꝫ hoc est q̄ negat hō in cōi: quo remoto remouet q̄d libet eius inferius. Itē solet poni q̄daz distributio aptitudinis: ut ois hō timet in mari. i. aptus nat⁹ est timere in mari. Itē solet poni distributio accōmoda: ut celuz tegit oia p̄ter seipsuz ⁊ deus creauit oia alia a se. ꝫ ista duo genera distributionis non sunt ita propria sicut alia.

Sequitur de hoc signo tot⁹ quod est distributiuū partiū integraliū: ut hic tot⁹ sortes est alb⁹. Est enī sensus sortes scōm quālibet sui partem est albus. Unde ad istaz totus sortes est albus immediate sequitur ista. sortes secundū quālibet sui partem est albus ad quaz sequitur quelibet pars sortis est alba. ℔ Probatio in hac: totus sortes est albus. sortes subicitur albedini scōm se ⁊ partes eius non ꝫ se sed put sunt in suo toto: siue sub forma totius: ergo nō subiciunt albedini nisi per totū: ⁊ sic per prius sequitur hec sortes secundū quālibet partem sui est albus ⁊ postea illa quelibet pars sortis est alba. Itē in hac totus sortes est albus. tot⁹ subicitur albedini in rectitudine. partes autē in obliquitate: q̄ in eo q̄d est totum partes intelligunt in obliquis: ⁊ in eo quod est pars totū sumit oblique: quod patet per diuisionē ei⁹ quod est totuz: ut dom⁹ est ex pariete tecto ⁊ fundamēto ⁊ sortes est ex partibus: ergo illud q̄d est totū dat intelligere partes obliquas. ergo ad hāc totus sortes est albus immediate sequitur hec sortes secundum quālibet sui partem est alb⁹: ⁊ mediate sequit ista: quelibet pars sortis est alba. Itē ad idez illud q̄d est pars non habet esse nisi ab eo q̄d est totū: q̄ non habet pfectionē nisi ab eo: ergo nō subicit alicui nisi per totū: ergo totū prius subicitur: ergo ad hanc sortes est albus immediate sequitur sortes secundum quālibet sui partem est albus: ⁊ mediate quelibet pars sortis est alba. Circa predicta queritur de hoc sophismate tot⁹ sortes est minor sorte. probatio quelibz pars sortis est minor sorte. ⁊ sortes secundum quālibet sui partez est minor sorte. ergo totus sortes est minor sorte. Contra. totus sortes est minor sorte: ergo sortes est minor sorte. Solutio prima est uera scilicet hec tot⁹ sortes est minor sorte. ⁊ probatio peccat secundum accidens: q̄a in ista totus sortes est minor sorte predicatum attribuitur partibus quibus uere conuenit: sorti autem non conuenit: ⁊ ideo hec est simpliciter falsa: sortes est minor sorte ⁊ ideo si partes inferant esse minorez sorte de toto siue de sorte erit fallacia accidentis: per vnam regulam supradictam. vnde totus sortes est res subiecta. ⁊ sortes accidit ei. ⁊ eē minor sorte assignatur utriqz inesse. Etiam in probatio peccat secundum quid ad simpliciter quia ista totus sortes est minor sorte non ponit sortem secundum se sed secunduz suas partes. ⁊ ideo ponit sortem secundum quid esse minorem sorte. ita cum simpliciter inferatur: ergo sortes est minor sorte peccat secūduz quid ad simpliciter sicut sortes secundum pedem est mior sorte: ergo sortes est minor sorte. Itē in quibusdā sequitur tot⁹ sortes: ergo sortes ut totus sortes est albus ergo sortes est albus ⁊ in quibusdam non. Queritur in quibus est ⁊ in quibus non. Dicendum est q̄ sunt quedam accidentia que indifferenter conueniunt parti ⁊ toti ut albus niger: calidum: frigidum: augeri: minui: ⁊ in talibus bene sequitur. totus sortes: ergo sortes.

Alia sunt accidentia que conueniunt partib⁹ ⁊ non toti: ul' ecõuerso toti ⁊ non parti ⁊ non partib⁹ ut totalitas. minoritas: parpitas: ⁊ in talib⁹ nõ sequitur. totus sortes ergo sortes.

Sequitur de signis distributiuis accidentium. inter que primo dicendum est de signis distributiuis qualitatis

Dicitur autem signum distributiuũ qualitatis quod distribuit res se habẽtes per modũ qualitatis: ut qualelibet. cuius particulare est aliqualibet. Sed tunc obicitur ꝙ si accidens multiplicetur multiplicato subiecto. ergo cuꝫ signa distributiua substantie distribuãt siue multiplicent subiectum oportet ꝙ multipli/cent siue distribuant ipꝫ accidens: ergo signa distributiua accidentiũ superfluunt. Ad hoc dicendum est ꝙ duplex est multiplicatio accidentis. quia quedaꝫ est multiplicatio accidẽ/tis ſm numerum: ⁊ hec fit per signum distri/butiuũ substantie: ut omnis homo albus cur rit. Alia est multiplicatio ſm speciem ⁊ hec fit per signa distributiua accidentis: ut qualeli/bet currit: idest res habens qualencũqꝫ qua/litatẽ currit. Circa predicta queritur de hoc sophismate: quodlibet: q̃lclibet de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipsum est: posito ꝙ sortes sciat grãmaticam logicam rhetoricã ⁊ plato ⁊ cicero similiter ⁊ sciãt se habere eas: ⁊ sint alij tres homines quorũ vnus sciat lo/gicam alter grãmaticam ⁊ alius rethoricam: ⁊ isti nesciant se habere eas ⁊ de alijs nihil sci ant ⁊ alij sciant de se: ⁊ de istis ⁊ non sunt plu res homines neqꝫ plures qualitates. Pro/batio hoc qualelibet de quolibet tali scit ipꝫ esse tale quale ipsuꝫ est. ⁊ sic de secũdo ⁊ tertio ⁊ non sunt plura qualelibet ergo quodlibet qualelibet de quolibet tali scit ipsũ eẽ tale q̃le ipsuꝫ est. Contra quodlibet qualelibet ⁊c. ergo quodlibet grãmaticuꝫ de quolibet tali scit ipsum esse tale quale ipm est. Solutio pri ma est uera ⁊ improbatio peccat ſm fallaciaꝫ cõ sequentis ab inferiori ad superius cuꝫ distri/butione superioris. quia qualelibet supponit tm̃ pro tribus scilicet pro trib⁹ primis: ſꝫ grã maticus supponit pro eisdeꝫ: ⁊ etiam pro ali/quo qui habet grãmaticam tm̃: ⁊ ita grãmati cuꝫ est in plus q̃ qualelibet. vnde si apponaẽ signuꝫ vniuersale distributiuũ sic quodlibet qualelibet ⁊ cetera. ergo qd̃libet grãmaticum fit consequens: ut hic omnis homo: ergo oẽ animal. ⁊ similr̃ in ultimo ut de quolibet qua lelibet: ergo de quolibet grãmatico cum di/cit de quolibet tali.

Sequitur de signis distributiuis quã titatis ⁊ sunt illa que distribuũt res se habentes per moduꝫ quantitatis. ut quotienscũqꝫ quantuscũqꝫ. Et ſm hoc queri tur de hoc sophismate quotienscũqꝫ fuisti pa risius totiẽs fuisti homo. Probatio. vna vi ce fuisti parisi⁹ ⁊ illa vice fuisti homo. alia vi/ce fuisti parisi⁹ ⁊ illa vice fuisti homo ⁊ sic de alijs. ergo quotienscũqꝫ fuisti parisius totiẽs fuisti homo. Improbatio quotiẽscũqꝫ fuisti parisius totiens fuisti homo: sed bis fuisti pa risius: ergo bis fuisti homo quod falsum est. quia hec dictio bis importat interruptionẽ eius cui adiungitur ſꝫ actus essendi hominẽ non fuit interruptus in te. Solutio prima est falsa. Ad probationem autem respondendum est per interemptionem. quia scda pars copulatiue est falsa: scilꝫ illa vice fuisti homo quia adhuc nulla vice fuisti homo: eo ꝙ nun dũ vita fuit terminata. ut iteruꝫ inciperes vi uere: ⁊ postea terminaretur. quod tm̃ requirit ad hoc ꝙ bis fuisses homo. sicut bis icipitur cursus ⁊ bis terminat̃ ad hoc ꝙ aliquis bis currat. Et nota ꝙ bis non importat interrup/tionẽ temporis sed tm̃ actus illius cui ad iungitur. Ad terminum autẽ sequitur inter ruptio si autem formaretur sic paralogismus quandocũqꝫ fuisti parisi⁹ fuisti homo. ſꝫ bis fuisti parisi⁹ ergo bis fuisti homo. prima est uera ⁊ improbatio peccat ſm fallaciaꝫ figure dictionis ex mutatione predicamẽti. qr̃ quã doqꝫ est in p̃dicamento qñ ⁊ bis in p̃dicamẽ to q̃titatis. qr̃ est de genere q̃titatis diserete.

Sequitur de infinito quod quiqꝫ mo/dis dicitur. Primo modo dicitur infinitum quod non potest pertransi ri. ut uor̃ dicitur inuisibilis quantũ ad visuꝫ quia est inuisibilis eo ꝙ non est apta nata vi deri. Alio modo dicitur infinitum quod ha bet transitum imperfectum eo ꝙ nunduꝫ est terminatum: tm̃ aptum natum terminari. ut dum aliquis transit spatium ⁊ nundum per uenit ad suum finẽ. Tertio modo dicitur in finitum ſm appositionem: ut numerus aug/mentalis est in infinitum appositione vni/tatis uel alterius numeri. Quarto modo di/citur infinitum scd̃m diuisionem ut continu um. omne autem continuum diuisibile est in infinitum. vnde sic diffinitur ab aristotele in quarto phyſicoruꝫ. Continuum est diuisibi le in semper diuisibilia. alio modo dicitur in finitũ utroqꝫ mõ. ſ. per appositiõeꝫ ⁊ diuisio nẽ ut tps cũ enim tẽpus sit cõtinuũ est diui/sibile in infinitũ in diuisione: ⁊ cũ post vnũ tps ueniat aliud tps sic per appositionẽ vni⁹ temporis ad aliud est finituꝫ. Et quo ad has tres ultimas significationes diffinitur sic in finitũ. infinitum est cuius quãtitatem accipiẽ tib⁹ semper est extra sumere ut si post ultimã

partem linee accipiatur alia post alteram ter/
tiam ⁊ nunq̃ possit attingi termin⁹ eius ideo
linea dicitur infinita. Solet autem poni q̄ in
finitum quandoq; sumitur pro termino cō/
muni ⁊ tunc ista propositio infinita sunt fini
ta: equiualet huic aliqua infinita sunt finita.
quandoq; sumitur pro signo distributiuo ⁊
tunc illa equipollet huic quo ad distributio/
nem quolibet plura sunt finita. Et probatur
sic. vno plura sunt finita duobus plura sunt
finita: tribus plura sunt finita ⁊ sic de alijs. er
go quolibet plura sunt finita ⁊ sic dicitur face
re intrascalarem distributionem uel interru/
ptā uel disiunctiuaz quia hec dictio plura in
prima propositione supponit pro duobus ⁊
deinceps in secūda pro tribus ⁊ sic gradatim
⁊ scalariter ascendendo ⁊ sic ista oratio quoli/
bet plura facit distributionem intrascalarem
quia pro alijs supponit hoc quod dico quo
libet ⁊ pro alijs hoc quod dico plura secūdū
numerum ascendendo ut dictum est. Cir
ca predicta queriē de hoc sophismate infini/
ta sunt finita. Probatio. duo sunt finita tria
sunt finita ⁊ sic in infinituz ergo infinita sunt
finita. Improbatio. ibi predicat oppositū de
opposito ergo locutio est ipossibilis. Pōt
etiā sic ꝓbari q̄libet plura sunt finita ergo infi/
nita sunt finita. Solutio. Quidā distinguūt
eo q̄ infinitum est equiuocum ad infinitum
quo ad nos ⁊ ad infinituz simpliciter. Unde
si sumatur infinitum quo ad nos prima po/
test esse uera ⁊ non predicatur oppositum de
opposito. quia infinita quo ad nos sunt stelle
⁊ arene maris que non sunt infinite simplici
ter. Si autem sumatur infinitum simpliciter
est simpliciter falsa ⁊ predicat oppositum de
opposito. Alij autem distinguunt eo q̄ infi/
nituz potest esse terminus cōmunis ⁊ sic pri/
ma est falsa. uel potest esse dictio sincathegore
umatica importans in se distributionem si/
cut dictum est: ⁊ sic ponunt eam esse ueram.
Sed neutra istarum solutionum ualet. quia
si remoueatur utraq; distinctio ⁊ sumatur in
finitum simpliciter ⁊ sm q̄ est terminus cō/
munis: adhuc remanet probatio ⁊ improba/
tio huius sophismatis. vnde dicenduz est q̄
prima simpliciter est falsa. ⁊ probatio peccat
sm quid ad simpliciter. quia infinituz appo
sitione est infinitum quodammodo ⁊ non
simpliciter. Unde cum accipit partes nume/
ri sm appositionem ut duo ⁊ tria non accipit
infinitum simpliciter sed quodammodo siue
secūdū quid. ⁊ ideo non potest ex his inferri
infinitum simpliciter.

Distributio est mltiplicatio termini cōis per
o signuz vniuersale facta: ut omnis homo cur
rit. Iste terminus homo distribuitur pro quolibet
suo inferiori per hoc signum omnis. Signorum au
tem vniuersalium alia sunt distributiua substantie
que scilicet distribuunt res se habēres per modum
substantie: siue sint de genere substātie: siue de gene
rib⁹ accidētiū: ut omnis nullus ⁊ sic de alijs. Sicut
enim dicitur omnis homo ita potest dici omnis al
bedo ⁊ nigredo. Alia vo distribuūt res se hītes per
modū accidētis uel inherētis: ⁊ horū quedā sunt di
stributiua qualitatis ut qualisq; qualiscūq;. alia q̄n/
titatis continue: ut quantuscunq; ⁊ quantusq;. alia
q̄ntitatis discrete: ut quotquot quotq; ⁊ sic de alijs.
Signoꝝ aūt distributiuorum substantie: quedā sunt
distributiua partium integralium: ut totus. quedaz
partium subiectiuarum: ut omnis nullus. Signo/
rum vo distributiuorum partium subiectiuarum:
quedam sunt distributiua duorum: ut uterq; neuter
Alia plurium: ut quilibet quicunq; ⁊c̄. Et notandū
q̄ signis vniuersalibus correspondent signa parti/
cularia: ut quidam ⁊ aliquis correspondent illis si/
gnis omnis quilibet ⁊ nullus. Sed alter ⁊ aliquis
correspondent istis uterq; ⁊ neuter. Aliqualis autē
correspondet illis signis qualiscunq; uel quaslibet.
Sed aliquantus correspondet istis quantuscūq; ⁊
quātuslibet. Aliquot vo cornūdet ad illa. quotquot
⁊ quotcunq;. Quomodo aūt omnis habeat sumi di
stributiue ⁊ collectiue ⁊ tot⁹ cathegorematice ⁊ syn
cathegorematice dictum est capitulo de quātitate
propositionum: q: vo signa ponuntur esse dispositio
nes subiecti. Sciendum est q̄ dupler est dispositio
subiecti. Quedam enim est dispositio eius quod est
subiectum: ut album nigrum: que dicuntur dispos
tiones subiecti absolute: ⁊ hoc modo signa non sunt
dispositiones subiectiuorum. Alia est dispositio sub/
iecti inquantum subiectum sumitur in ordine ⁊ re/
spectu ad predicatum: ⁊ hoc modo signa sunt dispo
sitiones subiecti. Notandum insuper q̄ illud signū
omnis potest distribuere terminū cōmunē se sequē
tem pro singulis generum uel pro generibus singu/
lorum. Unde dicunt quidam q̄ illa propositio. Dē
animal fuit in archa Noe est falsa pro singulis gene
rum: q: non omnia individua cuiuslbet speciei siue
generis animalium ibidem fuerunt. Sed est uera
pro generibus singulorū: q: de quolibet genere ani/
malium fuit ibi aliquod individuuz. Posset etiam
verificari illa propositio pro singulis generum cum
animal amplietur ad preteritum tempus ratione
illius uerbi fuit sic intelligendo q̄ omne individuū
alis quod fuit tempore diluuij fuit in archa Noe.
Ponitur etiam quedam distributio accōmoda: qñ
videlicet fit tm̄ distributio respectu singulariū que
notantur in uerbo uel participio uel aliorum a se. ut
celum tegit omnia que scilicet tegunt: uel illa. deus
creauit omnia que scilicet creata sunt: uel oia alia a
se. Et dicit accōmoda idest alijs a se accōmodata.
ul dicitur accōmoda: q: talis distributio propriele
quendo non debetur termino sic se habenti: sed est
ei accōmodata ex cōmuni usu loquendi: sic a quibus
dā exponitur illa. Deus vult oēs hoies saluos fieri
illos videlicet qui saluabuntur. Aliter ponitur a do
ctore subtili circa finem primi sententiarū: q̄ deus
vult omnes hoies saluos fieri q̄tū est er parte sui ⁊
voluntate sua antecedente pro quanto dedit eis do
na naturalia: ⁊ leges rationis ⁊ adiutoria sufficiētia
ad salutem cuius salutis nos participes efficiat Je
sus saluator seculi. Amen.

Sequitur tractatus de exponibilibus.

Propositio exponibilis est propositio habens obscurū sensuz p expositione indigentē propter aliquod sincathegoreuma in ea implicite uel explicite positū in aliqua dictiōe ut in hac tm̄. homo est animal sortes incipit esse albus infinita est linea ⁊ sic de alijs. ¶Pro quo sciendū est q̄ ea que faciūt ꝓpositionē exponibilē sunt in multiplici differentia. Quia quedā sunt signa exclusiua. ut tm̄ solum. quedā exceptiua ut preter nisi. quedā reduplicatiua ut in q̄tū ꝟz. quedā ꝟo iportāt inceptionē uel definitionē ut incipit desinit. quedā iportāt priuationē finis ut infinitū. quedā iportant excessuz cōparatiui ⁊ suplatiui gradus. quedā ꝟo distinctionē ut differt aliud ab ⁊ sic de alijs. quedā ꝟo iportant specialē modū distributiōis. ut totꝰ quilibet ⁊ sic de alijs. Ad̄ ꝓpter illa: ꝓpositio reddit obscura sic q̄ idiget expōne. Et iō dicunt facere ꝓpōnē exponibilē. quare de ipsis videndum est per ordinē. Et primo de exclusiuis.

Equit de signis exclusiuis. vnde signa exclusiua sunt que ex sua cōsignificatione exclusionē iportant ⁊ a quibus reddit ꝓpositio exclusiua. ut sunt iste dictiones solus vnicus tm̄ tantūmodo duntaxat ⁊ sic de alijs. Hec enim signa quādoq̄z excludunt gratia alietatis: ⁊ quādoq̄z gr̄a pluralitatis. ⁊ quādoq̄z ponuntur in oīone sine negatione. ⁊ quādoq̄z cū negatione p̄cedēte aut sequente. De istis autē dant tales regule ¶Prima est q̄ ꝓpositio exclusiua sine negatione exponitur per vnaz copulatiuā affirmatiuam cuius prima pars est preiacens exclusiue. ⁊ secunda pars est negatiua iportans negationem p̄dicati de omnibus alijs a subiecto: ut tm̄ homo currit. i. homo currit ⁊ nihil aliud ab hoīe currit. uel tm̄ apostoli dei sunt duodeciz: idest apostoli dei sunt duodecim ⁊ nō sunt plures q̄ duodeciz. Scōa regla est q̄ ꝓpositio exclusiua huius generis infert copulatiuā cōpositaz ex duabus exponētibus siue cōponentibus ⁊ quālibet earum seorsuz ⁊ non ecōtra. ut tm̄ homo currit ergo homo currit: ⁊ nihil aliud ab hoīe currit. Tertia regula est q̄ ab exclusiua affirmatiua ad vniuersalem de terminis transpositis est bona cōsequētia si fiat exclusio gratia alietatis ⁊ nō ecōtra ut tm̄ animal est homo. ergo omnis homo est aīal. Quarta regula est q̄ exclusiua cōtradictoria prioris exponit̄ per disiunctiuaz affirmatiuā de partibus contradicētibus prioris exclusiue. ut ista non tm̄ homo currit. i. nullus hō currit uel aliꝺ ab hoīe currit. patet ex virtute ☽tradictionis q̄ utrobiq̄z seruatur oppositio ☽tradictionis. ex hoc etiā patet q̄liter in eis ualeat cōsequentia. Quinta regula est. exclusiua in qua ponit̄ vna negatio seq̄ns exclusionem exponitur per vnaz copulatiuā affirmatiuam cuius prima pars est negatiua preiacens. alia est affirmatiua in qua predicatum affirmatiue enunciatur de quolibet alio ut tm̄ accidens nō est substātia: idest accidēs non est substantia: ⁊ omne aliud ab accidente est substantia. Et per hoc patet qualiter contradictoria eius est exponenda: ⁊ qualiter ualeat consequentia in exclusiuis.

Equitur de dictionibus exceptiuis

s dicūtur aūt dictiones exceptiue que significant exceptionē alicuius contēti sub aliquo distributo. cuiusmodi sunt preter preterq̄ ⁊ sic de alijs: de quibus dantur tales regle. ¶Prima est q̄ oīs exceptio fit a toto in quantitate seu a termino sumpto sub signo vniuersali. Est autē totum in quātitate terminus cōmuniter sumptus cū signo vniuersali. ut omnis homo p̄ter sortē currit. Secō q̄ cūda regula est dictio exceptiua nō ipedita facit terminū cōmunem super quē cadit immediate supponere simpliciter. ut oē aīal preter hominez est irrationale. ibi hoīem supponit simpliciter. Tertia regla est q̄ vniuersalis affirmatiua exceptiua expōitur copulatiue per tres categoricas exponētes quaruz prima affirmat p̄dicatū de subiecto sumpto cū aliꝺ ab. secūda affirmat predicatuz de termino excepto. tertia est negatiua in qua p̄dicatum negatur de termio excepto. ut oē aīal preter hominē est irrationale. ista exponitur sic. omne animal aliꝺ ab hoīe est irrationale. homo est animal ⁊ homo non est irrationalis. Quarta regla est q̄ vniuersalis negatiua exceptiua exponit̄ copulatiue per tres ꝓpositiones exponentes. In quaruz prima p̄dicatū negat̄ de subiecto sumpto cū aliud ⁊ ab. in secunda affirmatur subiectum de termino excepto. in tertia affirmatur vniuersaliter predicatuz de termino excepto ut hic nullū animal preter q̄ hō est risibile. exponitur sic nullū aīal aliꝺ ab hoīe est risibile. hō est aīal ⁊ omnis hō est risibilis. Ex his patet q̄liter sue ☽dictorie sunt exponēde ⁊ qualiter ualeat ☽sequētia in ipsis.

Equitur de dictionibus reduplicatiuis. dicuntur autez dictiones reduplicatiue que importāt rōnem scōm quam aliquid alteri attribuitur. ut inquantū secūdū q̄. ea ratione qua. ⁊ sic de alijs de qb9 dantur tales regule. ¶Prima est q̄ dictio reduplicatiua presupponit aliquod predicatū ineſſe alicui subiecto ⁊ denotat q̄ illud super

qđ cadit imediate eē causam inherētie illius. Secūda est q dictio reduplicatiua semp fertur ad predicatum ⁊ nunq reduplicat ipsuz. Tertia est q ꝓpositio reduplicatiua affirmatiua exponitur per quatuor exponentes affirmatiuas : quarum prima affirmat predicatuz ꝑncipale de subiecto. Scđa autē affirmat reduplicatū de subiecto. Tertia vo affirmat ꝑdicatū ꝑncipale de reduplicato. Quarta est vna causalis in cui⁹ añcedente ponit dictio sup quā cadit reduplicatio de aliquo trāscendente ⁊ in ꝯsequēte predicatū ꝑncipale affirmatur de relatiuo illius trāscendentis: ut hic hō inquātū rōnalis est flebilis. i. hō est flebilis. ⁊ hō est rōnalis ⁊ omne rōnale est flebile. ⁊ qr aliqd est rōnale illud est flebile. Quarta regla est q ꝓpositio reduplicatiua in qua ponit negatio post dictionē reduplicatiuā exponit copulatiue per quatuor exponētes. quarum ꝑma negat predicatuz de subiecto. scđa affirmat reduplicatū de subiecto. tertia negat vniuersaliter predicatū ꝑncipale de reduplicato. quarta est vna causalis in cui⁹ añcedēte affirmat reduplicatio de suo trāscēdēte: ⁊ in ꝯsequēte negat ꝑdicatū de relatiuo illius trāscendētis: ut hic nullus hō inquātū rōnalis est rudibilis: idest nullus hō est rudibilis ois homo est rōnalis ⁊ nullū rōnale est rudibile. ⁊ qr aliquid est rōnale ipz nō est rudibile. Ex quo patet per legē ꝯdictoriarū qualiter exponende sunt contradictorie istarū ⁊ q̄liter ualet ꝯsequētia in ipis. Sequit de incipit ⁊ desinit: pro quox expositiōe notandū est q rerū quedā sunt quarū totū esse in instāti ⁊ simul acquirit ut hō ul' binari⁹. siue sit mediāte aliqua mutatione successiua p̄cedēte. ut in ꝓductiōe naturali sine nulla mutatiōe p̄cedēte. ut in creatione angeli. Alia vo sunt quarū ecā qrit successiue ⁊ pars post partē ut fūt res nature ꝑmanētes. ut albū ⁊ nigrū quarū denominatio depēdet a diſio ꝯtrarij supra cōtrariū sicut albū nigrū ⁊ calidū. ⁊ etiā res nature successiue ut motus ⁊ tēpus. ⁊ similiter aliquarū rerū quarū esse depdit totū simul ⁊ in instāti Aliarū aūt quarū totū esse depdit successiue ⁊ ſm has dictiones ponūtur quatuor regule Prima est q ꝓpositiones de incipit rerum quarū esse totum simul acquirit exponūtur per vnā copulatiuā cuius ꝑma pars est affirmatiua de ꝑsenti. secūda negatiua de ꝑterito ut hō incipit esse. i. homo nūc est. ⁊ imediate ante hoc nō fuit. Scđa regula est q ꝓpositiones de incipit rerū quarū esse acqritur successiue exponūtur per vnā copulatiuā cui⁹ ꝑma pars est negatiua de ꝑsenti ⁊ secūda affirmatiua de futuro: ut hic sortes incipit eē alb⁹ idest sortes nūc nō est albus ⁊ imediate post hoc erit albus: uel sic. motus incipit esse: idest motus non est ⁊ imediate post hoc erit. Tertia regula est q ꝓpositiones de desinit rerū quarū eē depditur totū simul exponūtur per vnā copulatiuā cui⁹ ꝑma pars est affirmatiua de ꝑsenti ⁊ de secūda negatiua de futuro: ut sortes desinit eē hō. i. sortes est hō ⁊ imediate post hoc nō erit hō. Quarta regula est q ꝓpositiones de desinit rerū quarū eē depditur successiue: exponūtur copulatiue per vnā negatiuaz de ꝑsenti ⁊ aliā affirmatiuā de ꝑterito: ut hec sortes desinit eē alb⁹. i. sortes nūc non est albus ⁊ imediate ante hoc fuit albus. Ex ꝑdictis patet q̄liter ꝯtradictorie istarum sunt exponende ⁊ qualiter ualeat consequentia in ipsis.

§ Equitur de noīe infinito cuius solēt assignari quedā distinctiones. Prima est q infinitū quādoq tenetur negatiue ⁊ est illud qđ nō est finitū neq aptum natū finitari: ut deus. Alio modo pōt ꝑuatiue capi ⁊ est illud qđ non est finitū tñ est aptū natuz finitari: ut motus nondū pfectus est infinitus ⁊ illud est triplex. s. infinitū per appositionē: ut numerū infinitū per diuisionez: ut ꝯtinuū. Et infinitū per appositionē ⁊ diuisionez simul sicut est tēpus. Scđa distinctio est de infinito q pōt distingui quilibet modox p̄cedētiū qr aliud dicit infinitū in actu qđ est quantum non terminatum. aliud est infinitum in potētia: ut sunt continua. aliud est infinituz quo ad nos ⁊ non ſm rē. Tertia distinctio est q infinitū vno mō capit categorematice significatiue ut est termin⁹ cōis ⁊ sic significat q̄litatē rei ſbiecte ul' p̄dicate: ut cū dicitur mundus est infinitus. alio modo sincategoreumatice non prout dicit qualitatem rei subiecte uel p̄dicate sz q̄liter se habet subiectum in ordine ad p̄dicatū ⁊ sic est distributio subiecti ⁊ signū distributiuū. ⁊ de his dā tur quedā regule. Prima est q infinitū sincathegoreumatice captū positum in subiecto facit terminū cōem sequentē stare cōfuse tñ ut hic infiniti hoies currūt. ibi hoies supponit cōfuse nō tñ mobiliter. Scđa regla est q ꝓpositio de infinito sincathegoreumatice capto exponitur per vnā copulatiuā cuius prima pars affirmat p̄dicatū de subiecto sumpto sub aliq quātitate ꝯtinua ul' discreta. ⁊ secūda negat p̄dicatuz inēē tali ſbiecto sz determinatā quātitatē ut ista. infiniti hoies currunt que sic exponitur. aliq hoies currūt ⁊ nō tot quin plures duobus uel tribus. uel sic homines aliqui currunt ⁊ quotlibet plures. Tertia regula est q ꝓpositio de infinito capto

cathegorice exponitur per vnam copulatiuā cuius ꝑma pars affirmat ḡtitatē de subiecto ⁊ scḋa negat terminū illius quātitatis ut hic. linea est infinita.i. linea est quāta ⁊ non habet terminū sue quātitatis. ⁊ hoc est si infinitū sit in ꝑdicato ꝫ si sit in ſbiecto ꝑma affirmat predicatū de subiecto quātuz: ⁊ scḋa negat terminum illi⁹ quātitatis ut hic. aliqḋ corpus infinitū est albū: ideſt aliqḋ corp⁹ quātū est albū ⁊ idē corpus non habet terminū sue quātitatis. Et nota q̄ oportet negare terminū illius quātitatis ꝫ quē dicit infinituz: ita q̄ si sit infinitū in actu negādus est termin⁹ illi⁹ ḡtitatis ⁊ si sit in potētia ita q̄ sit infinitū ꝫ quātitatez potētialez ⁊ nō ꝫ actualē negādus est terminus quātitatis potentialis ⁊ non quātitatis actualis siue sit infinitū fm appositionem ul' diuisionem.

Equit de cōparatiuis ⁊ suplatiuis de q̄b⁹ dant tales regle. ℙrima est q̄ ꝓpositio habēs cōparatiuū ꝓprie captū ⁊ non abusiue exponit copulatiue per tres exponentes: q̄rū ꝑma affirmat positiuū de re excedēte. scḋa affirmat eūdē de re excessa. ⁊ tertia affirmat excessuz de re excedēte respectu rei excesse ut hic. sortes est albior asino exponit sic. sortes est albus asin⁹ est alb⁹ ⁊ sortes est magis albus q̄ asinus. ul' negādo eq̄litatē forme ie ſſe excesſo respectu excedētis ut hic sortes est albus asin⁹ est albus ꝫ asin⁹ nō est eque albus sicut sortes. Scḋa regula est q̄ suplatiuus diſtribuit terminū cōez sequentē qui significat rē excessaz: ut leo est fortissimus aialiū. aialium diſtribuit. Tertia regl'a est q̄ suplatiuus ꝓprie tētus denotat rē excessā cōuenire rei excedēti. patet q⁊ hec est ipropria locutio leo est fortissim⁹ lincū. Quarta regl'a est q̄ ꝓpositio de superlatiuo ꝓprie capto exponit copulatiue per tres exponētes: quarū ꝑma affirmat positiuū de re excedēte. ⁊ scḋa affirmat eundem de re excessa. ⁊ tertia negat vniuersal'r excessiuz de re excessa per respectū ad rē excedentē ut hic. rosa est pulcherrimus flos flox.i. rosa est pulchra: ⁊ oīs flos est pulcher: ⁊ nullus flos est pulchrior rosa. Si vō suplatiu⁹ teneat affirmatiue: tertia exponēs debet eē affirmatiua affirmās excessiuz de re excedēte per respectū ad rē excessam acceptā vniuersal'r: ut dicēdo rosa est pulchrior oīuz flox. Et oēs ꝓpositiones de maximo ⁊ minimo ⁊ sic de aljs suplatiuis his duob⁹ modis possūt exponi dūmodo ponat genitiu⁹ iportans rē excessaz. ⁊ si nō ponitur ille genitiuus debet omitti scḋa exponēs: ut hic sortes est fortissimus. i. sortes est fortis ⁊ nullus est fortior ipso. Et ꝯrie istarū debent exponi per disiūctiuas de partib⁹ cōtradicentibus.

§ Egtur de differt. aliud. ab. de quib⁹ dātur tales regule. ℙrima est q̄ differt aliud ab ⁊ diuersuz conueniūt tm̄ entib⁹. Nam ut dicitur ḡrto methaphysice necnō ens enti: nec ens nō enti ē idē ul' diuersuz. Scḋa regl'a est q̄ ablatiuus rect⁹ ab istis dictionib⁹ mediāte a uel ab distribuitur si sit distribuibilis nisi habeat aliud impedimentum. Tertia regula est q̄ ꝓpositio de differt affirmatiua exponitur per tres exponētes affirmatiuas in quarū ꝑma affirmatur hoc uerbū est de eo q̄ḋ differt. in scḋa affirmatur idē de eodē a quo differt. tertia negat vnū illoꝝ de alio ut hō differt ab asino. i. hō est ⁊ asin⁹ est. ⁊ hō non est asinus. Quarta regula est q̄ ꝓpositio negatiua de differt debet exponi per vnā disiunctiuā de partib⁹ cōtradicentibus: ut sortes nō differt ab asino ideſt sortes non est. uel asinus non est uel sortes est asin⁹ ⁊ ualēt ꝯsequētie in istis sicut in p̄cedētibus.

§ Equit de hoc signo tot⁹ pro quo sciendū est q̄ hoc sincathegoreuma tot⁹ pōt capi trib⁹ modis. Uno modo cōiter ꝓi illo qḋ habet partes vñ cōponit. Alio modo capit magis ꝓprie pro oi illo qḋ ex oībus suis partib⁹ est pfectū sicut domus dicit tota qñ est cōpleta ⁊ his duob⁹ modis totus tenet significatiue. Tertio modo capitur sincathegoreumatice ꝓut includit signū distributiuū ut hic. tot⁹ sortes est albus ⁊ sic nō dicit quale sit subiectū ꝫ qualiter se habet ad p̄dicatum: ⁊ hoc modo reddit ꝓpositionem exponibilē de quo dātur due regle. ℙrima est q̄ totus diſtribuit terminuz cui adiungit pro qualibet parte itegrali eius: ut tot⁹ sortes est albus. i. quelibet pars sortis est alba. Secūda regula est q̄ ꝓpositio affirmatiua de toto exponit per vnā cathegoricā trāsmutādo ly totus in hoc qḋ est fm quālibet sui partez: ut totus sortes est minor sorte. i. sortes fm quālibet sui partē est minor sorte. ℙreterea notandū est q̄ hec signa qualelibet ḡtūlibet nō ꝓprie faciūt ꝓpositiōes exponibiles ꝫ faciūt distributionē nō absolute fm modū reliquorū signoꝝ. sicut sūt ista oīs quilibet: ꝫ ꝑhunt ad determinatū genus p̄dicamētale. ut ḡtūlibet distribuit pro quātitate ꝯtinua. ⁊ tm̄ ualet sicut hns oēz ḡtitatē ꝯtinuā: ⁊ qualelibet pro oi qualitate: ⁊ tm̄ ualet sicut hns oēz qualitatē. Et sic dicūtur mētaliter cōplexa: quorū ꝓpositiones fiunt per cōpositionē. Et hec de exponibilibus dicta sufficiant.

¶ Explicit Logica magistri Nicolai de orbellis vna cū textu ℙetri hispani feliciter.

¶ Doctoris illuminati Francisci de Mayronis Parisius super vniuersalia ꝛ predicamenta Aristotelis feliciter incipiunt.

Arma militie nostre non sunt carnalia sed potētia dei ad destructionē munitionū consilia destruētes ꝛ omnē altitudinez extollentē se aduersus scientiam dei ꝛ in captiuitatem redigentes omnē intellectū in obsequiū christi. ij. Cor. x° cap°. Quia vo scientia philosophie inter ceteras disciplinas in nōnullis super hec solet se erigere aduersus scientiaz dei occurrēte Paulo apostolo huic extollētie. Tum qz dicit ad Colloceñ. 2° cap'o. Nemo uos decipiat in sublimitate sermonū. Tum qz ibidē dicit: videte ne quis uos seducat per philosophiā ꝛ inanem fallaciam ſm traditionē hominū ſm elementa huius mundi ꝛ non ſm christū. ¶ Iccirco ad ostendendū q ueritas philosophie non contradicit auctoritati diuine sapientie decreui passus cōmunes philosophie discurrere resecādo superflua que in hac facultate cōtineri videntur prestituto fine quadruplici qui tangit in auctoritate assumpta. Quoꝝ primus est ut munitiones rationū philosophicarū cōtra ueram philosophiā ꝛ sapientiā garrientiū destruātur sicut dicit apostolus ad destructionē munitionum. ¶ Secūdus finis est ut cōsilia argumentationū infideliū aduersus theologiā insurgentiū dissipētur. ideo sequit: cōsilia destruētes. ¶ Tertius finis est ut superbie ingenioꝝ subtiliū aduersus doctrinam catholicā se erigentiū cōp'imantur. ideo sequitur ꝛ omnē altitudinē extollentē se aduersus scientiam dei. ¶ Quartus finis est ut excellētie intellectuum subtiliū ad ueritatis notitiā uenire cupientium ad christi dñi nostri seruitiū adducant ſm q sequitur: in captiuitatē redigētes omnē intellectū in obsequium christi. Et ſm istum modū procedēdo: occurrit p̄mo inconsueta apud latinos philosophia liber platonis qui dicit sophistes: qui lz fuerit: sicut Boetiꝰ refert: editus a ꝑPlatone: fuit tamen a ꝑPorphirio repetitus. Et ideo vulgo allegat ibi ꝑPorphirius. Quia tamē auctoritas ꝑPlatonis est prestātissima inter auctoritates omnium philosophoꝝ apud sanctos nostros. ideo magis cōuenit in hoc libro allegare ꝑPlatonē qui fuit reputatus olim inter philosophos sicut Jupiter inter deos. ¶ Et ſm q iste liber fuit traditus a ꝑPlatone prima ueritas in eo cōtenta est ista.

Primus passus est q quinque sunt predicabilia: scilicet Genus: Species: Differentia: ꝑPropriū ꝛ Accidens. ¶ Sed cōtra hanc diuisionem predicabilis q nō sit sufficiēs instatur quadrupliciter. ꝑPrimo qz ens est predicabile cum de omnib⁹ predicet ꝛ tamē nō ponit ibi aliquod istoꝝ predicabiliū. ¶ Secundo quia indiuiduū est predicabile cum de vno solo sit aptū natum predicari ꝛ tamē non est hoꝝ aliquod. ¶ Tertio quia diffinitio distinguit a singulis istoꝝ ꝛ tamē constat q ipsa est predicabilis de diffinito. ¶ Quarto quia ens ꝓhibitū ut chymera est predicabile de aliquo: cū hec sit uera hoc ens prohibituz est chymera: ꝛ tamē nō est aliquod istoꝝ quinqz predicabiliū. ¶ Ad primū dicit q hic ꝑPlato nō intēdit procedere de predicabili ſm q extenditur tam ad transcēdentia q̄z ad limitata: sed solū quantum ad predicabilia limitata: tale aūt nō est ens: ꝛ ideo remanet diuisio sufficiēs. ¶ Ad secundū q lz indiuiduū sit predicabile cōmuniter sumptū: tamē hic proprie accipit predicabile pro eo qđ est aptum de pluribus predicari in his que sunt limitata ꝛ non transcendētia. ¶ Ad tertiū dicitur q diffinitio constans ex genere ꝛ differētia reducit ad illa predicabilia sicut ad suas partes essentiales. ¶ Ad quartum dicit q illud nō est predicabile nisi ſm quid sicut ueritas entis diminuti nō est nisi ſm quid ꝛ per cōsequens nec est predicatio eius. ¶ Sed orit difficultas quid est predicabile. ¶ Dicit aūt q illud qđ est aptū natū de pluribus predicari: quia omnia nomina terminata in bilis dicūt aptitudinē ꝛ non actū. ¶ Secūda dif. est quid est vniuersale. ¶ Dicitur aūt q vniuersale est qđ est aptū natū in pluribus esse: qđ nō est intelligendū ſm numeralē identitatez propter cōmunitatē diuine essentie ad tres personas. ¶ Tertia dif. est si predicabile ꝛ vniuersale sunt idē. ¶ Dicit autē q sic absolute qz omnis natura que est apta nata eē in plurib⁹: est etiā apta nata predicari de pluribus ꝛ ecōuerso. non tamen sunt idē respective: qz vniuersale dicit cōmunitatē in ordine ad esse: cū dicit qđ est aptū natū in pluribus esse. ꝑPredicabile aūt ad dici cū dicit q predicabile est aptū natū de pluribus predicari quod est dici. ¶ Quarta dif. est quia si predicabile nō est tale nisi in ordine ad dici tūc nullū erit predicatū insi sit uocaliter dictū: ꝛ sic mutus nullā poterit facere predicationē. ¶ Dicit q cū dicit q predicabile est qđ est aptū natū de pluribus predicari uel dici: nō accipit hic solū dictio uocalis: immo principaliter mētalis. cū actus predicationis sit principaliter in intellectu sicut actus compositionis. Et sic patet q nō solū theologi sed ꝛ philosophi bñt ponere apud intellectum actum dicendi.

Secundus passus est q genꝰ est qđ predicat de pluribus differētibus specie in eo q quid: ut animal de hoīe ꝛ leone cap'o p̄mo. ¶ Sed cōtra hanc diffinitiōez instatur quadrupliciter. ꝑPrimo quia ens predicat de pluribus differētibus specie in quid: ꝛ tamē nō ponit genus. ¶ Secūdo qz diffinitio animalis predicat de pluribus differentib⁹ specie in quid sicut ꝛ ipsum animal: ꝛ tamē diffinitio est predicatū contra genus distinctū aut predicabile. ¶ Tertio quia predicat accidēs de plurib⁹ differentib⁹ specie in quid ut color de albedine ꝛ nigredine: ꝛ tamē in predicationib⁹ distinguit contra genus. ¶ Quarto qa predicabile predicat de plurib⁹ differentib⁹ specie in quid: ut de genere ꝛ specie que differūt specie in numero predicabiliū: ꝛ tamē predicabile nō est genus cū ipsum diuidat in alia predicabilia. ¶ Ad p̄mū dicit q hic ut patuit intēdit loqui de predicabilibus limitatis ꝛ nō transcendentib⁹ quale est ens. ¶ Ad secundū dicit q illa diffinitio predicatur in quid ratione generis qđ includit. ꝛ sic diffinitio generis lz nō sit totaliter tamē particulariter est ipsuz genus. ¶ Ad tertiū dicit q color habet duplicē habitudinē: Unā ad inferiora de quib⁹ predicat: ꝛ sic est genus ꝛ nō accidēs suoꝝ inferioꝝ: ꝛ ita ei cōpetit generis diffinitio. Aliā habitudinem habet ad subiectū: ꝛ sic est accidēs ꝛ nō genus: lz accidēs ꝛ genus coincidāt absolute in eodē: nō tamē ſm eundē

respectum. ℂ Ad quartum dicitur q̄ in ordine secundarū intētionū predicabile videt esse genus ad quinque p̄dicabilia cū dicat in quid de quolibet ipsoꝝ. Si enim querat quid est genus cōueniēter rñdet p̄dicabile ⁊ sic de alijs: ⁊ cōstat q̄ singula p̄dicabilia ab alijs plus q̄z numero distinguunt. magis enim differt spēs a genere: cū sint diuersarū rōnuz: q̄z vna spēs ab alia specie que sunt eusdez rōnis in ordine secūdarū intētionū. ℂ Sed orit dif. qd est p̄dicari in quid. ℂ Dicit aūt q̄ illud dicit p̄dicari in quid per qđ cōueniēter rñdet ad interrogationē factā per quid. Sicut cū querit quid est hō: cōueniēter rñdet aial: aut corpus: aut substātia. ℂ Secūda dif. qz si p̄dicari de pluribꝰ includit in quiditate generis: tūc cessante actu intelligēdi per qđ fit talis p̄dicatio desinit eē genus. ℂ Dicūt autez logici q̄ istud uerbū p̄dicat in ꝓposito dicit aptitudinem et nō actū ut intelligat illud esse genus qđ est aptū natū p̄dicari de pluribꝰ differētibꝰ specie in eo q̄ qd. ℂ Intelligendū tamē q̄ in ista diffinitione generis ponunt quatuor particule distincte. Quarū p̄ma talis est q̄ genus p̄dicat: ad differentiā subiecti qđ in quantū tale de nullo p̄dicatur. Secūda est q̄ p̄dicatur de pluribꝰ: ad differētiā indiuidui qđ de vno solo p̄dicatur. Tertia est q̄ p̄dicatur de pluribꝰ differentibꝰ specie: ad differētiā spēi que de solis numero differētibus p̄dicatur. Quarta est q̄ p̄dicatur in eo q̄ quid: ad differentiā differētie proprij ⁊ accidētis que in quale p̄dicantur. Et sic hec diffinitio nō cōtinet aliquid superfluum aut diminutum.

Tertius passus est q̄ spēs est que p̄dicatur de pluribꝰ differentibus numero in eo q̄ quid: sicut hō de sor. ⁊ platone. c. 2°. ℂ Sed cōtra hanc diffinitionē instat qua dupliciter. ℙ Primo qz genus p̄dicat de pluribꝰ differētibus numero in eo q̄ quid: ⁊ tamē nō est spēs: assumptū patet: qz de quocūq̄z dicit inferius quidditatiue: ⁊ supius. ℂ Secūdo qz accidēs dicit de pluribus differētibus numero: sicut albedo de hac albedine ⁊ de hac: ⁊ tamē accidēs distinguit ꝓtra speciē. ℂ Tertio qz ꝓpriū nō est spēs: ⁊ tū risibilitas p̄dicat de hac risibilitate ⁊ de hac: que differunt numero: sicut quiditas de suis indiuiduis. ℂ Quarto quia ista diffinitio dat in ordine ad inferiora: spēs aūt inquantū spēs videt solū respicere superiora: cuz cōtineat sub parte subiectiua. ℂ Ad p̄muz dicit q̄ isti diffinitioni ab aliquibꝰ addit q̄ spēs est que p̄redicat de pluribꝰ differentibꝰ numero solū ⁊ si nō apponit: ista determinatio est tamē subintelligenda: aut tota diffinitio accipiēda est ſm imediatā p̄dicationē. ℂ Ad secūdū dicit q̄ albedo habet duplicez habitudinē. vnā ad suū subiectū: ⁊ ſm illā dicit accidēs: qz inheret subiecto. ⁊ aliā ad sua iferiora ⁊ ſz illā dicit spēs: ⁊ sic idē est accidēs ⁊ spēs absolute ⁊ materialiter non tū respectiue ⁊ formaliter. ℂ Ad tertiū dicit q̄ sicut accidēs habet duplicē hitudinē utpote albedo sic risibilitas. In habitudine ad hominē est ꝓpriū: ⁊ in habitudine ad hāc risibilitatez ⁊ hāc est spēs: ut eadē natura sit spēs ⁊ ꝓpriū absolute: nō tū respectiue. ℂ Ad quartū dicitur q̄ natura hois nō solū in habitudine ad superiora dicit spēs generis: sed etiā in habitudine ad iferiora dicit spēs indiuiduoꝝ. Et cū dicit q̄ cōtineat sub parte subiectiua: uerū est inquantū respicit superiora: inquantuz autē respicit inferiora cōtinetur sub toto vniuersali. ℂ Sed orit dif. si ista diffinitio hic data est de ois specie. ℂ Dicit aūt ℙorphirius q̄ nō: sed tñ de spāliſſima: qz subalterna nō solū p̄dicat de pluribꝰ differētibꝰ numero sed etiā specie. ℂ Secūda dif. qz spēs subalterna p̄dicat de pluribꝰ differētibꝰ numero in eo q̄ qd: sicut color de hoc colore ⁊ de hoc. ℂ Dicit autē q̄ uerū est mediate. Ista tñ diffinitio ut patuit est accipiēda cū mō imediationis. ℂ Tertia dif. est si ē alia diffinitio spēi spāliſſime nisi ista. ℂ Dicit aūt ℙorphirius q̄ sic: qz dicit spēz spāliſſimā esse que cū sit spēs nō pōt esse genus cū nullaz spēz sub se habeat. ℂ Quarta dif. si pōt dari aliqua vna diffinitio cōueniēs tā spēi spāliſſime q̄z subalterne. ℂ Dicit aūt q̄ nō videt: qz spēs videt dici equiuoce de utraq̄z specie: ⁊ ea que sunt equoca non habent vnam rationem.

Quartus passus est q̄ spēs est que ponit sub assignato genere ⁊ de qua genus p̄dicat in eo q̄ quid est. c. eodē. Et ista diffinitio cōtinet duas particulas: quarū p̄ma distinguit spēm a genere generaliſſimo: qz dicit q̄ ponit sub genere: cū illud genus nō ponat sub aliquo genere. Secūda particula distinguit spēz a differētia: qz ly cōtineatur sub genere sicut diuidēs sub diuiso: tñ genus nō dicit de ea in quid sicut infra patebit. ℂ Sed oritur dif. qz diffinitio ista cōpetit in diuiduo sicut spēi cū ponat sub genere ⁊ genus de ipso in quid p̄dicetur. ℂ Dicit aūt q̄ ista diffinitio oportet ut intelligat cū imediatione ad hoc ut indiuiduū excludatur: sicut supior diffinitio cū imediatione spēi ad indiuidua subintelligebat. ℂ Secunda dif. est qz si ista diffinitio intelligatur cū imediatione: ⁊ spēs sit qđ imediate ponitur sub genere tūc hō nō eēt spēs substātie ut corpus: nel corporis aiati: qz sub nullo istoꝝ imediate ponit. ℂ Dicit q̄ ſz hoc oportet tolli imediationē ab hac diffinitiōe respectu generū remotoꝝ ⁊ tūc excludi posset indiuiduū qz nō est p̄dicabile ꝓprie sumptū. vñ qz ista diffinitio uacillare videt melius est dicenda notificatio quedā. ℂ Tertia dif. si ista diffinitio qualiscūq̄z ponitur seu notificatio cōuenit spēi specialiſſime. ℂ Dicit aūt ℙorphirius q̄ sic: ⁊ ita videtur q̄ species spāliſſima sub genere ponatur ⁊ de ipa in quid genus p̄dicetur sicut de subalterna: ⁊ sic ista diffinitio videtur cōmunis utriq̄z. ℂ Quarta dif. est quia spēs spāliſſima in p̄cedēti passu fuit diffinita in ordine ad inferiora ⁊ in ista diffinitione in ordine ad superiora. ℂ Dicitur aūt q̄ spēs spāliſſima habet duplicē habitudinē. Vnā ad superiora: ⁊ quantū ad illaz cōuenit ei ista diffinitio. Et aliā ad iferiora: ⁊ ſm illā cōuenit ei diffinitio supius data. ⁊ sic qđ dictum est q̄ spēs dicit equiuoce de specie subalterna ⁊ specialiſſima accipiēda est spāliſſima ſm habitudinez quā habet ad inferiora: qz ſm aliā habitudinē diffinitiue cōuenit cū specie subalterna. ℂ Sed remanet dif. si spēs spāliſſima est bis spēs ſz ista. ℂ Dicitur aūt q̄ ipsa est spēs ſm duplicē acceptionē spēi equinocā: quare dicit spēs ſm duplicē speciei diffinitionem iam datam.

Quintus passus est q̄ genus est alicuius genus: ⁊ spēs est alicuiꝰ spēs. Iccirco in qd necesse est in utroꝝq̄z rōnibus utriſq̄z uti. c°. eodē. Ex quo dicto eliciūtur quatuor cōclusiones. Quarū p̄ma talis est. Genus ⁊ spēs relatiue sunt opposita: qz hoc intendit ꝓbare cū dicit q̄ genus est alicuius genus: ⁊ spēs est alicuius spēs. ℂ Secūda cōclusio est q̄ oē q̄ est alicuius est relatiuum

est relatiuuz ad illud: qz per hoc q genus ꝛ species sunt alicuius itēdit ostēdere q sunt relatiua. ¶ Tertia cōclusio est q quādocūqz aliqua sunt correlatiua vnū debet poni in diffinitione alterius ꝛ ecōuerso: qz dicit q qz ista sunt alicuius. s. ad inuicez necesse est in rōnibus. i. diffinitionib⁹ utroꝝūqz utrisqz uti. ¶ Quarta cōclusio est q quicūqz cognoscit distincte vnū correlatiuoꝝ cognoscit distincte reliquū: qz notitia diffinitiua est distincta: ꝛ vnū istoꝝ diffinit per reliquū. ¶ Sed oꝛit difficultas si genus ꝛ spēs ꝑm q ipsa respiciūt inferiora dicūtur ad inuicē relatiue. ¶ Dicit aūt q nō: qz alia est habitudo ad supiora: ꝛ alia est ad inferiora: ꝛ nō pōt referri spēs ad gen⁹ nisi per habitudinē ad ipsum qd est supius. Uñ ꝑm illā diffinitionē qua dicit spēs est que ponit sub genere: spēs refert ad genus: ꝛ sic genus igredit eius diffinitionē. Et ꝑm illā qua dicit: spēs est que dicit de plurib⁹ differētib⁹ numero: nō refert ad ipsum: cuius signū est qz nō ponit genus in tali diffinitiōe: ꝛ tūc refert ad idiuidua q̄ in tali diffinitiōe ponunt

Tricesimus primus passus est q̄ vident magis ꝛ minus relatiua suscipe sicut sunt simile ꝛ inequale. c°. eodē. Et adiūgit q nō omnia relatiua suscipiūt magis ꝛ minus sicut duplex nō dicitur alio magis duplex. ¶ Dicit tamē cōmuniter q relationes nō suscipiūt magis ꝛ min⁹ nisi ratione sui fundamenti: ꝛ ideo ista ꝓprietas non ineſt talibus relationib⁹ per se. ¶ Sed cōtra istud arguitur quadrupliciter. Primo q: si nō intēderet respectus nisi ex intēsione sui fundamēti tūc fundamento equali permanēte numq; intēsio fieret ipsi⁹ relationis. Nūc autē videmus q eodē fundamēto in mobili permanēte per augmentū aut diminutionē alterius istud fit magis inequale. ¶ Secūdo q: videm⁹ q si duo calores sint equales intēsiue quāto alter plus remittit tāto plus eius inequalitas intēdit cuz sit magis inequale. ¶ Tertio q: distātia que est respect⁹ intēdit nihil ablato uel appositō ad extrema illius distātie. Et si dicat q nō est maio: distātia intēsiue sed maio: extēsiue. Nō ualet: q: ista distātia nō est in spatio sicut in subiecto sed in mobili ꝛ nullū accidēs extendit ultra suū subiectū. ¶ Quarto q: magis etiā dicitur appꝛopinquare illud qō ineſt minus. ꝛ sic respectus appꝛopinquationis nō intēditur ibi sm̄ intēsionē subiecti. ¶ Ideo dico q relationes per se videntur intēdi ꝛ remitti sine intēsione ꝛ remissione subiecti. ꝛ ista est intētio Ari. in hoc loco: q: sicut hic cōcedit de relatione ita supius negauit de quātitate ꝛ tm̄ cōstat q multa numeri fundamēta intēduntur ꝛ remittunt: Et cōfirmat ista sentētia q: cū calo: ꝓducitur per motū per hoc dicit intēdi ꝛ remitti: q: pars eiusdē rōnis apponit infra partē: sicut in augmento pars extra partē: sed quālibet partē caloꝛis cōcomitatur pars similitudinis: cū omni alio nō ente quelibet pars similis eēt: ergo eadē rōne intēdit similitudo quaz causat caliditas uel albedo. ¶ Sed oꝛitur dif. si respectus inequalitatis recipit magis ꝛ min⁹ sicut respectus dissimilitudinis. ¶ Dicitur autē q nō videtur: q: dissimilitudo nō consistit in indiuisibili: respectus aūt uere inequalitatis in indiuisibili cōsistit: q: quocūq; apposito equalib⁹ uel quātocūq; deposito statim fit inequalitas. ¶ Secūda dif. q: si duo calores equales equaliter intēdātur cuilibet parti acquisite inerit equalitas noua ad aliā partē: ꝛ ita sicut ex partibus caloꝛū intēsis fit earū intēsio sic eadē rōne ex equalitatibus cōsequentib⁹ ipsas. ¶ Dicitur autē q equalitas vnius partis nō tēdit in idē cū equalitate totius sed remanēt distincta: nō sic autē de similitudine que coextēdit albedini: respect⁹ aūt equalitatis: sicut ꝛ totalitatis: nō est in qualibet parte.

Tricesimus secūdus passus est q oīa relatiua ad cōuertētiā dicunt: sicut seruus dñi seruus: ꝛ dñs serui dñs: ꝛ idē de duplo ꝛ dimidio et maiore ac minore. c°. eodē. Et ponit in eodē ꝓcessu quatuoꝛ notabilia ad declarādā istius passus materiam. ¶ Quoꝝ primū est q ista cōuertentia differt casu ita videlicet q vnū relatiuoꝝ dicitur ad aliud in vno casu ꝛ aliud cōuertitur ad ipsum in alio casu: sicut disciplina dicitur disciplinati genitiue: ꝛ disciplinatū dicit nō genitiue discipline ſz disciplina ablatiue disciplinatū. ¶ Secundum notabile est q ad istam conuertentiā requiritur q conueniēs assignatio exꝓimatur: ut cum ala sit alicuius si assignet ad auē non est cōueniens assignatio quia multoꝝ alioꝝ ale sunt sed ala dicit alati ala. ¶ Tertium notabile q oportet fingere aliquotiēs nomina eo q nō sint ipposita: sicut remus cū sit alicui⁹ rem⁹ nō cōueniēter assignat ad nauē cū multe sint naues sine remis: ſz remus dicat ficto nōie rei remite rem⁹: ꝛ ita caput

capitati caput ⁊ non animalis q⁹ multa sunt: inquit ai alia capita nō hñtia. ¶ Quartuz notabile est q⁹ si relatiuū ad quodlibet aliud q̄z. s. ad suū oppositū assignet: ⁊ ideo ad illud dicat nō ꝓuertitur: sicut si seruus nō assignetur dño sed homini aut bipedi. ¶ Intelligendū tñ est q⁹ ex istis in eodē ꝓcessu infert talez regulā: amplius si cōuenienter assignet ad illud aliud ad qđ dicit. s. relatiue: omnib⁹ alijs circūscriptis idest remotis: quecūqz accidētia sunt relicto illo solo ad qđ assignatū est semp ad ipsum dicet. Ex qua regula eliciunt a diuersis due cōclusiones diuerse. ¶ Prima est q⁹ relatio terminat ⁊ dicit ad suū oppositū relatiuū ⁊ nō ad absolutū: quia ad illud terminat ad qđ refert: ⁊ ad illud refert ad qđ dicit circūscripto omni alio: ut dicit regula ista ⁊ circūscripto omni alio a seruo ꝓter seruientē adhuc dñs ad ip̄m diceret. ¶ Secūda cōclusio quā alij dicunt est q⁹ relatio nō terminat ad oppositū sed ad absolutuz fundamētum oppositi: q⁹ circumscripto omni respectu ab aliqua albedine adhuc alia est illi similis: ꝛz non ista illi: hoc est q⁹ alia albedo pōt esse similis que est sine similitudine siue per possibile uel impossibile: q⁹ habet conformitatē ad ipsam. ¶ Sed remanet dif. que istarū videt esse magis de mēte philosophi in loco isto. ¶ Dicit q⁹ ꝓma q⁹ istā regulā ipse ponit cū loquimur de cōuertentia relatiuoꝝ. Et cōstat q⁹ absolutū nō dicit ad cōuertentiā ut albedo nō dicit similitudinis albedo: ſz bñ similitudinis sil'itudo.

Tricesimustertius passus est q⁹ vident ad aliquid simul esse natura. c°. eodē. Et ipse istud exēplificat de duplo ⁊ dimidio q⁹ cū sit dupluz ⁊ dimidiū est: ⁊ si duplū nō est nec dimidiū ⁊ si nō dimidiū nec duplū. Ex quo dicto accipiunt duo philosophica documēta. ¶ Primum est q⁹ quādocūqz aliqua duo ita se habēt q⁹ vno posito ponit reliquuz ⁊ remoto vno remouet ⁊ reliquū ⁊ ecōuerso illa sūt simul natura. ⁊ ideo per hoc ꝓbat relatiua simul eē natura. ¶ Secundū do. est q⁹ omnia conuertibilia sunt simul natura: q⁹ illa sunt talia que ita se habent q⁹ posito vno ponit reliquū. ¶ Sed cōtra hec documēta instat dupliciter. ¶ Primo q⁹ diffinitio ꝑus natura videt esse ꝑz diffinitū: cū in diffinitione resoluatur diffinitū tanꝗz in suas partes cētiales: ⁊ tuz vno istorum posito aut perempto iddez sequitur in alio. ⁊ ecōuerso. ¶ Secūdo q⁹ subiectū ⁊ ꝓpria passio cōuertūtur. ⁊ tñ nō sunt simul natura: cū subiectū sit ꝑus ſm naturā: sicut ꝑmus modus perfectatis ꝑ uenit secundū. ¶ Jd videt esse dicendū q⁹ ista documēta sunt magis argumēta. ⁊ q⁹ ratio Ari. hic posita magis videt ꝓbare simultatē durationis ꝑz nature. ¶ Si forte dicat q⁹ illa que sunt sic ordinata ſz ordinē nature ꝓ illo signo quo ſm naturā vnū ꝓ-uenit reliquū aliud nō est. ⁊ sic ꝓ tūc vnū ponit reliquo nōdū posito: ⁊ secundū negādo perimit alio iā cōcesso. ¶ Intelligendū tamen q⁹ antiqua cōmunis exposito istius cuz dicit relatiua sunt simul natura fuit. i. simul naturali intelligētia. Istud tñ non valet ut referat solū ad intellectū q⁹ ipse ꝓbat istā simultatē quia posito vno ponit reliquū ⁊ sublato vno reliquū remouet. ⁊ tamē cōstat q⁹ istud est uerū de relatiuis in rerū natura sicut in nostra intelligētia. ergo nō solū in nostra intelligētia sed in rerum natura est itelligēda ista simultas q⁹ eadē ratione utrobiqz deducetur. ¶ Sed orit dif. quid significat simultas ista relatiue oppositoꝝ in rerū natura? ¶ Dicit aūt q⁹ significat talem ꝓexigentiam q⁹ vnum non ꝓexigit aliud q⁹ talis ꝓexigentia arguit ꝑus ⁊ posteri⁹ ſm naturā. ¶ Secūda dif. quid significat ista simil'tas apud naturalē intelligentiā quam cōmuniter ponūt. ¶ Dicit q⁹ inest naturaliter intellectui ut correlatiua ita intelligant ut vnū alteri non ꝓexigat in intelligendo.

Tricesimusquartus passus est q⁹ relatiua posita se ponūt ⁊ perempta se pimunt: Nō est aūt in textu nisi q⁹ se inuicē auferūt: tamen exēpla ostendūt q⁹ ipse supponit q⁹ posita se ponūt: q⁹ dicit q⁹ si duplū est dimidiū est: ⁊ si seruus est dñs est. c. eodē. ¶ Sed cōtra hanc regulā ipse instat dupliciter. Primo q⁹ supposito q⁹ scibile ⁊ sciētia ad inuicē referantur sublato scibili aufertur sciētia: ⁊ tñ sublata sciētia nō aufert scibile: ut exēplificat de circuli quadratura que si est scibilis sciētia eius: inquit: nondū est. Et ad idē dicit q⁹ in pluribus subsistētibus scientias recipimus. In paucis vo uel nullis hoc quis reperiet simul scientiā cū scibili esse. Et iterū dicit q⁹ aiali sublato aufert sciētia ⁊ tamen remanēt multa scibilia. ¶ Secundo ipse instat de sensu ⁊ sensibili: q⁹ cū ista sint relatiua ut nūc supponit sensibile interemptū aufert sensum: sensus aūt simul sensibile nō perimit. Et iterū adiūgit q⁹ cū sensibile sit circa corpus perempto sensibili pimit corpus: ⁊ cū sensus sit circa aial p̄empto sensu nō pimit sensibile: sicut perempto aiali non pimitur corpus. Et iterū addit q⁹ sensus simul sit cū sensato aiali: sensibile autez ante ipsum sensatū: sicut ignis ⁊ aqua ex quib⁹ animal cōstat ante sunt q̄z ipsum aial. ¶ Sed orit dif. si per istas duas instātias intēdit hic interimere regulaz datā q⁹ posito vno ponit reliquū ⁊ perēpto vno perimit reliquū. ¶ Dicit autē q⁹ per hoc q⁹ non soluit hic istas instātias videretur dissentire: tamē q⁹ hic loquitur dubitatiue: q⁹ dicit videtur nec istud assentit. melius videt dicendū q⁹ hic nihil determiauit. ¶ Secūda dif. quid est hic sentiendum de scibili ⁊ sciētia. ¶ Dicit autē q⁹ argumēta Ari. demonstrāt q⁹ scibile pōt existere in actu: dato q⁹ actualis sciētia nō existat apud nostrū intellectū: Alioquin nullus intellect⁹ de nouo posset aliquid inuenire. ¶ Tertia dif. quid sentiendū est de sensibili ⁊ sensu. ¶ Dicit q⁹ eodē modo: q⁹ cōstat q⁹ sensibilia fuerūt ante sensum causata ſm fidē ⁊ ſm rationē naturalē ut hic tāgit ꝓueniūt ordine nature sicut cōstituētia sensuz. Et ideo in talib⁹ nō tenet regula quantū ad existentiaz. ¶ Quarta diffi. est quomodo pōt saluari ista regula que tantū est vulgata. s. relatiua posita se ponunt et perempta se perimūt. ¶ Dicit q⁹ respect⁹ semp requirit terminū: tñ respect⁹ actualis in actu: ⁊ aptitudinalis in aptitudine: sicut risibilitas est ad actū ridēdi qui est in potentia: ⁊ sic sensibilitas ⁊ scibilitas ad actū sentiēdi ⁊ sciēdi in potentia: ⁊ sic ista regula nō est vniuersaliter intelligēda quantū ad actualez existentiā. ¶ Sed remanet dif. quia illa que sunt in pura potētia obiectiua sunt oino nihil: sicut scientia aie ante q̄z sit in aia causata. ⁊ sic cū sit scibile erit respectus ad nihil: ⁊ sic nō ad aliquid qđ est patuit euidēs cōtradictio. ¶ Dicit q⁹ si entia in tali potentia eēnt omnino nihil nō posset negari. Unde istud videtur demōstrare q⁹ sint aliquid quodāmodo.

Tricesimusquintus passus est q⁹ habet questionē utrum nulla substātia ad aliquid dicatur.

dicatur. Et dicit q istud est uerum in primis substā tijs. s. q nulla dicit ad aliqd nec totū nec partes q aligs homo nō dicit alicuius homo nec quoddam caput dicitur alicuius quoddam caput. Et idē di cit de pluribus scōis substantijs: sicut hō nō dicitur alicuius hō aut bos: tamē dicit q in aligb⁹ secūdis substantijs habet dubitationem sicut caput dicitur alicuius caput ⁊ manus alicuius manus. Et subiun git illatiue dicens. Si igitur sufficienter eorum que sunt ad aliqd diffinitio assignata est: aut nimis dif ficile aut impossibile est q nulla substantia ad aliqd dicat. c°. eodē. ¶ Sz orit difficultas quid est tenē dum de qōne quā hic mouet. ¶ Dicit q dici ad ali qd pōt dupliciter itelligi. Aut qditatiue: aut denoia tiue. Et tūc manifestū est q nulla substātia dicit ad aliqd quiditatiue cū sit quiditatiue ad se: denoiati ue aūt bñ: q⁹ ꝓstat q hō denoiatur pater a pīnitate. ¶ Scōa dif. q⁹ fm istam distinctionē nō esset ma gis difficilis ista questio in substātia q̄z in qualitate: q⁹ nulla qualitas dicit ad aliqd quiditatiue cum sit ad se sicut substātia: ⁊ est ad aliqd denoiatiue sicut al bedo denoiat similis a silitudine. ⁊ tñ Arī. nō pon derauit istā qōnem circa qualitatē sed tñ circa sub stantiā. ¶ Dicit aūt q lz utrūq̄ sit absolutū: tamen substātia est absolutior ⁊ magis independēs ⁊ ideo in ea qō est magis ponderata. ¶ Tertia dif. quare magis ꝓcedit dici ad aliquid substantiā in parte q̄z in toto cū dicit caput alicuius ⁊ non hō. ¶ Dicit q lz istud nomē caput sit ipositz substātiue: tamē fuit impositum a respectu: ut videt: cuiusdā pminentie: ⁊ sic cōcedit magis eē ad aliquid fm uocē: tamē ni hil obstat cū dicim⁹ sor. humanitatē: subintelligēdo respectum nature ad suppositū in ratiōe cōstitutiui. ¶ Quarta dif. q⁹ ipse ꝓcedit q manus est ad aliqd: ⁊ tamē non est ipositum istud nomē a respectu: sicut nec hoc nomē hō de quo negat. ¶ Dicit aūt q im positiones sunt ad placitū: tamē man⁹ significat or ganum qō fm se est respectiuū: sicut instrumētū dici tur semp alicui⁹ instrumentū. ¶ Sed remanet dif ficultas quare negat istud totaliter sic de pma sub stantia cum hoc caput sit istius capitati caput sicut caput simpliciter capitati caput simpliciter. ¶ Di cit aūt q nō inuenit ratio quare hoc caput nō dicat huius capitati sicut in cōi: tamē nō dicit huius iquā tum hoc sed inquantum caput ⁊ hec videt intentio eius in dato exemplo.

Tricesimus sextus passus est

q si nō est data sufficienter diffinitio relatiuoꝝ: cū dictū est q relatiua sunt quecūq̄z hoc ipm q sunt aliox dicun tur: sed sunt: inquit: ad aliquid quib⁹ hoc ipum esse est ad aliquid quodāmodo se hēre fortasse ꝓtra hoc dicet. i. cōtra illud qō dictū est q substātia est eorum que dicunt ad aliquid. c°. eo. Et adiungit cōparans hanc diffinitiōem ad illam que superius fuit data de ad aliquid: q⁹ prior diffinitio sequit oia relatiua: nō tamē hoc est eis esse q sunt ad aliquid q⁹ eaipsa que sunt aliox dicunt. Ex qb⁹ dictis accipiunt qua tuor physica documēta. ¶ Primus est q in isto ca plo posuit Arī. duas de ad aliqd diffinitiōes quasi uolens corrigere pmā per scōam: q⁹ hoc sonat patē ter iste ter. ibi innuit pmā fuisse insufficientē. ¶ Se cundū do. est q pma est ista ad aliquid sunt illa que cūq̄z hoc ipm q sunt aliox dicunt: ita q ista diffini tio data est per dici ad aliō. ¶ Tertiū do. q⁹ secūda dif. est ista. ad aliquid sunt quib⁹ hoc ipm esse est ad aliud se habere. vñ sicut pma diffinitio dat per dici ad aliud ita ista per ad aliud se habere. ¶ Quartus do. q istarū diffinitionū prima nō est quiditatiua sz secūda: q⁹ dici ad aliud est ꝓsequens. ad aliud vo se habere est antecedens: sic uere dici pīsupponit esse. Illa igit diffinitio est a posteriori que nunc̄z est qui ditatiua. Scōa vo est quiditatiua: q⁹ relatio quidi tatiue est ad aliud habitudo: ideo dicit de pma dif finitione q sequit oia relatiua: nō tñ hoc est eis cē qō ad aliud dicunt. ¶ Sed orit dif. si pma diffinitio cū non sit quiditatiua est adequata. ¶ Dicit q ipsa est uniuersalis: q⁹ dicit q ꝓsequit oia relatiua: nō tñ est ꝓuertibilis fm eius intentionē: q⁹ lz oē qō ad aliō se habet: ad aliud dicat: non tñ oē qō ad aliud dicit ad aliud se habet: q⁹. s. multa denoiant per modum relatiuoꝝ: que fm sum esse sunt absoluta: sicut caput aut manus cū dicunt alicuius. ¶ Scōa dif. q⁹ cuz aliquid dicit tale: qō non est tale: illa denoiatio est falsa: ⁊ oē qō uere dicit ad aliquid: videt q uere se habeat ad illō: ⁊ sic oē qō dicit ad aliud est uere ad aliquid: ac per hoc illa diffinitio adequata est sicut secūda. ¶ Dicit aūt q lz denoiatio ista nō fiat sine respectu. tamē talis respectus nō significat tali noie q̄uis subintelligat. ¶ Tertia dif. quare magis ne gat substantiā esse ad aliud quātum ad secūdaz dif finitionem q̄z quo ad primā: ¶ Dicit aūt q non est icōueniēs si substātia dicat ad aliquid sub noie pro prio respectu subintellecto: ⁊ tamē fieret incōueniēs si substātia eēt ad aliqd fm illō qō ei⁹ noie significat cum illud sit mere absolutū. ¶ Quarta dif. est si ex isto passu habetur q relatio non possit imediate fun dari supra substātiam q⁹ nulla substātia se habet ad aliud. ¶ Dicit aūt q bene accipit ad hoc apparēs argumētū: q⁹ si formaliter eēt in eo relatio daret si bi suū effectū formalē: qui est ad aliquid se habere: sicut oē accidēs denoiat suū subiectū. ¶ Istud tñ ar gumentū nō demonstrat: q⁹ lz paternitas ponat for maliter in potētia generatiua: tñ non denoiat eam. ¶ Intelligendū tamē est q ex ista duplici diffinitio ne relatiuoꝝ accipitur illa antiqua distinctio relati uoruz in relatiuis fm dici ⁊ fm esse: q⁹ diffinitio pri ma data est per dici: ⁊ secūda per ad aliud se habe re: qō est relatiuox eē. Et iō relatiua significata per pmā diffinitionē sunt fz dici: ⁊ illa que sunt significa ta per secundā sunt fz eē. ¶ Sz orit dif. que sunt re latiua fm esse ⁊ fm dici. ¶ Dicitur aūt q relatiua fm dici sunt illa que ex pmissa diffinitione fm se ⁊ significatū sunt alterius generis: tamē ppter subin tellectū respectū dicunt relatiua: sicut fuit supra exē plificatū de capite ⁊ manu. Scōm aūt esse sunt quo rum significatū directe est in isto pdicamento: sicut equalitas ⁊ silitudo. ¶ Scōa dif. si alio modo pñt distingui. ¶ Dicitur aūt q sic: q⁹ aliqua dicunt re latiua denoiatiōe extrinseca a respectu qui est in alio: ⁊ talia sunt relatiua fm dici tñ: q⁹ nō sunt ad aliud: lz dicantur ad aliud sicut dicit de scibili respectu sci entie. Scōm aūt esse sunt que circūscripta oi deno minatione fm se sunt ad aliud: sicut dicitur de scia.

Tricesimus septim⁹ passus est

q siquis aliquid eox que sunt ad aliquid diffinitiue sciat ⁊ illud ad qō dicit diffinitiue scitur⁹ est. c°. eo. Et istud ipse ꝓbat ibidez: q⁹ siquis nouit aliquid qō est ad aliud nouit illud ad quod est: si enim: ait: non nouit ad quod se habet: nec si ad aliō se habet: sicut patet exēplificādo in duplo ⁊ dimidio ⁊ sic de alijs.

Et adiungit q̄ illa que sunt substātie ut caput ꝛ manus que. s. sunt relatiua ſm dici pōt sciri absq; hoc quod sciatur cuius sunt: ꝛ ideo infert q̄ nō sunt relatiua: ꝛ iō q̄ nulla substātia relatiue dicat: tū cōcludit q̄ de talibus difficile est tractare nisi sepe fuerit pertractatū: dubitare tū: ait: de singulis nō est inutile. ¶ Intelligendū tamē est q̄ ex isto passu accipiuntur quatuor philosophica do. ℙrimum est q̄ vnū relatiuū cadit in diffinitiōe alterius ut vnū per reliquū diffiniat: qꝛ pro tāto dicit q̄ qui diffinite nouit vnū relatiuoꝝ diffinite nouit ꝛ reliquū. ¶ Scōm do. est q̄ vnuꝝ relatiuū est de quiditate alterius: qꝛ oīa diffinitiua sunt de eēntia diffiniti: ꝛ put patuit vnū per reliquū diffinitur. ¶ Tertiū do. est q̄ vnū relatiuuꝝ est de itellectu alteriꝰ qꝛ nō pōt aliq̄d distincte ꝓcipi sine eo q̄ō est de quiditate sua. ¶ Quartuꝝ do. est q̄ relatiua ꝓcipiunt eodem actu intelligendi quando sunt oppositā: qꝛ si distinctis actibus tūc essent due qualitates absolute: illi duo actus realiter distincte quarū vna posset ab alia separari cū eēnt simul natura: sicut duo alba: ꝛ iō vna ab alia nō dependeret: ꝛ talia per potentiā p̄me cause vident separabilia ꝛ sic intelligeret vnū relatiuū alio nō itellecto. ¶ Sꝫ oꝛit dif. si ista diffinitio qua diffinit vnū relatiuum per reliquū est q̄ditatiua. ¶ Dicit aūt q̄ nō qꝛ ois diffinitio quiditatiua dat per p̄ora ſm naturaꝝ que sunt partes eēntiales: correlatiua aūt ut patuit sunt simul natura. Et cōfirmat: tū qꝛ non capit itellectꝰ: q̄ vnum oppo. sit de quiditate alteriꝰ. Tum qꝛ non capit in itellectꝰ quin distincta spē uere sint eēntialiter distincta ꝛ illa que distinguunt eēntialiter distinguuntur quiditatiue. ¶ Secūda dif. quid ualet talis diffinitio si non est quiditatiua. ¶ Dicit antē q̄ pōt dici diffinitio per additamētū sicut cū accidens diffinit per subiectū aut cū effectus per suā causam efficientem: aut finalē causam: que nō ingrediūtur ipsiꝰ quiditatem. ¶ Tertia dif. que est quiditatiua diffinitio relatiōis. ¶ Dicit q̄ cū in isto p̄dicamento sint genera ꝛ differentie sicut in ceteris p̄dicamētis: per genꝰ ꝛ differētiā ibi dat diffinitio quiditatiua que est diffinitio simpliciter: sicut p̄initas est relatio modo actiui: aut ſilitudo relatio equiparantie circa vnū in qualitate. ¶ Quarta dif. qꝛ tota quiditas relatiōis ꝓsistit in ad aliud se habere cū nihil habeat ad se: ꝛ iō tota eiꝰ quiditatiua diffinitio cōsistit in oꝛdie ad correlatiuū. ¶ Dicit aūt q̄ ꝛ tota eiꝰ q̄ditas sit ad aliud: tū illō aliud nō cadit in illa q̄ditate ſꝫ tm̄ ipa habitudo ꝛ ista habitudo ad aliō ēndi cōtinet sub genere ꝛ differētia que sunt ad aliō. ¶ Sꝫ remanet dif. si vnū relatiuū est de itellectu alteriꝰ. ¶ Dicit aūt q̄ ꝛ sint simul naturali intelligētia ac per hoc vnū sit de cōi itellectu alterius nō tū de itellectu p̄mario: qꝛ hoc est eē quiditatiuū illi. ¶ Secūda dif. quid est p̄us in relatiōe: uel eē ad terminū: uꝰ eē in fundamēto: cū ab istis solū dependeat. ¶ Dicitur aūt q̄ esse ad oppositū qꝛ ꝓ illo signo quo accidēs absolutū est ad se: accidēs relatiuū est ad aliud: cum eē ad se ꝛ ad aliud p̄mo diuidāt ip̄m ens: ſꝫ accidēs absolutū p̄us est ad se q̄ꝫ in alio: cū p̄mū sit ei cēntiale ꝛ nō ſcōꝫ ut alibi patebit: ergo respectꝰ p̄us est ad aliud q̄ꝫ sit in alio ſm naturaꝫ. ¶ Sꝫ reuertit dif. si genꝰ generalissimū relatiōis habet aliquod relatiue oppositū ad q̄ō dicat ut simul coitelligat. ¶ Dicit aūt q̄ istud nō pōt dari qꝛ ois relatio cōtinet sub isto p̄dicamēto ꝛ vnū oppositū nō pōt sub alio cōtineri. ¶ Dicit aūt quidā doctor ualde solēnis q̄ iō est necessariū tenere q̄ relatio nō terminet semp ut habeat terminū. Istud tamē latius est alibi pertractatū. ſ. in .34°. passu in penultima dif.

Tricesimu socta uus passus est

iste. Qualitatē dico ſm quaꝫ q̄les eē dicimur. c°. 5°. Et intēdit diffinire qualitatis p̄dicamentū de quo est istud caplꝫ. ¶ Sꝫ ꝓtra hāc diffinitionē instatur quadrupliciter. ℙrimo qꝛ differētia in p̄dicamēto substātie in quale p̄dicat ut ſm ipsam dicamur quales ꝛ tū nō est de qualitatis p̄dicamēto. ¶ Scōo qꝛ ꝓpriū in quolibet genere p̄dicat in quale ꝛ tū nō est q̄litas cū q̄litas ponat accidēs cōe. ¶ Tertio qꝛ accidēs p̄dicat in quale ꝛ tū nō oē accidēs est q̄litas cū accidēs sit quid cōe ad nouē p̄dicamēta. ¶ Quarto qꝛ mꝫta trāscēdētia ut bonitas ꝛ ueritas p̄dicant in quale cū sint entis passiōes ꝛ tū nō sunt in genere q̄litatis. Uū ista diffinitio nō videt eē cōis. ¶ Ad p̄mū q̄ aliqui putāt differētiā substātialē eē qualitatē ſm dici. i. ſm modū p̄dicādi ꝫ sit substātia ꝫ eē: ista aūt diffinitio respicit qualitatē ꝫ eē. Et iterū dicūt q̄ nō est incōuenīs si modus vni p̄dicamēti ꝓueniat alteri. ¶ Ad scōm q̄ hic est mētio de quali qō est ꝓprie accidēs. ℙropriuꝝ aūt nō pōt eē accidēs imo reducit ad genꝰ cuius est ꝓpriuꝝ cū circūdat oē genꝰ in quo est nata fieri demonstratio ꝓpter quid in qua ꝓcludit passio de subiecto. ¶ Ad tertiū q̄ cuꝫ dicit accidens p̄dicari in quale ibi accipit p̄dicatio talis ꝓ p̄dicatione que nō est per se aut quiditatiua: constat enī q̄ numerꝰ qui est accidēs in quale nō p̄dicat ſꝫ inquātum. ¶ Ad quartū q̄ hic est sermo de quali limitato ad determinatū genꝰ qualia nō sunt trāscēdentia. ꝛ sic patet q̄ ista diffinitio indiget multiplici declaratione. ¶ Sed oꝛit dif. si ista diffinitio est quiditatiua. ¶ Dicit q̄ nō: qꝛ eē quale est effectꝰ foꝛmalis qualitatis qui semp est posterioꝛ ipsa qualitate: ꝛ dici quale est posteriꝰ esse quali ꝛ nulla quiditatiua diffinitio datur per posterioꝛa.

Tricesimus nonus passus est q̄

vna species qualitatis habitꝰ dispositioq; dicunt c°. co. Et adiungit q̄ sic differt habitꝰ a dispositione qꝛ pmanentioꝛ ꝛ diuturnioꝛ: est. ſ. habitus: sicut scīētie ꝛ virtutes que sunt de difficili mobiles a subiecto: ut exēplificat de iustitia ꝛ castitate. Sꝫ affectiones. i. dispositiones sunt de facili mobiles a subiecto: ut exēplificat de caloꝛe ꝛ frigiditate egritudine ꝛ sanitate. ¶ Sed oꝛit dif. qꝛ cuꝫ hoc modo ponat habitus qualitas ꝛ de difficili mobilis: ꝛ ois qualitas: aut sit de facili aut de difficili mobilis videt q̄ ista p̄ma spēs qualitatis euacuat totū hoc p̄dicamētum. ¶ Dicit q̄ ipse videt loqui de qualitate difficiliter mobili non circa quācunq; materiā sed circa pfectiones que sunt in aia: quales sunt itellectuales ꝛ moꝛales virtutes de quibus exēplificat. ¶ Scōa dif. qꝛ exēplificās de dispositiōe quā hic enumerat cū habitu dat exēpla de accidētibꝰ coꝛporalibꝰ ut de caliditate ꝛ frigiditate egritudie ꝛ sanitate. ¶ Dicitur aūt q̄ illa exemplificatio nō intēdit hic nisi ad ostēdendū q̄ talia sunt de facili mobilia: nō q̄ sint in p̄ma spē qualitatis qꝛ in alijs ut patebit collocabuntur. ¶ Tertia dif. si habitꝰ ꝛ dispositio hic ponūtur ꝓ pluribus speciebꝰ aut tū ꝓ vna. ¶ Dicit q̄ ꝓ vna: qꝛ dicit vnā spēm qualitatis cū istā describit. Et istud ꝓfirmatur qꝛ facilitas ꝛ difficilitas ad mouendū non sunt differentie essentiales: cū eadeꝫ

virtus

virtus anteq̄z sit firmata est facilis ad mouendum ⁊ postea difficiliter mobilis ⁊ sic primo est dispositio ⁊ postea fit habitus. ¶ Quarta dif. cū ista spēs agat de pfectionibus aie acquisitis ad quā istarum reducunt actus intelligendi ⁊ species intelligibiles que faciunt ad habitus generationē. ¶ Dicit autē q̄ act⁹ ptinet ad dispositionē de facili mobili ⁊ spēs ad habitū ꝓpter oppositā causam. Et iterū habere spēz dicit noticia habitualis: ⁊ sic patet q̄ iste spēs in aia oēs reducūtur ad p̄mā spēm q̄litatis. ¶ Intelligendum tñ est q̄ in eodē tertio pſequens Ari. qualitates de facili mobiles: dicit q̄ dispositiōes que uocantur affectiōes sunt de facili mobiles: nisi forte: ait: in his que ꝓtingunt per temporis longitudinez in naturaz cuiuscūq̄z trāsformari posse ut isanabilis ul' de difficili mobilis dicat affect⁹ quē: inquit: quilibet habitudinē vocāt. Et ide sumunt duo moralia do. ¶ Primū est q̄ vitia ex diuturnitate inueterata de necessitate efficiunt ꝓnaturalia: q̄ dicit q̄ per longitudinē tpis affectiōes male de quib⁹ nūc loquitur transferunt in vniuscuiusq̄z naturā. ¶ Secūdū do. est q̄ tales malitie que sunt inueterate fiūt sicut imobiles ut uolūtas ab eis sit isanabilis: q̄ dicit q̄ insanabilis uel difficile mobilis fit ex talib⁹ affect⁹. Et ista duo ualent ad puocandum homines ꝓlapsos i. pronos ad cadendū in malū ad celestē cōuersationem ut dicta philosophica rediganṫ more apostolico in obsequium christi.

Quadragesimus passus est q̄ aliud ē genus qualitatis ſm q̄ pugillatores uel cursores ul' salubres uel insanabiles dicimur. ⁊ siliter: ait: quecūq̄z ſm potentiā naturalē uel ipotentiā dicunt. c°. eo. Et adiungit exēplum de duro qō habet naturalem potētiā faciliter nō secari ⁊ molle qō naturalem ipotentiā ad resistendū secāri. ¶ Ex isto autē passu accipiunt quatuor phica do. ¶ Primū est q̄ potentie anime itellectiue puta intellect⁹ memoria ⁊ uoluntas sunt qualitates: q̄ ꝓstat q̄ sunt naturales potentie ad aliquid opandū. ¶ Scōm do. q̄ potentie aie sensitiue sunt tales qualitates ut hic exēplificat de cursore ⁊ pugillatore quox potētia nō est nisi ualitudo potētie executiue que ponit potētia aie sensitiue. ¶ Tertiū do. est q̄ potētia materie ptinet ad gen⁹ q̄litatis: q̄ naturalis potētia ponit in ista spē ⁊ illa potētia est naturalissima. ¶ Quartū do. est q̄ potētia receptiua per quaz substātia est nata recipe accidēs est qualitas talis: q̄ quicqd conuenit substātie ut p̄uenit accidēs est sibi cōnaturale: cū sola accidentia sint extra suā naturā. ¶ Sz orit dif. si p̄mū documētum ꝓcedit de potētijs aie intellectiue. ¶ Dicit q̄ non: q̄ si iste potentie eēnt qualitates quarū subiectū essentia aie foret: tunc ad istas potentias essent alique p̄ores potētie. Et cū oē subiectū sit in potētia respectu forme quā recipit tunc pari rōne ille potentie eēnt qualitates ⁊ ad illas alie potētie ⁊ sic in infinitū. ¶ Scōa dif. si scōz do. ꝓcedit de potētijs sensitiuis. ¶ Dicit q̄ nō: q̄ cū potentia sentiēdi in virtute essentie aie moueat cor p⁹: sicut isti ponunt accidentia agere in virtute substātie: illa virtus substātie in qua mouetur potentia esset quedaz naturalis potentia ⁊ per ꝓsequens qualitas ⁊ sic in infinitum sicut pri⁹. ¶ Tertia difficultas. si tertiuz documētū ꝓcedit. ¶ Dicit q̄ non: q̄ cū ad qualitatez sit potētia: tunc ante potentiam materie esset alia potētia ad illam potentiā ⁊ sic in infinitum. ¶ Quarta, dif. si quartū documentū ꝓcedit. ¶ Dicit aūt q̄ nō quia tūc ante accidens esset aliud accidēs ⁊ ante oēm qualitatez alia qualitas sicut in alijs deducebatur. ¶ Sed remanet difficultas q̄: ꝓpie passiones dicunt cōiter naturales aptitudines ⁊ per cōsequens potētie: ⁊ tamen nō videnṫ poni qualitates. ¶ Dicitur aūt q̄ iste aptitudies nō videnṫ qualitates nisi quādo fundanṫ in qualitatibus: sicut cōgregatiuū ⁊ disgregatiuū in coloribus: q̄ passio ut alibi patet reducitur ad genus sui subiecti. ¶ Scda dif. quid dicetur ad auctoritatē philosophi cū ponit naturalez potentiā esse secūdam spēm qualitatis. ¶ Dici potest q̄ ista species est qualitas ſm dici sicut differentia substantialis q̄z uis in aliqbus sint qualitates ꝑz eē ut quādo fundanṫ in qualitate sicut patuit de cōgregatiuo ⁊ disgregatiuo.

Quadragesimus ꝓim⁹ passus est q̄ tertia spēs qualitatis est passibilis qualitas ⁊ passiones. Et dicit q̄ passibiles qualitates sunt que sensibus percipiunt sicut color per visum: amaritudo ⁊ dulcedo per gustum: caliditas ⁊ frigiditas per tactū. Et dicit q̄ iste sunt passibiles qualitates non ex hoc q̄ illa que ipsa suspiciunt patianṫ sed q̄ inferunt sensui passionē. c°. eodē. Et adiungit q̄ passiones dicunṫ ⁊ non passibiles qualitates quecūq̄z facile soluunṫ ⁊ cito transeūt sicut exemplificat q̄ cum aliquis erubescēs fit rubeus ⁊ timidus fit pallidus: iste enim sunt passiones ⁊ nō passibiles qualitates: q̄ ex hoc nō dicit quis simpliciter rube⁹ ⁊ pallidus sed ad temp⁹. Quādo aūt talia sunt pmanentia tūc possunt dici passibiles q̄litates: ut si color niger uel palledo ꝓueniat a longa egritudine. Et iterum adiungit q̄ passiones dicunṫ sicut sunt iracūdie ⁊ tristitie ⁊ nō passibiles qualitates. ¶ Sed orit dif. q̄ diuersi sor generū ⁊ non subalternatim positorū ut supra fuit ostensuz diuerse sunt spēs ⁊ differentie: ⁊ tamen hic ponit caliditatē in ista tertia specie qualitatis ⁊ supra posuit ipsam in p̄ma. ¶ Dicit autē q̄ istud fuit hic ex intentione illud aūt gratia exempli ut supra fuit ostensum. ¶ Secūda difficultas q̄: caliditas ⁊ frigiditas cum sint forme actiue naturaliter dicūt naturales potētie ad operādū: ut calor est potentia calefactiua ⁊ frigiditas frigefactiua: ⁊ sic sunt in secūda specie qualitatis in qua est naturalis potētia: ⁊ per cōsequēs non potest esse in ista tertia. ¶ Dicunt aūt hic ⁊ satis apparēter q̄ per istas quatuor spēs qualitatis nō intēdit Aristo. facere distinctionem essentialem specierū proprie sumptarum sed quorundam modorū quib⁹ non repugnat coincidentia sicut speciebus.

Quadragesimus ſcōus passus est q̄ quartum gen⁹ qualitatis est forma ⁊ circa aliquid cōstans figura: ut rectitudo ac curuitas q̄: significat quale quid sicut ⁊ triāgulus aut quadrangulus. c°. eodem. Et adiungit q̄ rarū ⁊ spissum ⁊ asperum ⁊ lene videnṫ significare q̄litatē: tñ dicit q̄ non imo positionē: q̄: spissuz est cui⁹ partes sunt sibi ꝓpinque Et rarū cui⁹ partes distāt. Et asperū cui⁹ partes supeminēt ut una sit iferior ⁊ alia supior. Et planū cui⁹ partes adiacēt. Et lene cui⁹ partes ad iuicē sunt eq̄les. ¶ Sed orit dif. quid itēdit hic per formā ut cōnumerat ipsam cum figura. ¶ Dicit q̄ cū quedam sit figura plana ut omnis que requirit unā superficiez tñ quēadmoduz circularis ⁊ angularis. Et alia nō

plana que regrit plures ꝙ duas dimensiones ut spica ⁊ corporis quadrati: forma potest referri ad figuras ꝑeminẽtes ⁊ figura ad planas. ¶ Secũda dif. est: quare dicit circa aliquid cõstans figura: ¶ Dicitur ꝙ ois figura plana circuit aliquã supficiez quã in se claudit per differẽtiã vnius linee recte uel oblique. ¶ Tertia dif. est quare dicit ꝙ rectitudo ⁊ curuitas ꝓtinent ad gen⁹ qualitatis cuz rectitudo nõ sit nisi ordo partiũ in linea ut. ſ. mediũ ab extremis nõ exeat. Et curuitas ut mediuz exeat a partib⁹ suis: ⁊ ordo est quid respectiuũ ⁊ tamẽ cõstat qualitatis ꝑdicamentũ absolutũ esse. ¶ Dicit aũt ꝙ lz ista sint qualitates ꝑm dici ut fuit tactũ de potẽtia: tñ videtur esse relatiões ꝑm eã qz diffinitiões eoꝝ ut patet sunt ad aliqd que date hic sunt. ¶ Quarta dif. quare ponit triangulũ eẽ qualitatẽ cum ultra lineas que sunt de quantitate nõ dicat nisi ipsarũ linearũ ꝯiunctionẽ ⁊ ordinẽ ac cõtactuz ⁊ sic purũ respectũ ⁊ nullus respectus põt esse de genere absoluto. ¶ Dicit aũt ꝙ tota ista quarta spẽs videt esse respectiua cũ respiciat solũ ordinẽ partiũ quãtitatis: ⁊ iõ videtur qualitas solũ ꝑz dici. ¶ Sz remanet dif. quare magis excludit a qualitate rarũ ⁊ spissum que dicũt. solũ partium ordinẽ ꝙ ista. ¶ Dicit ꝙ nõ apparet alia ratio in re sed solũ in uocis significatiõe qz figure magis significant ꝑ modũ qualitatis cũ querit de qualitate. ¶ Scõa dif. est qz ꝑm istam diffinitionem hic datã de raro nullũ corp⁹ ꝓtinuz posset esse rarũ: qz ꝓtinui partes ab inuicẽ distare non possunt. ¶ Et dicit ꝙ forsitan loquit de raritate que inenit in corporib⁹ multũ porosis: ⁊ ꝑm istã diffinitionẽ cõtigua rara esse nõ possunt cũ eoꝝ extrema sint simꝫ. ¶ Tertia dif. qz ꝑm diffinitionẽ hic datã de spisso ⁊ denso nullũ continuũ poterit eẽ densum nec etiaz cõtiguũ qz ꝓpinquitas arguit distinctionez: cũ nulla res sit sibi ꝓpinqua extrema aũt cõtinnoꝝ sunt idẽ: ⁊ iõ nõ sunt ꝓpinqua: nec etiã illa que sunt sil'hñt ꝓpinquitatẽ sicut ꝓtigua. ¶ Quarta dif. ꝟ qre plus ponit qualitatẽ rectũ ⁊ curuũ ꝙ asperũ ⁊ leue cũ rectũ ⁊ curuũ nõ distinguant nisi qz in vno pars est extra partẽ. ſ. in curuo: ⁊ in alio pars supra partẽ. ſ. in aspo ꝑm datas diffinitiones: ⁊ nõ sit magis respectiuũ ordo partis supra partẽ ꝙ ad lat⁹ partis. ¶ Iõ nõ videt differẽtia nisi forte in modo ꝑdicãdi quã etiã nõ video. ¶ Intelligẽdũ tñ ꝙ in eodez ꝓcessu oñdẽs istas spẽs esse quosdã modos substantie sic dicit forsasse alij apparebũt qualitatis modi sed qui maxime dicunt hi sunt. Et qz isti modi non declarant quiditatem istius predicamẽti iccirco hic sicut in substãtia form ri põt arbor ꝑphiriana sic.

Qualitas

Spiritualis — corporalis

Corporalis Qualitas

Insensibilis — sensibilis

Qualitas Sensibilis

Innisibilis — Visibilis

Color

Disgregatiu⁹ — ꝯgregatiu⁹

Nigredo

Hec — Hec

Ista

Sed orítur difficultas quia eedẽ non sunt differẽtie substãtie ⁊ qualitatis per illaz regulã diuersoꝝ generũ: ſz corporeũ ⁊ incorporeũ: ut supra patuit: sunt differẽtie substãtie. ¶ Dicit autẽ ꝙ corporale ⁊ spũale dicunt de qualitatib⁹ ꝑz anologiã ad substantiã ⁊ nõ vniuoce: Et ideo non sunt eedẽ differentie quiditatiue. ¶ Secũda dif. si iste differentie sunt quiditatiue. ¶ Dicitur aũt ꝙ sic: qz ita cẽtialr vident corporale ⁊ spũale circa qualitatẽ sicut circa substãtiam ⁊ in substantia iste ꝑme differentie sunt posite eẽtiales. ¶ Tertia dif. si sensibile ⁊ insensibile sunt differẽtie qualitatis eẽtiales. ¶ Dicitur ꝙ non sicut dictũ fuit in substãtia qz dicũt aptitudines naturas cõsequẽtes: tamẽ per istas passiones circũloquimur quiditatiuas sicut fuit dictuz in substãtia. ¶ Quarta dif. que sunt qualitates insensibiles corporales ⁊ quomodo deuenim⁹ in earum noticiaz. ¶ Dicit ꝙ ex effectibus que foris sunt qz operatio fecit scire materiam sicut ex naturali motu deorsum arguim⁹ formaz grauitatis quã nõ percepimus sensu: ⁊ ex motu sursum formã leuitatis. ¶ Quinta difficultas est si diuisio qualitatis sensibilis in visibilem ⁊ in inuisibilem est essentialis. ¶ Dicitur ꝙ non sicut ꝑma qz visibilitas dicit naturalẽ aptitudinẽ que nunꝙ est quiditatiua sicut fuit supra dictũ de rõnali ⁊ irrõnali. ¶ Serta difficultas que sunt qualitates sensibiles inisibiles. ¶ Dicitur aũt ꝙ oẽs ille que sunt obiecta aliorum sensuũ ut sonus audit⁹: frigiditas ⁊ caliditas tactus: amaritudo ⁊ dulcedo gustus: ⁊ ita de odoratu: ⁊ sapore. ¶ Septima dif. si diuisio colorꝭ in congregatiuz ⁊ disgregatiuũ est essentialis. ¶ Dicit autem ꝙ nõ qz ista duo dicunt ordinẽ aptitudinalẽ colorꝭ ad visum: omnis autẽ ordo est posterior suis extremis ⁊ nullũ posterius est quiditatiuũ sicut fuit supra dictũ de rationali ⁊ irrationali: ĩmo ista duo sunt colorꝭ passiões per superius dicta. ¶ Octaua difficultas est quare dicit nigredo color cõgregatiuus visus ⁊ albedo disgregatiu⁹. ¶ Dicitur ꝙ lux habet disgregare visum sicut excellens sensibile obtũdit sensuz ⁊ debilitat: ⁊ qz lux participatur ab albedine excellenter: ideo est sicut excellẽs sensibile: ⁊ nigredo cõgregat qz remisse participat lucẽ. vnde experientia docet ꝙ nigredo cõfortat visum ⁊ albedo ipsuz debilitat. ¶ Intelligendum est tamẽ ꝙ medij colorꝭ non excludunt ab istis differẽtijs qz rubedo magis ĩmo simpliciter disgregat ⁊ croceitas: qz magis appropinquant ad albedinẽ: viriditas autẽ ⁊ liuiditas congregant: qz magis ad nigredinẽ appropinquãt: ⁊ sic cum medij colorꝭ ab extremis differãt specie oportet quãlibet istarum differentiarum subdiuidi ut ad singulas spẽs ueniatur. ¶ Sed remanet difficultas quomodo ista que hic dicta sunt possunt redigi in obsequiũ rp̃i. ¶ Dicitur ꝙ cum circa tertiũ sententiarũ tractam⁹ in theologia de donis ⁊ perfectiõib⁹ infusis anime rp̃i que sunt de genere qualitatis oportet nos respicere ad suuz genus ut ea que sunt perfectiõis in suo genere ei attribuam⁹ ad laudez ipsius super laudabilis ihesu qui in nostris naturalibus supernaturaliter erat ⁊ ineffabiliter qui est super oia benedictus deus Amen.

Quadragesimustert i⁹ passus est ꝙ qualitates sunt que dicte sunt qualia vo que ꝑz hec denominatiue dicunt: sicut a candore candidus a grãmatica grãmaticus. c°. eodem. Et adiũgit ibi duo notabilia. ¶ Quorum ꝑmum est ꝙ nõ omnib⁹ qualitatibus

qualitatibus vnde dicuntur qualia est nomẽ impositum: sicut cursor ⁊ pugillator dicunt ab aliqua ualitudine non notata. ¶ Secundum notabile q̃ denominatio qualis nõ semp fit fm illud nomẽ: sicut dicitur q̃ studiosus dicitur a virtute ⁊ non a studio. ¶ Sed orit dif. qualiter se habet quale ad qualitatem. ¶ Dicit autem q̃ sicut effectus formalis ad suam causam: candidum enim est formalis effect⁹ candoris: ⁊ iustum esse est effectus ipsius iustitie. ¶ Secunda difficultas si iste effectus formalis differt realiter ab ipsa qualitate. ¶ Dicitur autem q̃ sic quia omnis causa differt realiter a suo effectu. alioquin eadem res causaret seipsaz qõ est ꝓtra Augustinum dicentẽ nihil gignit seipm. ¶ Tertia dif. si iste effect⁹ formalis realiter a tali causa distinctus se habet per additionem ad materiã ⁊ formaz cum sit effectus formalis forme: ita istud quale se habet per additionẽ ad qualitatẽ ex quo est eius causa formalis. ¶ Quarta dif. si illud qõ addit istõ quale ad qualitatẽ est aliquid absolutum. ¶ Dicũt aũt q̃ sic q⁹ qualis est forma talis est eius effect⁹ formalis: ⁊ ideo sicut forma respectiua nõ põt dare absolutum esse: ita forma absoluta: qualis est qualitas: non põt dare esse respectiuũ. ¶ Sed remanet dif. q⁹ si ponat aliqua tertia entitas absoluta resultans ex forma ⁊ subiecto tali sicut ex cõponẽtibus: cũ utrũq̃ cõponentiũ sit intrinsecũ cõposito: tũc compositus erit melius cõponentibus: ⁊ sic album erit melius q̃z hõ ⁊ aduenięte quolibet accidẽte fiet melius cõpositũ q̃z sit ipsa substãtia: ⁊ hoc videt incõueniẽtissimuz. ¶ Secũda dif. q⁹ forsitã diceret q̃ in talib⁹ cõponẽtibus accidentiũ cũ subiecto nõ includit in illa tertia entitate substãtia sicut in cõpositione de genere substãtie sed effectus formalis formã tñ includit. Istud tamẽ nõ est intelligibile. quoniã omne cõpositum resultans ex aliquib⁹ includit illa cõponẽtia ut videt ⁊ absolutũ posterius fit semp perfectius suis p̃ncipijs ꝓstitutiuis. ¶ Sz reuertit difficultas si ponatur respectiuũ illud quod resultat quomodo põt saluari q̃ tale esse sit a forma absoluta. ¶ Dicit q̃ eẽ albũ non videt eẽ nisi in se formaliter habere albedinẽ ⁊ istud in se habere cõstat q̃ dicit respectiuũ ⁊ sic albedo fm hanc viam dat esse absolutum dando seipsam sed ultra ipsam quicquid dicit effectus formalis est respectiuum.

Quadragesimus quart⁹ passus

est q̃ ineſt contrarietas fm q̃ quale est: ut iustitia in iustitie cõtraria est: ⁊ albedo nigredini. ⁊ idem dicit de quali sicut iustũ ⁊ iniustum. c°. eodẽ. Et adiungit duo notabilia. ¶ Primũ est nõ in omnib⁹ est cõtrarietas: sicut exẽplificat de medijs colorib⁹: ut in rubeo ⁊ pallido ubi negat contrarietatẽ. ¶ Secũduz notabile est q̃ si vnã cõtrariox est quale ⁊ reliquum erit quale: q⁹ cõtraria sunt in eodem genere. ¶ Sz oritur dif. si motus semp est inter extrema cõtraria ⁊ cõtingit fieri motũ inter colores medios sicut rubedo ad viriditatem. ¶ Dicitur autem q̃ ibi contrarietas negari non potest ut vnum possit cadere sub disgregatiuo ut rubedo ⁊ aliud sub congregatiuo ut viriditas: sed non est sic directe ⁊ ꝑmo contrarietas sicut inter albedinẽ ⁊ nigredinẽ. per quarum participationem alij colores ad inuicem contrariantur.

Quadragesimus quint⁹ passus

est q̃ suscipit qualitas magis ⁊ minus: albũ eni magis ⁊ minus alterum altero dicit ⁊ iustuz. c°. eodez. Et istum passum prosequens ponit ibi duo notabilia in eodem tertu. ¶ Primũ est q̃ lz iustũ recipiat magis ⁊ minus: dubiũ tamẽ est de iustitia ⁊ alijs affectionib⁹: q⁹ dicunt: inquit: aliqui q̃ iustitia sanitas ⁊ grãmatica nõ fm magis ⁊ min⁹ dicunt: lz alter altero sit grãmatitior iustior ⁊ sanior. ¶ Secundum notabile q̃ nõ oia qualia suscipiunt magis ⁊ minus sicut exemplificat de triangulo ⁊ circulo ⁊ generaliter cõcludit de oi figura: ⁊ assignat rõnez: q⁹ quecũq̃s suscipiunt trianguli diffinitionẽ ⁊ circuli nihil magis alterũ altero dicit. ¶ Ex qb⁹ notabilib⁹ accipiunt duo philosophica do. Primũ est q̃ forme que intendunt ⁊ remittunt nõ recipiũt magis ⁊ min⁹ fm se sed fm subiecti participatiõem: q⁹ dicit q̃ iustitia non recipit magis ⁊ minus sed iustũ. ¶ Secũdum documẽtum q̃ nulla forma recipit magis ⁊ minus nisi ubi participatur fz magis ⁊ minus ei⁹ ratio diffinitiua: q⁹ ideo ꝓbat triangulum ⁊ circulum nõ recipere magis ⁊ min⁹ q⁹ fm eox diffinitiones nihil magis altero dicitur. ¶ Sed orit difficultas si primum documentũ ꝓcedit q̃ per solam subiecti participationẽ fiat forme intẽsio: aut forma in se nõ itẽ datur nisi quãto plus in subiecto intimat sicut aliq putant. ¶ Dicit autem q̃ non: q⁹ si per talem intimationem: eo q̃ maior intensiue: fieret intensio ois forme cum ipsa intẽsio sit quedã forma tunc aliqua forma per se intenderet. ¶ Secũda difficultas qd dicet ad illud qõ cõtrariari videtur. ¶ Dicitur q̃ iustitia in sua ultimata abstractiõe nõ intẽdit in sua quiditate precisa sed bene ut est indiuiduata ⁊ per ꝓsequens quodãmodo concreta ⁊ potest dici quale ⁊ ista videt intẽtio sua. ¶ Tertia difficultas si scõm documentum procedit ut fiat intensio in forma fm quod participatur a suis indiuiduis magis ⁊ min⁹ eius ratio diffinitiua. ¶ Dicitur autem q̃ nõ: quia tota diffinitio saluatur equaliter in quolibet indiuiduo cum in ea nullatenus distinguant: ⁊ ideo fm rationem quiditatiuã siue speciei nunq̃z in indiuiduis est magis ⁊ minus. ¶ Quarta difficultas quid tũc dicetur ad illud documentum. ¶ Dicitur q̃ non comparat rationem diffinitiuam speciei ad sua indiuidua: sed ad subiectum: ⁊ tunc uerum est q̃ illud quod habet plus de congregatiuo visus habet plus de nigredine.

Quadragesimus sext⁹ passus est

q̃ proprium est qualitati fm eam simile uel dissimile dici. capitulo eodem. ¶ Sed cõtra assignationẽ huius ꝓpij instatur quadrupliciter. Primo quia omnis propria passio inest adequate: nullum autez istorum simile uel dissimile est adequatum qualiti. ¶ Secundo quia nullum accidens videtur propria passio cum sint predicabilia ex opposito distincta: ⁊ tamen similitudo est accidens qualitatis cuz sibi adueniat ⁊ discedat sine eius corruptione. ⁊ ita dissimilitudo. ¶ Tertio q⁹ non videt quare substãtialis similitudo nõ aduenit substantie fm quã dicitur simile a simili generari in substãtialibus sicut similitudo accidentalis qualitati. ¶ Quarto quia in relationibus ⁊ ceteris predicamentis posterioribus est uera conformitas: ⁊ illa non est identitas stricte: nec equalitas ⁊ sic non restat nisi similitudo. ¶ Ad primum dicendum. q̃ quando est passio determinata tũc est adequata sicut risibilitas homini

quando autez est passio disiuncta sicut est par ⁊ impar circa numerum tunc sufficit utrunqz extremum sub disiunctione esse adequatum sicut est in ꝓposito. ¶ Ad secūdum q̄ dz accidens non possit esse passio determinata: tamē bene disiuncta: quando sub disiunctione inest necessario. ⁊ si ita est omnia ꝓtraria immediata forent passio disiuncta ⁊ sub illa disiunctione non accidunt. ⁊ iterum si ita est per nullā potentiam poterit qualitas simul absolui a similitudine ⁊ dissimilitudine ut aliqui putant: cum passio sit inseparabilis simpliciter a subiecto. ¶ Ad tertium q̄ dz largo modo sumēdo in substantialibus sit similitudo: tamen stricte non: cuz sint tres modi cōformitatis. s. idētitas que est in substātia: equalitas in q̄ztitate: ⁊ silitudo in q̄litate. ¶ Ad quartū q̄ cuz in illis p̄dicamētis sit uera cōformitas eo q̄ sunt ibi idem genere ⁊ spē sicut in alijs: oportet ponere quatuor modos cōformitatis q̄zuis vnus sit inominatus aut aliquod istorum ibi poni. ¶ Sed oritur difficultas si in qualitate est similitudo icer illa que sūt idem genere. ¶ Dicitur q̄ sic quāuis remote: quia cum sint idem genere oportet ibi ponere conformitatem que fundatur supra vnum: ⁊ in qualitate non est conformitas nisi similitudo. ¶ Secunda difficultas quia similitudo ⁊ dissimilitudo sunt cōtraria ⁊ inter illa que sunt distincta specie semper est dissimilitudo. ¶ Dicitur autem q̄ non est incōueniens si vnum contrariorum insit ſm rationem generis ⁊ aliud ſm rationes specificas: sicut cōstat eadem genere distincta esse specie: cuz identitas ⁊ diuersitas contrarientur.

Quadragesimusseptimus passus

est q̄ si contingit hoc ipsum quale relatiuuz esse: nthil incōueniens in utrisqz est hoc generibus annumerare. capitulo eodem. Et istud ipse inducit ad excusandum se: quia tractādo de qualitate multa interseruit de ad aliquid: sicut habitum ⁊ dispositionem. ¶ Et tunc ex isto passu accipitur documentū q̄ vnum ⁊ iddem potest esse simul in diuersis p̄dicamentis: quia dicit q̄ nihil est incōueniens iddem quale annumerare in utrisqz generibus: scilicet relationis ⁊ qualitatis. ¶ Sed cōtra hoc documētuz arguitur quadrupliciter. ¶ Primo quia diuersorum generum ⁊ non subalternatim positorum: ut patuit: diuerse sunt species ⁊ differentie: ⁊ sic vna species que detur: puta habitus: non poterit esse in relatiōe ⁊ qualitate que non subalternant. ¶ Secūdo quia quecūqz sunt iddez numero sunt iddē specie: ⁊ quecunqz sunt iddem specie sunt iddem genere: cuz iste identitates sint sicut subordinate: ⁊ ideo si eadē ponatur forma in numero necessario est in genere vno ⁊ non in pluribus. ¶ Tertio quia quecūqz differunt genere differunt specie: ⁊ quecunqz differunt specie differūt numero: ⁊ ideo si vna forma ponatur in diuersis generib⁹ non erit vna forma numero: sz due forme. ¶ Quarto quia quecūqz sunt in diuersis generibus habent in illis diuersas diffinitiones cōstitutas ex generibus ⁊ differentijs: ⁊ sic diuersas eēntias: ⁊ tunc nō erit vna forma. ¶ Ideo dico q̄ iddē simplr non pōt esse in diuersis generib⁹ dispatis: qz oia talia eēntialiter sunt distincta ⁊ eēntialiter distincta non simpliciter videntur esse vnum. ¶ Sz tūc remanet difficultas. quia dicit Aristo. nihil esse incōueniens iddem quale in diuersis generib⁹ annumerare. ¶ Dicitur autem q̄ istud quale inquātum reponitur in diuersis predicamentis: puta habit⁹ ⁊ non est vnum simpliciter sed duo: scilicet respectus ad oppositum qui est de genere relationis ⁊ fundamentuz eius quod est de genere qualitatis: sicut cū dicitur album formale est qualitas ⁊ fundamētale est substantia.

Quadragesimusoctau⁹ passus

est q̄ pene in omnibus talibus qualia sunt habitus ⁊ dispositiones genera ad aliquid dicuntur: nil autem eoruz que singularia sunt inferiora: quod exemplificat de specieb⁹ dicens q̄ disciplina dicitur alicuius disciplina ⁊ nō grāmatica aut musica: nisi forte: ait: ſm genus: ut grammatica est alicuius disciplina. capitulo eodem. ¶ Sed cōtra hunc passum instatur quadrupliciter. ¶ Primo quia quando alterū de altero predicatur ut de inferiori: quicquid per se predicatur de predicato: p̄dicatur ⁊ de subiecto: ſm regulaz superius datā: ⁊ ideo si genus est ibi ad aliquid necessarium est ut species ei subiecta sit ad aliquid. ¶ Secundo quia quicquid cōuenit inferiori cōuenit ⁊ superiori: per locuz a parte subiectiua: ⁊ ideo si species est ad se oportet q̄ genus sit ad se: ⁊ esse ad se dicit esse absolutū. ¶ Tertio quia gen⁹ respectiuū semper diuiditur per differētias respectiuas: cum differentie ad idem genus reducantur: ⁊ sic species omnis sub genere tali constituta semper erit respectiua sicut eius diffinitio tota. ¶ Quarto quia omne constitutum ex absoluto ⁊ respectiuo est respectiuum: sicut constitutum ex substātia ⁊ accidēte semper dicitur per accidens totum: eo q̄ effect⁹ se tenet ex parte magis uariabili: ⁊ ideo cum genus intret speciei quiditatez quātūcunqz alia omnia forent absoluta quelibet spēs generis respectiui erit respectiua. ¶ Ideo dico q̄ in omni predicamento ⁊ genere quādo superiora sunt quiditatiue ad aliquid ⁊ inferiora: cum superiora essentialiter in inferioribus includantur. ¶ Sz oritur difficultas quare ponit hic Aristo. superiora esse ad aliquid ⁊ non inferiora. ¶ Dicitur q̄ illa superiora non sunt magis ad aliquid ſm esse q̄z inferiora sed tūn ſm dici: quia nomen superioris dat intelligere respectū quē non dat intelligere nomen inferioris: sicut disciplina dat intelligere respectum ad docentem quē non dat intelligere grammatica. ¶ Intelligendum tamen q̄ ſm istum modum iuenitur quadruplex proportio in genere qualitatis. Quarta prima est q̄ tā superius q̄z inferius sunt ad aliquid: sicut patet in scientia ⁊ habitu quorum utrunqz dicit respectum ad oppositū. ⁊ ſm ipsum Aristo. utrunqz ad aliquid dicitur cum scientie sit genus habitus. ¶ Secunda proportio q̄ inferius est ad aliquid ⁊ non superius: sicut habitus ⁊ dispositio ſm ipsum ad aliquid dicuntur: ⁊ tamen qualitas non dicitur ad aliquid ſm se sumpta. aut qualitas spiritualis aut non quia non dicit illum respectum. ¶ Tertia proportio q̄ inferius non dicitur ad aliquid sed superius: sicut hic dicit de grāmatica ⁊ disciplina quia nec grammaticam nec musicam vult ad aliquid dici ſz bene disciplinam. ¶ Quarta proportio q̄ nec superius nec inferius ad aliquid dicuntur: sicut albedo ⁊ color que ita dicuntur ad se q̄ non ad aliquid. ¶ Sed remanet difficultas quia omnis color est alicuius color ⁊ similiter albedo ⁊ sic de quacunqz specie data de genere qualitatis. ¶ Dicitur q̄ color ut color nullius est: ſz bñ ut est forma uł accidēs.

⁊ istud

ꝛ iſtud ſubintelligitur cum dicitur alicuius colo: uel ut inherens eſt.

Quadrageſimuſnonus paſſus

eſt ꝙ facere ꝛ pati recipiunt magis ꝛ minus. i. actio ꝛ paſſio: ꝛ contrarietatem ſicut calefacere ꝛ frigefacere ſunt contraria ꝛ calefieri ꝛ frigefieri. ꝛ iſta fiunt ſm magis ꝛ minus. capitulo ſexto. ¶ Sed oritur difficultas ſi iſte due ꝓprietates: ſcilicet habere cōtrarietatem ꝛ ſuſcipere magis ꝛ minꝰ ſint adequate. ¶ Dicitur ꝙ ſic quantum ad iſta predicamēta: quia ſicut ſupra patuit quecunqꝫ ſuſcipiunt contrarietatem ſuſcipiunt magis ꝛ minus ꝛ econuerſo.
¶ Secunda difficultas que iſtarum ꝓprietatum in habentibus eas eſt ꝓior. ¶ Dicitur autem ꝙ cōtrarietas ineſt naturis ex rationibus ſuis formalibus cum contrariorum ſint contrarie diffinitiones: intenſio autem ꝛ remiſſio ineſt ex quātitate virtutis cuius paſſio eſt equalitas ꝛ inequalitas intenſiua: quiditas autem in omnibus ꝓcuenit quantitatem. ¶ Tertia difficultas ſi contrarietas eſt cauſa ſuſceptionis magis ꝛ minus ſicut aliqui dicunt. ¶ Dicitur autez ꝙ ꝛ ipſam ꝓcueniat: non tamen videtur ipſius cauſa: quia vniformiter ſemper cōtrarietate manente fit uariatio in itenſione ꝛ remiſſione. vnde cauſa prima videtur eſſe diuerſitas forme ſm gradus per quos fit talis itenſio ꝛ remiſſio.
¶ Quarta difficultas quia videmus ꝙ lux intenditur ꝛ remittitur: cum nullum tamen cōtrarium habeat poſitiuꝫ ꝛ ſic iſtius intenſio ꝛ remiſſio ſit ſine contrarietate: ꝛ per conſequens non ſunt adequate iſte contrarietates ꝛ intenſionis ac remiſſionis ꝓprietates. ¶ Dicitur autem ꝙ non oportet ponere talem adequationem niſi quo ad predicamēta que iam fuerunt oſtenſa.

Quinquageſimus paſſus eſt ꝙ de

ſitu dictum eſt in his que ſunt ad aliquid quia denominatiue a poſitionibus dicuntur. de reliquis autē ſcilicet quādo: ubi ꝛ habit⁹: eo ꝙ manifeſta: inquit: ſunt nihil aliud dicitur ꝫ quod in principio dictum eſt: quādo ſcilicet ſuperius enumerauit predicamēta capitulo primo: ꝛ iſtud dictum ponitur capitulo ſeptimo. Et ſic finit tractatum predicamentorum ꝛ tranſit ad poſt predicamenta. ¶ Sed oritur difficultas quid eſt predicamentum. ¶ Dicitur ꝙ dupliciter accipitur predicamentum. Uno modo ꝓ ordinatione predicabilium in eodem genere tali. ꝛ ſic videtur ſapere naturam totius integralis. Alio modo ꝓ genere generaliſſimo ſub quo fit talis coordinatio. ꝛ ſic pertinet ad naturam totius vniuerſalis. Et ideo magis eſt ꝓpria acceptio iſta. ¶ Secunda difficultas ſi predicamentum dicitur vniuoce de decem predicamentis uel generibus iſtis.
¶ Dicitur autem ꝙ ſic: quia cum predicamentum ſit genus generaliſſimum iſtud dicitur de quolibet talium ſm idem nomē ꝛ ſm eandem diffinitionez: accepta diffinitiōe generis generaliſſimi ſuperius data. ¶ Tertia difficultas. ſi predicamentuꝫ ut dicitur vniuoce de iſtis eſt genus. ¶ Dicitur autem ꝙ non quia ſic eſt ſecunda intentio que non predicatur in quid de ſuis inferioribus immo eſt tranſcendens: quia nihil eſt commune decem predicamentis niſi tranſcēdentia. ¶ Quarta difficultas in quo differunt predicabile ꝛ predicamentum. ¶ Dicitur ꝙ in ordine ſecundarum intentionum predicamentum continetur ſub predicabili ſicut eius pars ſubiectiua: quia cum genus cōtineatur ſub predicabili ꝛ genus ſubdiuidatur in ſubalternum ꝛ generaliſſimum iſtud continetur ſub eius ꝓtento. ¶ Sed remanet difficultas ſi iſta decē predicamenta ſunt ſimpliciter ſimplicia. ¶ Dicitur ꝙ ſic quia ad ipſa ſtat ultima reſolutio omnium quiditatum diffinibilium in genere. ꝛ illud eſt ſimpliciter ſimplex quod eſt irreſolubile in alia ſicut in partes eſſentiales ſicut ſimpliciter indiuiſibile in quantitate quod nullam habet partem in quam diuidatur. ¶ Secunda difficultas ſi iſta decez ſunt primo diuerſa ideſt ſe totis diſtincta. ¶ Dicitur ꝙ ſic accepta ſm ſuas quiditatez: alioquin non eſſent decem prima principia: quia ſi per aliquid conuenirent ꝛ per aliquid differrent illa per que differrent ꝛ conuenirent eſſent eorum eſſentialia principia.

Quinquageſimus primꝰ paſſus

eſt ꝙ dicitur alterum alteri opponi quadrupliciter. aut ſicut ad aliquid: ideſt relatiue oppoſita ut duplum dimidio: aut ſicut cōtraria ut malū bono: aut ſicut priuatiua ut viſus ꝛ cecitas: aut ſicut affirmatio et negatio ideſt contradictoria: ut ſedere ꝛ nō ſedere. capitulo eodem. Et adiungit ꝙ differunt relatiue oppoſita a contrarijs quia vnum illorum dicitur alterius ut duplum dicitur dimidij ꝛ in contrarijs vnum non eſt alterius ſicut bonum mali.
¶ Et circa iſtum paſſum eliciuntur quatuor concluſiones. Quarum prima eſt ꝙ oppoſitio non eſt aliqua entitas abſoluta ſed reſpectiua: quia omne oppoſitum dicitur oppoſitum ad aliquid ꝛ non ad ſe que eſt quiditas reſpectiuorum. ¶ Secunda concluſio ꝙ iſte reſpectus oppoſitionis non eſt extrinſecus aduenies ſed intrinſecus: quia oppoſitio oritur inter oppoſita ex rationibus formalibus talium extremoꝝ. iō eniz albedo opponit nigredini: qz color iſte diſgregatiuꝰ ꝛ ille ꝙgregatiuus eſt viſus ſm ſuā rationē diffinitiuam: ꝛ illa que conſurgunt ex rationibus formalibus omnia ſunt itrinſeca. ¶ Tertia concluſio ꝙ iſte reſpectus non eſt in genere exiſtens ſed tranſcendens: quia que conueniunt enti anteq̄ deſcendat in decem predicamenta ſunt tranſcendentia cum non poſſint eſſe in genere cōſtituta. Oppoſitio autem eſt huiuſmodi quia cum in illo priori diuiditur ens per abſolutum ꝛ reſpectiuum iſte differentie habēt ab inuicē oppoſitionez que conſtituunt ex oppoſito diſtincta. ¶ Quarta cōcluſio ꝙ iſte reſpectus non eſt equiparantie ſed diſquiparantie: quia conſurgit inter extrema diuerſarum rationuz cum ſm eandem rationem nunquā alterum alteri opponatur. ¶ Sed contra has concluſiones inſtatur quadrupliciter. ¶ Primo quia iddem non poteſt eſſe ſuperius ꝛ inferius eodem modo: ſi autem entitas iſta eſt relatiua ſm ſuam quiditatem: tunc relatio in plus ſe habet ꝫ oppoſitio: cum de alijs etiam dicatur puta de conformitate. ꝛ tamen in iſto paſſu ponitur relatiua oppoſitio que eſt adequata toti relationis predicamento ut ſpecies eius. ¶ Secundo quia ſurſum ꝛ deorſum reſpectus oppoſitionis dicuntur. ꝛ tamē ſunt reſpectus extrinſecus aduenientes: cum manentibus hiſdem extremis illud quod eſt ſurſum poſſit fieri deorſum ꝛ econuerſo. ¶ Tertio quia iſti reſpectui conuenit quecunq̄

diffinitio data de relationis predicamento: ⁊ tamen nulla diffinitio se extendit ultra suum diffinitum. ¶ Quarto quia non referuntur difformiter ad inuicem opposita sicut pater ⁊ filius aut dominꝰ ⁊ seruus sm aliud nomen ⁊ sm aliam rationem immo videtur q conformiter ⁊ sic sm equiparantiaz. ¶ Ad primum dicitur q respectus qui diuiditur in istas quatuor oppositionis species est transcendēs ut patuit: ⁊ ille qui continetur ut species oppositionis sub eo est non transcendens sed limitatus. Idem aūt pōt cē superius ⁊ inferius sm diuersas coordinationes ut alibi patebit. ¶ Ad secūdum q lz sursum ⁊ deorsum sint respectus extrinsecus adnenientes corpori: tamen inter respectus sursuz ⁊ deorsum consurgit oppositio ex rationibus formalibꝰ ita q ipsis existentibus non potest non esse oppositio talis. ¶ Ad tertium q illarum diffinitionuz datarum ipsius relationis quelibet diffinitio cōuenit respectibus transcendentibus vniuersis: ⁊ ideo nō videtur esse adequata huic generi nisi subintelligatur determinatio limitationis uel finitationis.

¶ Ad quartum q lz non difformiter referantur in voce tamen bene in re: sicut dissimilitudo: inequalitas ⁊ diuersitas eodem nomine referuntur ad inuicem tamen est ibi realis disquiparantia rationum formaliuz. ¶ Sed oritur difficultas si oppositio dicit dissimilitudinem inter duas contrarias qualitates. ¶ Dicitur q non videtur quia iter extrema eiusdem rationis inquantum talia semper pullulāt respectus rationis eiusdem ⁊ ista sm rationem illā sm quā sunt dissimilia sunt ptraria. ⁊ tūc iddē sequitur de iequalitate in quātitate ⁊ diuersitate in sitba.

Quinquagesimussecundus pas

sus est q contrariorum quedam sunt in aliquibꝰ nata fieri circa iddem que sunt immediata sicut sunt par ⁊ impar circa numeruz. ⁊ sanitas ⁊ egritudo circa animal. ⁊ talium necessarium est semper ineisse alterum. Alia sunt mediata sicut album ⁊ nigrum ⁊ talium non est necessarium ineisse uerum. capitulo eodem. Et adiungit q in aliquibus cōtrarijs mediatis nomina sunt posita sicut medium inter albedinem ⁊ nigredinem est fuscum ⁊ pallidum. In alijs autem nomina in medio: inquit: assignare idoneum non est sed per utrumqz suorum idest extremorum abnegationem quod medium est terminatur ut quod nec bonum nec malum. ¶ Ex quo passu accipiuntur quatuor physica documenta. Primuz est q contraria nata sunt fieri circa iddem quia supponit hic cum diuidit contraria per mediata ⁊ immediata quia utraqz nata sunt fieri circa iddez. ¶ Secundum documentum est q in contrarijs immediatis remoto vno ponitur reliquū: quia dicit q semper necessarium est ineisse alteruz: ⁊ ideo locus a cōtrarijs in mediatis non solum tenet affirmatiue ut posito vno remouetur reliquum. Immo etiam negatiue q remoto vno ponitur reliquum. ¶ Tertiū documentum est q in contrarijs mediatis remoto vno non ponitur necessario reliquum lz vno posito reliquum remoueatur: quia dicit q in talibus nō est necessarium alterum ineisse: ⁊ inde sequitur q locus a contrarijs mediatis non tenet destructiue sed cōstructiue tm̄: ut posito vno remoueatur reliquum: ⁊ tamen non remoto vno aliud ponatur. ¶ Quartū documentum est q in contrarijs mediatis contingit assignare medium per utriusqz abnegationez extremorum: quia dicit hic mediū assignari per utriusqz suorum idest extremorum abnegationem.

¶ Intelligendum tamen est q quatuor modis contingit aliquod medium assignari inter aliqua extrema. Primo illud quod se habet per utriusqz extremi perfectam inclusionem: sicut compositum ponitur esse medium inter materiam ⁊ formam. Unde Boetius diuidens substantiam in materiam ⁊ formam ⁊ compositum: pro isto modo dicit: q relictis extremis de medio est agendum. Secūdo id quod se habet per utriusqz extremi abnegationem: sicut ponit hic exempluz Aristo. de prauo ⁊ studioso quorum medium utrinqz negat: ut puer qui non est prauus nec studiosus. Tertio illud qō se habet per utriusqz extremi participationem formalem: sicut rapidum est medium inter calidum ⁊ frigiduz: qz utrūqz formaliter participat in motu calefactionis: cum omne mobile sit in termino partim a quo ⁊ partim in termino ad quem. Quarto id quod se habet per utriusqz participationez virtualē: sicut medij colores dicunt participare extrema: nō qdez formaliter cū sint species contrarie ipossibiles sed virtualiter ut vulgo dicit sicut dicit de elemētis respectu mixti.

Quinquagesimusterti⁹ passus

est q priuatio ⁊ habitus fiunt circa idem subiectuz ordine irregressibili: sicut visus ⁊ cecitas circa oculum. capitulo eodez. Et adiungit q priuari dicitur habitu susceptiuum quando illud quod natum est habere non habet: sicut inquit: non dicuntur edentuli qui non habent dentes: aut ceci qui carent visu sed quando contingit habere ⁊ non habēr: idest quā do sunt idonei ad habendum ⁊ carent. Ex quo passu eliciuntur quatuor philosophica documenta.

¶ Primum est q priuatio semper concernit subiectum: quia dicit q priuatio ⁊ habitus habēt fieri circa iddē subiectū ⁊ ideo circūcernit subiectū. ¶ Secundū documentum q non solum concernit subiectum sed etiam idem subiectum cum habitu nam si respiceret aliud non esset priuatio eius. ¶ Tertium documentū q priuatio concernit subiectū aptū natum: quia sicut hic ostendit non dicitur priuatum nisi sit aptum natum: ⁊ per ista tria distinguitur priuatio a negatione que non requirit subiectum nec per consequens iddem subiectum nec etiam aptuz natuz sicut lapis quāuis non sit cecus tamen est nō videns. ¶ Quartum documētum q priuatio ⁊ habitus habent ordinem irregressibilez: idest q ab habitu est deuenire in priuationem ⁊ a priuatione in habitum non est deuenire. ¶ Sed contra hanc irregressibilitatem instatur quadrupliciter. Primo in generatione forme substātialis fit processus a priuatione ad formam: cum priuatio sit talis generationis principiū. ¶ Secundo quia tenebra ⁊ lux sunt priuatiue opposita in formis accidentalibus ⁊ tamen contingit multotiens uenire a tenebris ad lucem. ¶ Tertio quia in exemplo hic posito de edentulo patet q a priuatione dentium amissorum deuenitur sepe ad habitum. ¶ Quarto quia in exemplo de ceco nonnulli ex cecitate per albuginem fuerunt per artem medicine ad visum reducti. ¶ Ad primum q in processu a tali priuatione ad formam non est ad habitū regressio nisi prius illa fuisset prehabita ⁊ tunc non esset reducibilis per naturam.

¶ Ad

¶ Ad secundum q: cum dicitur a priuatione nõ est deuenire ad habitum sic est intelligendũ iam amissum p: eo qõ iddẽ numero non est reparabile per naturam ⁊ in noua illuminatione nõ fit talis regressio sed noue lucis productio. ¶ Ad tertiũ q non recuperatur dens amissus sed ꝓducitur nouus: quia distinctus numero formatus. ¶ Et si dicatur q eodẽ modo est impossibile deuenire ad eandez numero priuationem ab habitu. Nõ ualet: q: eadem numero priuatio reuertitur dente corrupto qui fuit ante eius priuationem cuz vnius positini in numero fit vna priuatio m numero. ¶ Ad quartuz q ibi nõ est priuatio visus cuz sit ibi potentia visiua quãdiu organum manet incorruptum: ⁊ ideo non est in tali illuminatione processus a cecitate nera sed soluz ab obstaculo visionis sicut cuz facies uelata reuelatur. ¶ Sed oritur difficultas quia dominus noster Jesus christus inter cetera sue deitatis miracula non solum cecum natum illuminauit sed ⁊ multis cecis lumen restituit regressu a priuatione ad habitum. ¶ Dicitur autem q quidaz catholicus auctor istã regulam redigens in obsequiuz christi dicit q a priuatiõe nõ est deuenire ad habitũ nisi per miraculũ.

Quinquagesimusquartus pas

sus est q priuari ⁊ habere habituz non est habitus ⁊ priuatio: quia habere visum non est visus nec habere cecitatem est cecitas nam si iddez: ait: esset cecitas ⁊ cecum esse utrunqz de eodem predicaretur nunc vo minime sed cecus dicitur homo ⁊ non cecitas. capitulo eodem. Et adiungit ibidem q eundem modum oppositionis habent ad inuicem priuari ⁊ habitum habere tanqz priuatio ⁊ habitus. ¶ Er isto autem passu accipiuntur duo philosophica documenta. Primum est q in formis denominantibus aliquod subiectum concretum ⁊ abstractum non sunt idez: quia dicit q habitus ⁊ priuatio non sunt habere habitum ⁊ priuationem cum duo prima sint abstracta quorum sequentia sunt ꝯcreta ¶ Secũdũ est qñcũqz aliqua duo sunt iddẽ de quocũqz predicaf vnũ ⁊ reliquũ: quia dicit q si eẽnt iddẽ: scilicet concretũ ⁊ abstractum utrunqz de eodez predicaretur qõ non potest inferri nisi in virtute regule in isto notabili assumpte. ¶ Intelligendum tamen est q ex isto documento eliciuntur due conclusiones. Quarum prima est q quãdo aliqua duo ita se habent q de quocunqz predicatur vnuz non predicatur reliquum illa non sunt eadez: quia quando aliqua consequentia est bona ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis: ⁊ ita est in ista conclusione respectu documenti dati. ¶ Secunda conclusio est q quando aliqua duo ita se habent q aliquid predicatur de vno qõ nõ predicatur de reliquo illa duo non sunt idem quia non habent maiorem efficaciam affirmatio uel negatio concludendi non identitatem ex parte subiecti q̃ ex parte predicati cũ vniuersalis negatiua conuertatur simpliciter. ¶ Intelligendum ulterius q iste due conclusiones inferunt duo correlatiua. Quorum primũ est q omne superius aliquo modo distinguitur a suo inferiori: quia iuxta primum documentũ superius de aliquo predicatur de quo inferius non predicatur. ¶ Secundum correlatiuum est q suppositum distinguitur a natura: quia suppositum dicitur de aliquo de quo non dicitur natura ſm documentum. secundum: q: sunt iddem homo ⁊ humanitas.

Quinquagesimusquintus pas

sus est q sicut affirmatio negationi opposita est ut qõ sedet ei qõ non sedet sic ⁊ res que sub utroqz opposita est sedere ⁊ non sedere. capitulo eodẽ. ¶ Ex quo dicto eliciuntur duo philosophica documenta. Primum est q cõtradictio de qua hic loquitur sub nomine affirmationis ⁊ negationis est realis oppositio ⁊ non tñ rationis sicut aliqui ponunt: q: dicit hic q res que est sub utroqz. ſ. affirmatione ⁊ negatione est opposita. ¶ Secundum documentuz est q talis oppositio inuenitur inter actus oppositorũ obiectorum qualis inuenitur inter ipsa obiecta diuersa: quia dicit q sicut affirmatio negationi est opposita: qõ est intelligendum quantum ad actuz affirmãdi ⁊ negandi que sunt in anima: ita dicit q opponũtur res subiecte que. ſ. obiciunt talib⁹ actib⁹. ¶ Oritur difficultas quomodo potest esse realis oppositio ubi non est realitas: cum vnum extremũ cõtradictionis sit negatio que nullam habet realitatem. ¶ Dicitur q ꝓ tanto dicitur realis oppositio q: in re est sic q non est fabricata ab anima. si enim nõ sedere hominis esset ab anima circumscriptoratio nis opere semper sederet: ⁊ ideo ista oppositio uere realis est quãms non sit nisi vnum extremum positiuum reale. ¶ Secunda difficultas oppositio est quidam respectus: sicut supra fuit ostensuz: ⁊ respectus realis non est ad nihil: ⁊ ideo cum negatio sit purum nihil: ens positiuum non potest ad ipsum opponi realiter. ¶ Dicitur q oppositio positiua non videtur q possit esse ad non ens omnuo: qualis est negatio entis: quia negat omnem entitatem: alioquin respectus positiuus esset ad nihil: ⁊ ideo oppositio ista non videtur esse positiua sed tñ priuatiua: quia lz priuatio possit fundari in positiuo: non tamẽ positiuum in priuatiuo. ¶ Tertia difficultas. quia cum genus oppositionis hic diuise sit positiuum: oportet q quelibet eius species sit positiua cum genus in specie essentialiter includatur. ¶ Dicitur autem q contradictio lz ex modo significandi denotet respectum oppositionis directe: tamen in re nõ dicit nisi incompossibilitatem talium extremorũz ⁊ ideo nõ est directe species oppositionis quamuis sic directe denotentur cum nihileitas in nulla specie icludatur. ¶ Quarta difficultas est quia omne ens qõ non est prohibitum est positiuũ: cuz includat rationez entis simpliciter que est positiua: nulla autem species uel genus est ens prohibitum cũ illud nõ sit in ullo genere. ergo nec genus oppositiõis nec aliqua eius species erit nisi positiua. ¶ Dicitur q si directe ponatur ꝯtradictio species oppositionis: nõ patet bene fuga: sed sicut identitas eiusdez oino ad se non dicit nisi negationem ois distinctionis ita videtur ista oppositio cõtradictoria dicere solaz extremorũ incompossibilitatẽ. ¶ Sed remanet difficultas. q: dicit q affirmatio ⁊ negatio quantũ ad actus intelligendi ita opponũt sicut res affirmatiõis ⁊ negatiõis: ⁊ tñ actus isti sunt positiui nec vnus est alterius negatio: cũ ambo sint simul dũ qs cõparet extrema ꝯtradictiõis ad inuicez. ¶ Dicit q nõ est intelligendũ q actus: accipiẽdo subiective ⁊ formaliter: sic opponãtur sicut nec uoces: sed obiective accipiẽdo obiecta ad que determinãtur isto modo opponuntur uoces ratione obiectorum.

Quinquagesimusseptimus passus

est q̄ priuatio ⁊ habitus nō sic opponuntur sicut ad aliqd. Et istud ipse declarat q̄ vnuz relatiue oppositoꝝ dicitur alteri⁹ ut pater filij ⁊ ecōuerso. ⁊ tamē non in priuatiuis: q̄ visus nō dicit cecitatis nec cecitas visus. capitulo eodem. Et adiungit ibi aliaz differentiam q̄ dicit q̄ omnia ad aliquid. i. relatiua⁹ sunt. reciprocatiua: idest ad conuertentiā dicta. ¶ Sed oritur difficultas q̄ sicut vnum relatiuum dicitur alterius: ita habitus dicitur respectu alteri⁹ habitus. ¶ Dicitur q̄ habitus dicit equiuoce prout distinguitur contra priuationez ⁊ prout distinguitur contra dispositionem: ⁊ lz isto modo sit alicuius habitus utpote obiecti non tamen primo modo: q̄ tunc est idem q̄ positiuum distinctum contra priuatiuum: ⁊ positiuz non dicitur alicuius positiuum. ¶ Secunda difficultas. q̄ lz forte talis habitus nō fit priuationis sibi oppositе habitus: tamē priuatio est essentialiter ipsius habitus priuatio: cū sit essentialiter carentia ⁊ non alicuius nisi eius. s. habitus. ¶ Dicitur q̄ lz forte priuatio sit alicuius in cōmuni non tamen cecitas in speciali: aut alia talis carentia: q̄ non dicitur visus cecitas nec auditus surditas. ¶ Et si dicatur q̄ cecitas ⁊ surditas sint essentialiter priuationes ⁊ carentie. ¶ Dicitur autez q̄ cecitas quasi essentialiter est ad se ⁊ entitas: quantum ad suū esse: quasi absoluta: ⁊ sic nō est ad aliud: sed prout est non entitas huius. ⁊ p̄m hoc dicitur carentia ⁊ priuatio cause: ⁊ istud nō est ei essentiale cū sit quasi respectus consequens ipsaz. ¶ Sed remanet difficultas q̄ p̄m premissa quando alterum de altero predicatur quicquid predicatur de predicato predicatur ⁊ de subiecto: ut superius est dictum: ⁊ ideo cum ad aliquid predicetur de oppositione: ⁊ oppositio de priuatione sicut de specie subalterna: ⁊ priuatio de visu ⁊ cecitate sicut de specie specialissima: tunc illa erunt essentialiter ad aliquid. ¶ Dicitur autez q̄ oppositio priuatiua non dicitur in quid de visu ⁊ cecitate ut superius de inferiori: quemadmoduz contrarietas non dicitur quiditatiue de albedine ⁊ nigredine imo est respectus fundatus in eis ⁊ posterioz eis cum per contrarietatem referantur: sed ista dicuntur admodum quo secunda intentio dicitur de prima denomiatiue: ⁊ ideo deductio est inualida sicut genus est ad aliquid ⁊ tamen animal cum sit genus non est ad aliquid.

Quinquagesimusseptimus passus

sus est q̄ non ut contraria opponuntur illa que p̄m priuationem ⁊ habitum dicuntur. capitulo eodez. Et istud ipse declarat dupliciter in eodez processu: Primo in contrarijs imediatis: q̄ dicit q̄ semp in cōtrarijs imediatis alterum ieſt susceptibili in quo nata sunt fieri ⁊ non in priuatiōe: q̄ dicit q̄ illud q̄ habet naturam ad videndum neqz cecum est neqz videns: ⁊ istud ostendit de catulo ante diem nonū: q̄ lz sit aptus natus non tamē pro tunc. Secundo declarat idez in cōtrarijs mediatis: q̄ dicit q̄ in illis nunqz necessariū est alterū ieſſe uel alterutrū nisi alterum sit determinatū a natura sicut calor in igne aut candor in niue ineſt. Item adiungit differentiā inter priuatiue opposita ⁊ contraria omnia in communi: q̄ dicit q̄ in contrarijs contingit in alterum fieri mutationem nisi alterum infit a natura: ut igni calidum esse sicut exemplificat cum quis ex studioso. i. virtuoso fit prauus ⁊ ex prauo dicit q̄ potest fieri studiosus si ad meliores exercitationes deducatur. In priuatiuis autem dicit q̄ est impossibile mutationem in alterutrum fieri: lz enim ab habitu possit mutari in priuationem tamen a priuatiōe in habitū est: iquit: ipossibile: sicut dicit q̄ nec cecus fact⁹ rursus vidit: nec caluus comatus factus est: nec cū esset sine dentibus dentes orti sunt. ¶ Sed oritur difficultas quia istud exemplum q̄ inducit hic de dentibus videtur contra experientiam cum videamus nonnullos recuperare dentes post amissionē. ⁊ sic erit processus a priuatione ad habitum. ¶ Dicitur q̄ loquitur de amissione dentiuz finaliter que est uera priuatio de qua hic loquitur sicut nō est caluus qui nō est priuatus capillis nisi finaliter. ¶ Secunda difficultas si istam incompossibilitatem regressionis ad habitum intendit p̄m identitatez specificam aut soluz p̄m numeralem. ¶ Dicitur q̄ nō p̄m numeralem tm̄ sicut supra innuebatur immo etiam p̄m specificam: quia hic negat istaz mutationem in priuatiuis eo modo quo eaz concedit in cōtrarijs. ⁊ tamen in contrarijs non potest fieri regressio ad idē numero. ¶ Tertia difficultas que est maior oppositio relatiuorum aut contrariorum. ¶ Dicitur autem q̄ contrariorum quia omnis contrarietas includit respectum dissimilitudinis ⁊ diuersitatis ⁊ addit ad ipsum: ⁊ q̄ se habet per additionē excedit. ¶ Quarta difficultas. si cōtrarietas est maior q̄ priuatio. ¶ Dicitur q̄ priuatio videtur esse oppositio maior quia cōtraria semper in aliquo cōueniunt cum sint eiusdem generis: ⁊ per illud non opponuntur. priuatiue autem opposita se totis opponuntur cum in nulla ratione conueniant cū vnuz sit formaliter ens ⁊ aliud non ens. ⁊ ens non enti nō opponitur in aliquo genere.

Quinquagesimusoctauus passus

sus est q̄ ex studioso prauuz ⁊ ex prauo studiosuz possibile est fieri. Et istud ipse inducit ad exemplificandum quomodo ex alterutro contrariorum in alterum potest fieri mutatio. capitulo eodem. Et quia fieri ex studioso prauum non videtur reputare multum difficile illud dimittit indiscussum ⁊ procedit ad declarādum quomodo potest fieri studiosus ex prauo q̄ istud reputat multum difficile. Et ad istud declarandum ponit ibi quatuor notabilia dicta. ¶ Primum est q̄ prauus ad meliores exercitationes deductus ⁊ ad doctrinas ad modicuz proficiet ut sit melior: cuius ratio est quia habitus virtuosus paulatim ex talibus actibus generatur. ¶ Secundum notabile q̄ si semper: idest assidue crementuz sumpserit palam quia perfecte mutabitur: scilicet ad virtutem oppositam vitio suo: cuius ratio est q̄ paulatim procedendo in opere assidue tandem uenitur ad perfectum. ¶ Tertium notabile q̄ quando prauus modicuz crementum sumpsit virturis a principio fit bene mobilior ad virtutem: cuius ratio est quia contrarium q̄ impediebat istum motū est remissum per illud crementum. ¶ Quartuz notabile quia p̄ successiuam sumptionem talis crementi dū semper fit. i. dum assiduaꝫ restituitur perfecte. i. prau⁹ in cōtrariū habitū. s. virturis: nisi forte aliq̄ tpe suspensum fit. i. iterpaulatio facta opandi p̄m virtutē. Et istius ratio est q̄ interruptio tēporis

in quo non agit quis fm virtutem est illa in qua est corruptum qđ fuerat per illud crementuz de virtute acquisitū ꝛ sic patet ꝙ nullus potest saluari a prauitate nisi assidue operetur meliores exercitatiões. ¶ Intelligendum tamen est ꝙ iste passus conuenięntissime reducitur in obsequium xpi cuius cura fuit assidua ex summa ei⁹ benignitate sanare egrotātes egritudie prauitatis moralis. Et hic inuenit modus dat⁹ occasionaliter pro exēplo ut qlibet prauus fm aliqđ vitiū conetur ad assiduas exercitationes meliores fm virtutem oppositam.

Quinquagesimusnon⁹ passus est ꝙ quecunqz tanqz affirmatio uel negatio. i. contradictorie opponuntur nullo illorum modorū opposita sunt. s. relatiue contrarie ꝛ priuatiue. capitulo eodez. Et istud ipse declarat dupliciter. ¶ Primo quidem quando aliqua opposita accipiūtur incomplexe ut duplum ꝛ dimidium: egruz ꝛ sanum: visus ꝛ cecitas: qz ista sic accepta nec sunt uera nec falsa: cū ueritas ꝛ falsitas sint circa complexionez ꝛ in cōtradictorijs si vna est falsa semp alia est uera ꝛ ecōuerso. Secundo qz aliquando aliqua opposita accipiuntur modo complexo sicut exemplificat de languore ꝛ esse sano in contrarijs: ꝛ de videre ꝛ esse cecum in priuatiuis: qz neutrum istorum est ueruz de animali nisi dum est: imo utrunqz falsum: ꝛ ita cum animal non est: non est uerum ipsuz esse cecū nec videre: ꝛ ideo in solis cōtradictorijs illa proprietas: ut cōcludit: reperitur. ¶ Sed oritur difficultas qz sicut utraqz istarum esset falsa: homo est sanus ꝛ homo est eger: aut homo est cecus ꝛ homo est videns: sine cōstantia subiecti ita videtur ꝙ iste due homo est videns ꝛ hō non est videns cum esse non vidētem presupponat esse. ¶ Dicitur autem ꝙ ista non sunt contradictoria: qz non videns non est negatio negans: sed infinitās: sed bene iste due: homo est videns: homo non est vidēs: qz negatio posita ad uerbum non infinitat sed negat. ¶ Secunda difficultas. si homine non existente ista est falsa simpliciter homo est non albus aut uera. ¶ Dicitur autem ꝙ ad negatiuam de predicato finito sequitur affirmatiua de predicato infinito ut nonnulli putāt: qz si homo nō est iustus sequitur ꝙ sit non iustus: tunc cum homine non existente: ista sit uera: homo non est albus: ꝛ ista per consequens homo est non albus: ꝛ sic saluaretur differentia inter cōtradictoria ꝛ alia opposita dato ꝙ ista sint contradictoria: homo est videns ꝛ non videns. ¶ Tertia difficultas qz videre ꝛ non videre sunt incomplexa ꝛ ista sunt cōtradictoria: sicut visus ꝛ cecitas ꝓuatiua. Quod probat qz non sunt nisi quatuor oppositiones ꝛ ista nulla illarum: ut per se patet: esse potest. Et videre est affirmatio. ꝛ non videre negatio. ꝛ tamen incomplexa non sunt uera aut falsa. ꝛ sic erunt ꝓtradictoria quorum vnum non erit uerum ꝛ aliud falsum. ¶ Dicitur ꝙ ita oportet ponere si concedatur contradictio incomplexa ut album ꝛ non album. ꝛ oportet dicere ꝙ Aristoteles assignans hanc proprietatem aspiciebat solum ad complexa. ¶ Quarta difficultas si est dare talem contradictionem incomplexam quā hic non ponit Aristoteles. ¶ Dicunt autem ꝙ non qz affirmatio ꝛ negatio videntur semper respicere complexionem. ¶ Istud non ualet: tum qz esse ꝛ nō esse nullum est complexum ꝛ tamē sunt affirmatio ꝛ negatio. Tū qz extrema cōtradictionis semp sunt contradictoria sicut contrarietatis contraria: communicabile autē ꝛ non cōmunicabile ponuntur semper extrema contradictionis cum sint incomplexa. Tum qz videre ꝛ non videre sunt oppositā: cuz sint incompossibilia. ꝛ non relatiua: nec contraria: nec priuatiua: qz alterum semper inest: etiam non apta nata ergo contradictoria. Tuz qz ens ꝛ nihil sunt cōtradictorie opposita cum creatio sit iter talia extrema: ꝛ tamen ista sunt icomplexa. ¶ Sed remanet difficultas si ista oppositio contradictionis est minima. ¶ Dicitur autem ꝙ si esset oppositio ratiōis tm̄: esset tunc minima: cuz alie sint reales: ꝛ ens rationis sit ens diminutum: sic autem non est ratiōis qz cum incōpossibilitas proueniat ex tali oppositione aut sit ipsa: tunc circunscripto actu rationis nulla contradictionis extrema forent icompossibilia. ¶ Secūda difficultas si ista oppositio est maxima. ¶ Dicitur autem ꝙ ita videtur: cuz sit realis qz in omnibus alijs oppositiōibus extrema in aliquo cōueniunt aut formaliter: sicut in cōtrarijs ꝛ relatiuis: aut concernendo subiectum sicut in priuatiuis. Ista autem extrema sic se totis opponuntur ut nullaz habēt in aliquo conuenientiaz. ¶ Tertia difficultas si ista oppositio est in alijs reperta. ¶ Dicitur ꝙ in omnibus inuenitur denominatiue non solum in oppositis sed etiam in desperatis: quia vnum non est aliud: sicut in lacte dulcedo est nō albedo ꝛ albedo non dulcedo: ꝛ sic omnia opposita in se habent ista extrema: non tamē quiditatiue: quia nulla negatio est de qditate positiua. ¶ Quarta difficultas si ista oppositio est in alijs inclusa. ¶ Dicitur ꝙ non quiditatiue: quia nunqz minus in minori includitur essentialiter cum includens se habeat per additionem ad inclusum. Ista autez oppositio est maxima ut cōmuniter conceditur: ꝛ ideo in alijs non potest quiditatiue esse inclusa. ¶ Sed reuertitur difficultas qz dicunt theologi ꝙ omne simpliciter impossibile icludit cōtradictionem: ꝛ tamen duo contraria aut priuatiua simul esse dicūtur impossibilia simpliciter. ¶ Dicitur ꝙ ista inclusio non pōt intelligi quiditatiue: quia cuz sit species distincta oppositionis nunqz vna spēs inuenit icluſa in alia cōdiuisa. ꝛ sufficit si accipiatur ista inclusio denomiatiue quia sic includitur in desperatis oppositionibus ut fuit ostēsuz: ꝛ ideo alius modus est albi querendus. s. in 52° passu in quarto notabili.

Sexagesimus passus est ꝙ bonum est necessario malo contrarium ut patet per inductionez de sanitate ꝛ languore: iustitia ꝛ iniustitia: ꝛ malo qñqz bonū ꝛ qñqz aliud malū sicut exēplificat de supabūdantia ꝛ egestate que sunt contraria ꝛ ambo mala. capitulo eodē. Ex quo dicto accipiuntur duo philosophica documēta. ¶ Primuz est ꝙ nunqz bonū cōtrariatur bono qz dicit ꝙ bonum necessario est malo contrarium: ꝛ ideo nunqz bono: ꝛ inde sequitur ꝙ virtutes non sunt incompossibiles qz nullaz habēt contrarietatem. ¶ Secundum documentuz est ꝙ nullus potest esse ita itegraliter malus sicut bonus qz ꝛz vnum bonum non sit alteri contrarium: tamē bene vnum malum alteri contrariatur ut hic dicit ꝛ omnia simul esse non possunt. ¶ Sed contra primū do. instat dupliciter. ¶ Primo qz frigiditas ꝛ caliditas sunt bone ālitates que sunt diuersoꝝ elementorū pfectiones conueniētes ꝛ tm̄ sunt contrarie qualitates. ¶ Secō qz albū ꝛ nigrum nō opponuntur

sicut bonuz ⁊ malum: cū sint nonnullis subiecti cōue nientia ⁊ reo cōuenientis est ratio boni. ¶ Et dicit ad ista duo q̄ hic loquitur in moralibus tm̄ ubi non cōtingit bonū morale alteri bono cōtrariari. ¶ Sz oritur difficultas q̄: malū non videtur dicere aliqd positiuū cum ens ⁊ bonum conuertantur ⁊ sic nō videt ꝓtrariari malū bono sz opponi ꝑuatiue. ¶ Dicitur q̄ lz malum formaliter sumptū non dicat nisi carentiaz boni: tamē sumptū materialiter ꝓ ipa qualitate habit⁹ vitiosi sic est directe cōtrariū virtuti. ¶ Intelligendū tamē est q̄ in eodē processu ponit duo notabilia de ipsis contrarijs. ℙPrimuz est q̄ cōtraria sunt circa idem genere aut specie sicut: ait: sanitas ⁊ egritudo in corpore aialis: albedo ⁊ nigredo simpliciter in corpore: iustitia ⁊ iniustitia in anima. ¶ Secundū notabile est q̄ necessariuz est oia contraria in eodem genere esse uel in contrarijs generibus uel ipsa genera. ſ. contraria esse: sicut exemplificat dicens q̄ albedo ⁊ nigredo sunt in genere coloris: iustitia ⁊ iniustitia sub generibus virtutis ⁊ vitij: bonum autē ⁊ malum nō sunt: ait: sub genere sed ipsa sunt genera. ⁊ istud notat hic.

Sexagesimusprim⁹ passus est

q̄ prius altero alterum dicitur quadrupliciter. ℙPrimo quidez ꝓprie ſm tempus sicut qō est antiqus. Secūdo modo dicitur prius q̄ non conuertitur ſm subsistendi consequentiam: sicut exēplificat de vno ⁊ duobus: q̄: duobus positis in subsistētia sequitur ergo vnū subsistit ⁊ nō econuerso. ⁊ ideo duo est posterius in cōsequentia. Tertio modo ſm ordinez sicut in disciplinis elemēta sunt prius. i. principia. ſ. conclusionibus: ⁊ in grām̄atica littere ſyllabis ⁊ oratione. Quarto modo qō est melius ⁊ honorabilius. Et dicit q̄ iste modus pene est alieniſſimus. Et istius rō est q̄: plurima meliora sunt posteriora. ¶ Intelligendum tamē est q̄ ibidē adiūgit quintum modum prioritatis quando aliqua conuertuntur ſm consequētiā ⁊ vnum illoꝝ est causa alterius digne: inquit: prius natura dicitur qō causa alterius est sicut exēplificat: q̄: esse hominem cōuertitur ſm cōsequētiam ad ueraz de se propositionē. Vaz si est homo: uera est oratio in qua dicitur q̄ est homo: ⁊ conuertitur: ⁊ tamē dicit q̄ uera oratio nō est causa rei: res autem: inquit: videtur quodām̄odo causa ut sit oratio uera. Dū enim: ait: res est aut nō est uera oratio aut falsa dicitur eē. ¶ Ex dicto isto accipitur documentum q̄ ad ueritatē propōnis requiritur existentia rei: q̄: uolens ostēdere q̄ esse rei est causa ueritatis in oratione dicit q̄ in eo q̄ res est uel non est dicitur oratio uera aut falsa. ¶ Sed contra istud documentū instat quadrupliciter. ℙPrimo q̄: ista regula est eterna: duo ⁊ tria sunt quinque. ⁊ tamē ſm fidem ueram nō sunt duo ⁊ tria ab eterno existētia. ¶ Secundo q̄: ista regula: omne totū est maius sua parte est necessaria ⁊ incōmutabilis ueritatis cum per se sit nobis nota: ⁊ tamē omne totū ⁊ pars destrui possunt ſm certissimam fidem. ¶ Tertio q̄: ista est uera: omni tēpore pluuia est aqua. ⁊ tamen non omni tempore existit pluuia. ¶ Quarto q̄: ista est uera in hyeme sicut in estate rosa est flos ⁊ tamē non est rosa nisi in estate. ¶ Et ideo dico q̄ ad ueritatem propositionis non requiritur vniuersaliter existētia rei de qua formatur illa propositio. Et istud confirmatur: tm̄ q̄: in tēpore formatur propositio uocalis de istanti: ut cū dicit omne istans est idiuisibile: aut istud istās ⁊ tm̄ in toto illo tpe nec in aliq̄ ei⁹ parte est istās. Tuz q̄: in instāti pōt formari aliqua cōplexio apud intellectum humanum uel angelicum de tempore: ut q̄ omne tempus est successiuum ⁊ tamen constat q̄ in illo instanti non existit tēpus uel successio eius. ¶ Sed oritur difficultas q̄: non omne qō non conuertitur ſm subsistendi consequentiaz videtur esse prius sicut dicit secūdus modus: q̄: ad rationem cuiuslibet substantie sequitur ratio vnitatis ⁊ non econuerso: ⁊ tamen cuiuslibet substantie quiditas prior est q̄z sua vnitas sicut prior videtur sortis humanitas q̄z risibilitas a qua non conuertitur sic consequētia. ¶ Dicitur autem q̄ lz hec vnitas substantie sit posterior eius quiditate nō tamē ut videtur vnitas cōmunis entis a qua non conuertitur consequētia ⁊ ita passio ut adequata speciei videtur preuenire indiuiduum. ¶ Secunda difficultas quomodo potest uerificari qō dicit q̄ illud qō est causa alteri⁹ digne est prius natura cum relatiua sint simul natura ⁊ causa cum effectu sunt relatiua. ¶ Dicitur añt q̄ quantum ad sua obiecta ſm que habent ordinem nature nō sunt correlatiua: ⁊ sic remanet integra illa regula q̄ omnis causa est prior suo effectu. ¶ Tertia difficultas q̄: dicit q̄ esse hominez conuertitur cum de seuera propositiōe: ⁊ sic cum dicitur pluuia est aqua istud non erit uerum nisi cum pluit. ¶ Dicitur q̄ hic non loquitur nisi de propositionibus in quibus ponitur est scōm adiacens: q̄: de illa exēplificat cum dicit q̄ hominem esse conuertitur cū ista homo est ⁊ talis propositio cōmuniter solet designare esse actualis existētie. ¶ Quarta difficultas quomodo potest saluari dictum Aristo. cum hic dicit q̄ in eo q̄ res est uel non est dicitur oratio uera uel falsa cum tamen sit ostensum q̄ ad ueritatem propositionis non requiritur existentia rei uel terminoruz. ¶ Dicitur autē q̄ istud qō dicit Aristo. in eo q̄ res est uel non est: est referendū ad esse essentie qō semper requiritur ad propositionis ueritatem. ¶ Sed remanet difficultas q̄: entia prohibita non habent esse essentie ⁊ tamē de ipsis formantur uere cōplexiones: ut cum dicitur q̄ chymera est ens prohibitū. ¶ Dicitur q̄ sicut entia talia sunt entia ꝑz quid ita habent esse essentie ſm quid ⁊ sic ueritatem ſm qd idest diminutam.

Sexagesimussecōus passus est

q̄ simul aliqua dicuntur simpliciter quorum generatio est in eodez tempore: ⁊ ita simultas est ſm idē tempus: Naturaliter autem dicunt simul quecūq̄z conuertuntur ſm cōsequentiā ⁊ vnum non est causa alterius ſm aliquos sicut exemplificat de duplo ⁊ dimidio. Et ponit alium modum simultatis ſm naturam que ex eodem genere ⁊ diuerso diuidūtur a se inuicem: sicut cum animal diuiditur in gressibile: uolatile ⁊ a quatile: nihil: inquit: horum prius natura altero esse videt. capitulo eodem. ¶ Ex quo dicto accipiuntur quatuor philosophica documenta. ℙPrimum est q̄ relatiua sunt simul natura quia dicit hoc ponendo duos modos simultatis ſm naturā quoꝝ prim⁹ est qñ conuertunt. ⁊ exēplificat de duplo ⁊ dimidio: ⁊ apponit q̄ vnū nō est alteri⁹ causa. Cōstat añt q̄ oia relatiua dicuntur ad conuertentiā ⁊ vnum non est alterius causa: eadem enim ratione qui vnum causaret reliquum ⁊ econuerso. ⁊ sic esset circulatio ut idem causaret seipsum. ¶ Secunduz documentū est q̄ cōtraria sunt simul natura scilicet

nata ſneſſe: quia dicit q̄ ſecundus modus ſimultatis nature eſt quando aliqua in eodē genere e diuerſo diuiduntur, ſcilicet ut oppoſite differentie diuiſiue ſub quibus ſemper contraria cadunt. Et tūc ſequitur q̄ relatio prius eſt ad. q̄. in. quia cuius ens diuidatur ut accidens per abſolutum quod eſt ad ſe ⁊ reſpectiuum quod eſt ad aliud ⁊ iſta ſunt ſimul natura iſtud eſt ad aliud ⁊ illud ad ſe: ſed abſolutum prius natura eſt ad ſe q̄ in alio ergo reſpectiuum prius eſt ad aliud q̄ in alio ſm naturam: ⁊ ideo incōueniēs tius videtur ponere reſpectiuū ſine termino q̄ ſine fundamento. ¶ Tertium documentum q̄ diffinitum ⁊ diffinitio ſunt ſimul natura: quia dicuntur cōuertibiliter ⁊ vnum non eſt alterius cauſa: cum ſint idem realiter: ⁊ idē realiter non poſſit ſuiipſius eē cauſa: ⁊ iſta eſt diffinitio primi modi ſm ſimultatē nature. ¶ Quartum documentum q̄ ſubiectum et propria paſſio non ſunt ſimul natura ſm communia dicta: quia paſſio dicitur oriri ex proprijs principijs ſubiecti: ⁊ ſic videtur eſſe effectus ipſius: ⁊ per cōſequens poſterius natura q̄uis cum eo cōuertatur ad conſequentiam. ¶ Sed oritur difficultas q⁹ nōnulli ponunt q̄ paſſio ⁊ ſubiectum ſunt idē realiter ⁊ per conſequens vnum non eſt cauſa alterius ⁊ ſic erunt ſimul natura cum conuertantur ad conſequentiam. ¶ Dicitur autem q̄ iſta ſimultas hic data arguit q̄ non differant realiter: ⁊ q̄ vnum eſt cauſa alterius: ⁊ q̄ uere ſint ſimul natura quod nullus poſuit: niſi forte dicatur q̄ ſubiectum eſt quaſi cauſa pro eo q̄ paſſio pullulat ab eius principijs: ⁊ iſtud ſufficit ad talem excludendam ſimultatem. ¶ Secunda difficultas quia cum diffinitio dicat partes eētiales in quas reſoluitur diffinitum: ⁊ diffinituz dicat ipſum totum: ordine nature partes eſſentiales: ſicut principia conſtitutiua: videntur preuenire ſuū totum. ¶ Dicitur autem q̄ ſi diffinitum ponat cōpoſitū reſultans ex genere ⁊ differentia ſicut ex conſtitutiuis principijs oportet ponere q̄ diffinitō que eſt ipſa principia conſtitutiua ſit prior natura: ⁊ tunc diffinitum eſt effectus formalis ipſius diffinitiōis uel quaſi: ſicut dicitur de ſubiecto ⁊ paſſione ut fuit oſtenſum.

Sexageſimus tertius paſſus eſt

q̄ motus ſpecies ſunt ſex. generatio: corruptio: augmentatio: diminutio: alteratio: ſm locum mutatio. capitulo eodem. Et adiungit q̄ diſtinctio motuum eſt patens: de alteratione tamen eſt dubium ne forte ſit ab alijs indiſtincta. Et addit q̄ nō eſt ita quia contingit aliquid alterari ſine alio motu: nec oportet ea que mouentur alijs motibus alterari: cū quedam creſcant que non alterantur: ſicut ponit exemplum de quadrangulo appoſito ſibi gnomone quod creuit ⁊ non eſt alteratum: quia ſcilicet remanet eadem figura quadrangularis q̄uis ſit maior effecta. ¶ Sed contra hunc paſſum inſtatur quadruplicīter. Primo quia generatio fit ſm communia dicta philoſophantium in inſtanti: ⁊ tamen in inſtāti motus eſſe non poteſt. ¶ Secundo quia omnis mot⁹ habet aliquem terminum poſitiuum: corruptio autem terminatur ad non eſſe quod eſt priuatiuum. ¶ Tertio quia augmentum fit per appoſitionem: appoſitio autem fit in inſtanti: cum extrema ſubſiſtant in indiuiſibili: ⁊ ideo in indiuiſibili coniungantur ⁊ ſic non erit motus. ¶ Quarto quia diminutio eſt ad defectum quantitatis: defectus autem eſt nihil ⁊ ad nihil motus eſſe non poteſt. ¶ Ad primuz dicitur q̄ hic accipit generationem pro prima alteratione. ¶ Sed iſtud non ualet: quia hic diſtinguit hanc generationem contra alterationem. Et ideo dicitur q̄ hic Ari. fuit locutus de motu cōmuniter ⁊ non proprie. ¶ Ad ſecunduz q̄ corruptio prout diſtinguitur contra generationem eſt proceſſus ad priuationez: ⁊ ſic eſt motus priuatiuus ſicut terminus eius. ¶ Ad tertium q̄ non eſt motus proprie ſumptus niſi talis augmentatio ſit continua: quando autem fit per vnam appoſitionem dicitur motus large ſicut generatio pro mutatione. ¶ Ad quartuz dicitur ſicut de corruptione. ¶ Oritur difficultas. quare non ponuntur iſte due ſpecies motus contrarie in qualitate quo ad alterationez ſicut in ſubſtantia de generatione ⁊ corruptione: ⁊ in quantitate de augmentatione ⁊ diminutione. ¶ Dicitur q̄ nulla realis ratio aſſignari poteſt q̄ qualitas ita per motum acquiritur ⁊ amittitur ſicut quodlibet aliorum tamen quia nomen alterationis utriq̄ cōuenit ideo eodez nomine uterq̄ motus ſignificatus eſt. ¶ Secunda difficultas ſi in loci mutatione ſunt duo motus cōtrarij in re ſicut in qualitate. ¶ Dicitur q̄ ſic quia ſicut qualitas per motum acquiritur ⁊ per motum amittitur ita locus. Et ſic ſm rez ſunt octo ſpecies motus ſicut hic de motu loquitur pro mutatione quacunq̄: aut ſi vis tñ ſex tenere aſſigna rationē ſi potes.

Sexageſimus quartus paſſus eſt

q̄ motui contrariatur quies: ⁊ per ſingula generatio ni corruptio: augmentationi diminutio: mutationi vo ſm locum videtur quies ſm locum: ⁊ fortaſſe in contrarium locum mutatio: ut ei que eſt ſurſum illa que eſt deorſum: de reliquo autem. i. de alteratione quies motui aut denigratio dealbationi, c⁹ codē ¶ Sed oritur difficultas ſi quies directe motui cōtrariatur. ¶ Dicitur q̄ imo magis priuatiue opponitur: cum omne corpus natum moueri per hoc ceſcat q̄ actualiter non mouetur: quemadmodum ſilentium uoci: quia quies eſt ceſſatio ⁊ uacatio quedam. Et ſi dicatur quid eſt motui contrariū. ¶ Dicitur q̄ ſicut color non habet contrarium in genere q̄uis in ſpecie ita motus. ¶ Secunda difficultas quomodo corruptio contrariatur generationi cū ſit talis contrarietas motuum qualis eſt terminorum a quibus ſpecificantur: ⁊ termini generationis ⁊ corruptionis: puta priuatio ⁊ forma: non contrariātur ſed priuatiue opponuntur. ¶ Dicitur autez q̄ ſicut mot⁹ ſupra ſumitur large pro mutatione: ita hic cōtrarietas pro oppoſitione ⁊ ſic etiam dicitur de quiete. ¶ Oritur quare hic tractat de motu cum nō ſit materia huius libri? ¶ Dicitur q̄ pro tāto motus pertinet ad iſtum librum quia eſt via ad acquirendas predicamentorum formas: ⁊ non ponitur predicamentum ſed poſt predicamentum.

Sexageſimus quintus paſſus eſt

q̄ habere multis modis dicitur: aut quantitatem: aut ea que circa corpus ſunt ut tunicam: aut in mēbro ut anulum in manu: aut ipſum membrum: aut in uaſe: aut poſſeſſionem: aut uxorem ⁊ ipſa virum. Et addit q̄ iſte modus habendi videtur alieniſſimus q⁹ per ipſum nō ſignificaf niſi cohabitatio mulieris ⁊ viri. capitulo eodem. Et quo dicto accipit docu. q̄ carnalis copula non eſt de ueri matrimonij

ſtud redigatur in obſequium chriſti inter ſanctiſſimā virginem ⁊ ſponſum eius ioſeph fuit uerū matrimonium per illam celibem ⁊ feliciſſimam habitationē in qua emicātib⁹ puritatis radijs a vultu v̄gineo ioſeph ad tam floridū animū credit ſublimatus nō merito ut ad puritatē angelicam acceſſiſſet. ¶ Sed oritur difficultas quare hic loquitur de habere cum ſuperius inter predicamenta de ipſo tractauerit ⁊ ipſum dimiſerit. ¶ Dicūt autem aliqui ꝙ habere vno modo ſumptū eſt predicamentum ⁊ alio modo poſt predicamentū: ⁊ ſic tractat hic de ipſo inter poſt predicamēta. ¶ Secunda difficultas que differētia eſt inter ipſum habere ut eſt predicamentum ⁊ prout eſt poſt predicamentū. ¶ Dicitur ꝙ iſto modo ultimo accipitur latius: quia ipē uocat hic habere non ſolum eſſe armatū ⁊ calciatū ſed etiam habere quantitatē ⁊ poſſeſſionē ⁊ cetera que videntur extendi ultra illud predicamētū de quo magis infra.

Ertio occurrit liber

